

PAVLVS QVINTVS

191

LEO XI. PONT. CCXXXVI.  
ANNO DOMINI MDCV.



**L**eo Vndecimus Florentinus, Alexander Medicæus Lantea dictus, Episcopus Cardinalis Prænestinus. Creatus Anno Domini 1605. die primo Aprilis: Coronatus die 18. ejusdem mensis, & anni. Vixit dies viginti septem. Nullos creavit Cardinales. Obiit die 27. Aprilis ejusdem anni. Corpus ejus sepultum fuit in Basilica Principis Apostolorum. Vacavit Sedes dies 18.

PAVLVS V. PONT. CCXXXVII.  
ANNO DOMINI MDCV.



**P**aulus V. Camillus Borgia dictus, Comes natus anno Domini 1552. Patre Marco Antonio Patrio Senens, tit. S. Chrysogoni Presb. Card. Creatus die XV. Coronatus die 28. Maii 1605. Creavit Card. 60. Sedit annos 15. menses 8. dies tredecim. Obiit anno sal. M. DC. XXI. die 28. Januarii. Sepultus in Basilica Principis Apost. deinde translatus fuit ad S. Mariam Majoris. Bullarii Magni Tom. III.

rem, in Sacello à se magnificentissime extructo. Vacavit Sedes dies undecim.

Jubilæi indictio, ad divinam opem pro salutarî Ecclesiæ Catholicæ regimine, & præsentibus necessitatibus implorandam.

Hujusmodi Jubilæum Romani Pontifices indicere consueverunt, eorum tamen constitutiones prætermissi, hæc sola pro exemplari continentur, ultra aliam Sixti V. quæ est sup. lib. 2. Viruum, n. 1.

Similes Indictiones vide ob eandem causam factas à Greg. XV. in Const. 2. Spiritus, infr. tom. 4. & à S. D. N. Urban. VIII. sub forma tamen Orationis quadraginta Horarum, in const. 7. Eternus, infr. d. tom. 4.

**PAVLVS EPISCOPVS,** Edo. A. D. 1605.  
Servus Servorum Dei: Universis Christi fidelibus, ad quos præsentis litera pervenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

**Q**uod in omni vita summis votis à totius bonitatis auctore Deo semper optavimus, ut universæ cogitationes & actiones nostræ singulari ejus benignitate profectæ in viam æterni beneplaciti sui dirigerentur, & non ad alicujus privati, vel temporalis boni commoditatem, sed ad communis & æternæ beatitudinis felicitatem, divina favente gratia perducerentur, id hoc tempore, quo immensa illius largitas, ejus voluntas potentias, ejus opus misericordia est, nos nihil hujusmodi cogitantes, in hoc supremo dignitatis Apostolicæ gradu, nullis nostris meritis, sed sola miseratione sua, & admirabili providentiâ collocavit, suppliciter ab eo postulandû duximus, ut in difficillimo munere obeundo, virium nostrarum imbecillitatem auxilii sui virtute sustentare ac tueti velit.

**§. 1.** Cum enim in ea curarum mole in qua versamur, tum ob rerum quæ nos circumdant, multitudinem, tum ob negotiorum quibus urgemur, difficultatem, planè cognitum non habeamus quò gradiamur, & unde initium sumamus, aut quid agere debeamus, id nobis consilii superest, atque hoc solum habemus residui, ut oculos nostros ad eum dirigamus, qui tunc maxime eum opus est, summis in difficultatibus super domum David, hoc est super nos & cæteros Ecclesiarum moderatores, ac super habitatores Hierusalem, videlicet super fideles ac subditos populos, non solum orationis & precum donas quibus petita impetrentur, placabilis & benignus effundit, sed cælestis etiam gratiæ suæ spiritum ac virtutis clarigitur, qua nos Catholicam Ecclesiam cæterarum Matrem & Magistram, sanctè & feliciter regere, & qui in partem sollicitudinis nobiscum vocati sunt, cæteras quoque Ecclesias bene administrare, ac tandem desiderata bona consequi, & rectè omnia perficere valeamus. Magna est enim vis concordis & perseverantis orationis, præsertim cum & ii qui cæteris præsunt, igne perfectæ charitatis incensis apud Deum pro populo intercedunt, & qui superioris impetio parent, unanimes in spiritu humilitatis, & in animo contrito pro suo Duce ac Rectore deprecantur: nihilque adeo est, quod fideles (si convertantur ad Deum in corde perfectò, & proferant preces suas in conspectu ejus) communibus votis tandem non obtineant, & jam impetratum diutius non conservent. Sic olim Deus Salomoni in ipso regni sui exordio sapientiam per orationem postulanti ad discernendum judicium, dedit cor sapiens & intelligens. Sic Beatum Petrum Apostolorum Principem, & Christi in Terris Vicarium oratio, quæ ab Ecclesia sine intermissione pro eo fiebat, eripuit de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum, & Christi Dominus dum cum hominibus conversaretur, Apostolis suis dixit: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et, si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quancumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Jure igitur optimo nos qui nihil aliud in administratione universalis Ecclesiæ nuper nobis commissa spectare debemus, quam ipsius

Ecclesie Catholice salutem, Christianorum Principum pacem, totiusque Orbis Christiani tranquillitatem, ut in hoc onere arduo atque gravissimo sustinendo iis que cupimus, & quibus maxime indigemus, praesidiis a Deo qui postulantis a se sapientiam dat omnibus affluenter, ut confidimus, adjuvemur, hoc nostri Pontificatus initium & laudabilem nonnullorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum morem hac in re secuti, ad communem totius populi Christiani deprecationem indicis ea de causa per Catholicum Orbem supplicationibus, & salutaribus Indulgentiis promulgatis, primo quoque tempore confugiendum esse decrevimus. Hanc enim una est, & communis illa Populi Christiani oratio, quae concordibus omnium fidelium voluntatibus, per verae poenitentiae remedium cum jejuniis & elemosyna conjunctum, in primis hominum mentes a vitiis purgat, tum sublevat ad caelestia, & ad salutem, ac vitam aeternam dirigit, desiderata deinde dona ex Deo honorum omnium fonte deducit, ipsos denique homines ad illa consequenda capaciores, & dignos efficit. Quamquam nos ad hanc deliberationem ineundam, non ideo solum adducimur, quod Ecclesiae gubernaculis manum admoturi praecipuo divini numinis auxilio praemuniri cupiamus, sed quod existimemus hoc tempore idiplum ad communem Domini gregis incolamitatem pertinere, quodque Catholicae Ecclesiae, & Christianae Republicae in difficultatibus constitutae admodum salute atque opportunum fore judicemus. Immanissimus enim Turcarum Tyrannus perpetuus Christiani nominis hostis, insana illa dominandi libidine, qua Orbis Imperium temere jam sibi despondit, exortatus, ac summo Christianae religionis odio incensus innumeras clades non modo finitimis populis erumpendo, sed remotis quoque gentibus omnia invadendo jamdiu attulit, superioribus vero annis saevo, diuturnoque bello in Hungariam excitato, licet aliquot ibi egregias Civitates & loca insignia quae occupaverat, quaeque postea ex illius manibus erepta & recuperata fuerunt, amiserat, pleraque tamen, tum in ipsa Hungaria, tum in locis illis contiguis nobilissimas ditiones, & munitissimas arces in suam potestatem redegit, novissime autem hoc anno (quod sine gravi dolore commemorare non possumus) perdit etiam, ac profligati homines, charissimi nimirum in Christo filii nostri Rodulphi Romanorum Regis Illustris in Imperatorem electi, in eadem Hungaria rebelles ipsi Turcis per exitiale scelus adjucti, & per summam impietatem suis intestinis tumultibus, ac seditionibus confirmatis atque auctis, humana divinaque cuncta perturbant, & adhibitis simul armis, omnibus ipsius Rodulphi dominis nefariam direptionem & vastitatem iniantur. Quae quidem mala cum non tam armis, quam a fidiis apud Deum precibus propulsari debeant, quod ab ipsius ira in homines propter illorum peccata & iniquitates contra eum proveniunt, hac ipsa de causa ad communem quoque totius Christiani populi obsecrationem recurrendum esse censuimus, cuius tanta ad inimicorum impetus propulsandos virtus & efficacia est, ut illorum fortissimos exercitus, qui alioquin armis expugnari non possent, ipsa facile dissipet atque prosternat. Quod non obscure divina sacrae Scripturae eloquia nos docent, dum fideles populos, qui adversus hostes praeliaturi ad Deum per assiduum orationem & poenitentiam confugiunt, illiusque nomen invocant, & misericordiam implorant, non tam ferro quam lingua, & labiis pugnare, & arma in verbis, ac precibus habere testantur. Quod ut quamprimum Rodulpho, ejusque piis ac fidelibus subditis & militibus copiis eveniat, ipsi vehementer cupimus, & a Deo nuncupatis votis optamus. Id autem ab ipso misericordiarum Patre, & Deo totius consolationis facile nos impetraturos confidimus, sicut enim supremam illius Majestatem homines, ubi eam offenderint, tunc maxime propter ejus potentiam timere debent, ita semper iis qui per poenitentiam resipuerint, ejusque gratiam & auxilium pie ac devote postulaverint, optime de summa illius benignitate sperandum est, secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

Forma cor-  
sacrae in-  
bulam.

§. 2. Cum igitur ceteras Civitates, Terras & loca ubi que existentia exemplo Aliae Urbis nostrae ad salutem

hanc & unanimem orationem petimur cupimus, ab eadem Urbe initium sumentes, solemnes processiones ad ipsam Urbis Basilicam, Principis nimirum Apostolorum in Vaticano, necnon Beatae Mariae Majoris proxima hebdomada, quae erit prima mensis Julii proxime futuri, feria quarta & Sabbato indicimus, ad quas Basilicas nos cum omni demissione, & humilitatis mentis & corporis, una cum Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, atque Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, aliisque Praefatis atque officialibus Romanae Curiae, & Magistratibus Populi Romani, universoque Clero & Populo committante accedere, diuinaeque processiones & supplicationes habere & celebrare decrevimus. Ut vero divina bonitas optata bona suo populo supplicanti copiosius largiatur, omnes utriusque sexus Christiani fideles in Urbe, & in cunctis Orbis Terrarum Regnis, Dominiis, Regionibus, & locis existentes, per viscera Misericordiae Dei nostri hortamur atque obsecramus, ut qui in eadem Urbe dicta hebdomada, vel saltem altera sequente, qui vero extra Urbem fuerint, praesentes, aut altera item sequente hebdomada, postquam praesentes literae ibi fuerint publicatae, vel si aliquibus in locis ex quavis causa publicatae non fuerint, postquam ad eorum notitiam quocumque modo pervenerint, saluberrimo poenitentiae Sacramento ad praeritas culpas diluendas se praeparant, Deumque orent, ut nos singulari virtutis suae praesidio tueri, & pares suscepto muneri vires nobis sufficere, Ecclesiae Catholicae fidem longe lateque propagare, impios haereticorum errores undeque evellere, & Hungariae Regnum a Turcarum armis defendere, eique optatam tranquillitatem restituere dignetur. Et si quidem qui in eadem Urbe fuerint praedictas Basilicas, sive earum alteram, quam maluerint, qui vero extra Urbem, Ecclesiam vel Ecclesias per locorum Ordinarios seu eorum Vicarios aut Officiales, vel de eorum mandato, & eis deficientibus, per eos qui ibi curam exercent animarum, nimirum postquam praesentes nostrae ibidem fuerint publicatae, ubi vero publicatae non fuerint, postquam ad eorum notitiam pervenerint, Ecclesias similiter, seu Capellas, sive oratoria, aut alia quaecumque pia loca, etiam per solum Confessarium ab ipsis eligendum singulis eorum deputandas, seu deputanda, quocumque die, vel quibuscumque diebus ejusdem vel sequentis hebdomadae, saltem semel visitent, & quarta & sexta feria & Sabbato ejusdem, vel sequentis hebdomadae jejunent, praeterea pauperibus & indigentibus personis, aut Ecclesiis vel locis piis elemosynas arbitrio suo erogent, atque intra hoc tempus tam primae, quam secundae hebdomadae alicui Presbytero ab Ordinario loci approbato, peccata sua confiteantur, & Dominica prima vel secunda, vel alio die prioris vel sequentis hebdomadae die Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum devote suscipiant. Qui autem in navigatione vel itinere fuerint, peracta navigatione, vel itinere confecto, haec omnia, ut superius dictum est, faciant & exequantur. Regularibus vero personis utriusque sexus in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam saecularibus, quam regularibus in carcere aut captivitate existentibus, aut aliqua corporis infirmitate, vel alio quocumque impedimento detentis, qui superius expressa, vel eorum aliqua praestare nequeunt, Presbyter Confessarius, ut praemittitur approbatus, eum elegerint, praedicta omnia & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud, proximum tamen tempus prorogare possit, qui etiam aliis Christi fidelibus in eisdem Regnis, Dominiis, Regionibus & locis existentibus, in quibus praesentes nostrae literae publicatae non fuerint, ea dumtaxat injungere valeat quae ipsi Christi fideles efficere poterunt.

§. 3. Quae omnia ut ipsi Christi fideles eo libentius praestare studeant, quo uberius spiritualibus muneribus & gratis se refectos esse cognoverint, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi ac solvendi potestate quam Deus nobis, licet indignis contulit, Theodosios Ecclesiae copiose aperientes, universis & singulis Christi fidelibus utriusque sexus praedictis, qui praemissa modo

modo & forma superius expressis fecerint, ut supra dictum est, Deum otaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, veniam & remissionem, sicut in Anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias extra & intra Urbem concedi consuevit, tenore presentium damus, concedimus & largimur. Necnon eisdem Christi fidelibus utriusque sexus, tam laicis quam Ecclesiasticis, secularibus, vel etiam cuiusvis Ordinis & Congregationis, seu instituti regularibus, concedimus & indulgemus, ut sibi eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, in secularem quam cuiusvis Ordinis vel instituti regularem, ex approbatis tamen ab Ordinariis locorum, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure vel ab homine quovis modo & causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus & delictis quantumvis gravibus & enormibus, etiam in casibus tam locorum Ordinariis, quam nobis & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cœnz Domini legi consuetis, atque aliis, etiam per quascumque Rom. Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus pro plenè & sufficienter expressis, ac si ad verbum infererentur, quomodocumque reservatis, in foro tantum conscientie hac vice solum absolvere. Et insuper vota quæcumque Religionis & Castitatis exceptis in alia pia & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus penitentia saluari, ac aliis ejusdem Confessarii arbitrio injungendis, possit & valeat.

§. 4. Quapropter tenore presentium mandamus, & in virtute sanctæ Obedientiæ districte præcipimus omnibus & quibuscumque Ven. Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Ecclesiarum Prælatibus, & quibusvis Ordinariis locorum, ut cum presentium litterarum transumpta aut exempla acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione vel impedimento, aut limitatione per suas Ecclesias, Civitates, Oppida, Terras, Loca, Dioceses & Provincias publicent & evulgent, ac publicari & evulgari faciant, Clerisque & Populis sibi subiectis solemnes processiones & supplicationes indicant & celebrent. Quod si præmissa omnia & singula præstare neglexerint, vel ex quavis causa & prætextu illa exequi prætermiserint, præter peccatum transgressionis, in quod incurrunt, sciant nihilominus præsentibus nostris literis, cum ad Christi fidelium notitiam quovis modo, ut supra dictum est, pervenerint, ubique eandem vim, ac robur habituras, ac eisdem Christi fidelibus perinde profuturas, ac si modo & forma præmissis publicatæ & evulgatæ, & solemnes processiones propterea indictæ & celebratæ fuissent. Per præsentibus autem super aliqua irregularitate publica vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, etiam in foro conscientie non intendimus: ac declaramus has ipsas præsentibus quoad absolutionem in foro conscientie & penitentia li tantum, non autem in foro fori, seu contentioso consequendam, neque etiam quoad dictum forum conscientie, qui ab aliquo Iudice excommunicati, suspensi vel interdicti, seu aliis in sententiis & censuris incidisse declarati vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus celebrationis hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum pariter concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 5. Non obstant. constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus absolvendi facultas in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, Indulgentiarum, aut facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostræ de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum & Congregationum, sive institutorum Regulatum, juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alla roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis & literis Apostolicis eisdem Ordinibus & Congregationibus atque institutis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & individua, non autem per clau-

Bullarij Magni Tom. I II.

fulas generales idem importantes, mentio aut expressio habenda, vel quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac forma in illis tradita penitus pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim & expresse ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem ut presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu Notarii Publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur his ipsis litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinto, IV. Kalend. Julii, Pontificatus nostri Anno primo.

Anno à Nativitate Domini 1605. Indiil. 3. die vero Mercurij 29. mensis Junij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. PAVLI PP.V. anno ejus primo, retroscripta littera Apost. affixa & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Principis Apostolorum, & Sacrosanctæ Lateranen. ac S. Maria Majoris de Urbe, necnon in acie Campi Flora, reliquis in eisdem locis illarum copiis affixis per nos Ioan. Bapt. Bagni, & Bernardinum Mazzacellum S.D.N. Papa Cæsar.

Transumptum fides.

D.P. An. 1. die 28. Junij.

Publicatio.

Privilegia Abbreviatorum majoris Præfidentie litterarum Apostolicarum.

II.

Collegij Abbreviatorum institutionem, manus & privilegia, attende supra in Martini V. constit. 3. In Apostolica, Sixti IV. constit. 16. Divina, ac Leonis X. constit. 14. Summi.

PAVLVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1605.

Romani Pontificis providentia circumspicte libenter intendit, ut personis quæ plus laboris & obsequij in ejusdem Pontificis, & Apostolicæ Sedis honorem, ac universalis Ecclesie utilitatem jugiter perferre & impendere non desistant, amplioribus etiam gratiis & honoribus, ac dignitatibus prærogativis decorentur.

Exordium.

§. 1. Quapropter dilectos filios litterarum Apostolicarum majoris Præfidentie Abbreviatores, qui in concessionibus gratiarum, quas pro tempore ab ejusdem Pontificis benignitate emanare contingit, interpretandis, dilucidandisque egregias operas, quod nos etiam in minoribus constituti, dum Abbreviatoris earundem litterarum munere fungemur, plurium annorum experimèto cognovimus, sollicitis studiis navare noscuntur, ut quo specialibus favoribus & gratiis se noverint prosecutos, eo alacriores ad similia, & in dies majora, pro nostro & Sedis prædictæ incremento preferenda reddantur, eodignis honoribus confovere, benevolentiaque nostræ perpetuum testimonium eis præbere volentes, eisdemque Abbreviatores, ac eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, necnon omnium & singulorum privilegiorum, exemptionum, indultorum & gratiarum, tam Abbreviatoribus quam utriusque Signaturæ Romani Pontificis Referendariorum Collegiis quomodolibet concessorum tenores presentibus pro expressis habentes.

Causa motiva huius constitutionis.

§. 2. Motu proprio, non ad ipsorum Abbreviatorum, vel alicujus eorum, aut alterius pro eis nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed de nostris mera liberalitate, ceteraque scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine eisdem Abbreviatores modernos, videlicet ex nunc, si nondum sint, futuros verò si ante eorum ad officium Abbreviatoris litterarum hujusmodi receptionem & admissionem non erunt, in nostra & pro tempore existentium Rom. Pont. utraque Signatura Referendarij, ex nunc prout ex tunc, & è contra, cum primum ad officium Abbreviatoris hujusmodi recepti atque admissi fuerint, & quoad Signaturam Justitiæ solitum in illius Præfidenti pro

Abbreviatores eo ipso utriusque Signaturæ Papa referendarij deputantur, & peracto officio, Abbreviatores esse desinunt in Referendarij tamen remanent.

tempore existentis manibus, praevio examine juxta for-  
mam constitutionis à fel. record. Sixto Papa V. prædeces-  
fore nostro super reformatione Referendariorum ultimo  
editæ faciendæ, juramento præsterint, in utriusque  
Signaturæ hujusmodi Referendarios, quoad vixerint,  
etiamsi Abbreviatores esse desierint, dummodo in Officio  
Abbreviatoriæ hujusmodi saltem per triennium se exer-  
uerint, Apostolica auctoritate tenore præsentium crea-  
mus, constituimus & deputamus, ac dilectorum filiorum  
aliorum utriusque Signaturæ hujusmodi Referendariorum  
numero & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro-  
veris indubitaris & non fictis utriusque Signaturæ Refe-  
rendariis haberi & reputari volumus, & mandamus.

*Privilegia  
Referenda-  
rio. um eis  
communican-  
tur.*

*Si ea videre  
cupis, legas  
const. Pauli  
III. num. 23.  
sup. lib. 2. De  
bita, & Si-  
ti V. constit.  
41. Quom-  
admodum,  
lib. 2.*

*Vnus ex Ab-  
breviatori-  
bus locum  
semper ha-  
bet in signa-  
tura Papa.*

*Perio panis  
ei singulis  
conceditur.*

*Dispensatio  
à nulla pii  
IV. de regi-  
strandi gra-  
tias, qua est  
98. sup. lib. 1.*

*Sublata cui-  
que aliter, ju-  
dicandi fa-  
cultate.*

§. 3. Ac eisdem Abbreviatoribus, ut omnibus privilegiis,  
exemptionibus & immunitatibus, libertatibus, præroga-  
tivis, antelationibus, honoribus, favoribus, indulgentiis, facul-  
tatibus, concessionibus & gratiis, tam spiritualibus, quam  
temporalibus, quibus ceteri Referendarii utriusque Si-  
gnaturæ hujusmodi de jure, statuto, consuetudine, seu aliis  
quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur & gaudent,  
ac uti, potiri, frui & gaudere possunt & poterunt quomo-  
dolibet in futurum, tam in iudicio quam extra, ubicum-  
que locorum, absque alia profus differentia, non ad il-  
lorum instar, sed pariformiter & æquè principaliter, in  
omnibus & per omnia, perinde ac si illa ipsi Abbrevia-  
toribus, nunc & pro tempore existentibus, eorumque  
Collegio & personis specialiter & expressè per præsen-  
tes litteras concessa fuissent, uti, frui, potiri & gaudere.

§. 4. Quodque unus ex Abbreviatoribus prædictis, qui in  
receptione & admissione hujusmodi antiquior fuerit, seu  
eo absente vel impedito, alius ex eisdem Abbreviatorib.  
ad id ab eorū Collegio hujusmodi, seu Cancellariæ Apo-  
stolicæ Regente pro tempore deputandus, singulis nostris,  
ac pro tempore existentis Rom. Pontificis Signaturis, no-  
mine hujusmodi Abbreviatorum continuè intervenire  
& assistere possint, & valeant, auctoritate & tenore præ-  
dictis etiam perpetuè concedimus & indulgemus.

§. 5. Præterea singulis Abbreviatoribus prædictis nunc  
& pro tempore existentibus, unam portionem panis ex  
Palatio Apostolico diem habendam, percipiendam, &  
consequendam, quæ æqualis & profus conformis existat  
ei, quem dilecti filii causarum dicti Palatii Auditores, ex  
eodem Palatio habere & percipere consueverunt, simili-  
ter perpetuè assignamus & concedimus.

§. 6. Decernentes præsentibus litteras semper validas ac  
efficaces esse & fore, neque eosdem Abbreviatores, tam  
præsentibus quam futuros, nec quemquam alium eorum  
hominibus ad illas in Camera Apostolica juxta constitu-  
tionem piæ mem. Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri  
sub dat. videlicet octavo Kal. Augusti, Pontificatus sui  
anno sexto editam, qua inter alia cavetur, quod quæcum-  
que gratiæ, ejusdem Camere interesse quomodolibet  
concernentes, in ipsa Camera infra certum expressum  
tempus præsentari, insinuari & registrari debeant, alio-  
quin nullius roboris vel momenti existant, præsentan-  
dum insinuandum & registrari faciendum minime teneri,  
nec ad id ulla unquam ratione vel necessitate cogi posse,  
neque propterea easdem præsentibus viribus carere, sed  
Abbreviatoribus prædictis, eorumque singulis in omni-  
bus & per omnia, perinde ac si juxta constitutionem Pii  
prædecessoris hujusmodi præsentari, insinuari & regi-  
strari, omniaque alia ad id necessaria plenè adimpleta  
fuissent, suffragari.

§. 7. Sicque per nostros S. R. E. Vicecancellarium &  
Camerarium, necnon utriusque Signaturæ hujusmodi,  
ac etiam nostræ, & pro tempore existen. Rom. Pontifi-  
cis Domus Præfectos, dictæque Camere Thesaurarium,  
Clericos, Præsidentes, Commissarium generalem, dictos  
filios, aliosque Ministros pro tempore existentes, nec-  
non quoscumque Indices, Commissarios & delegatos,  
quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii, &  
generalem Camere hujusmodi Auditores, necnon ejus-  
dem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum  
cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facul-  
tate & auctoritate, judicari & diffiniri debere, irritum  
quoque & inane quicquid secus super his à quoquam  
quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit  
attentari.

§. 8. Mandantes in vicem sanctæ obedientiæ Came-  
rario, Thesaurario, Clericis, Præsidentibus & Commis-  
sario prædictis, eorumque singulis, quatenus easdem  
præsentibus, si desuper requisiti fuerint, in dicta Camera  
admittant, & in illius libris describi & registrari, ac debi-  
tæ executioni demandari, patentesque litteras & scriptu-  
ras ac mandata opportuna desuper expediti. Non per-  
mittentes ipsos vel eorum quempiam desuper per quos-  
cumque contra earundem præsentium tenorem, quo-  
modolibet indebitè molestari, impediri aut inquietari.  
Necnon tam illis quam Vicecancellario, Camerario, Præ-  
fectis & Auditoribus prædictis, ut ipsi per se, vel alium,  
seu alios, eisdem Abbreviatoribus in præmissis efficacis  
defensionis præsidio assistentes, faciant præsentibus litteras  
hujusmodi, ac in eis contenta quæcumque ab omnibus  
& singulis ad quos spectat ac pro tempore spectabit, in-  
violabiliter observari, ipsosque Abbreviatores illis om-  
nibus & singulis, eorumque usu & commodo pacificè  
frui & gaudere. Contradictores & rebelles quoslibet per-  
sentias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, auctoritate nos-  
tra prædicta, appellatione postposita compescendo, legiti-  
mè super his habendis servatis processibus ead-  
dem sententias, censuras & pœnas etiam iteratis vicibus  
aggravando, invocato ad hoc, si opus fuerit, brachii  
secularis auxilio.

*Contraven-  
tio emend-  
prohibita  
& abso-  
luta præ-  
sum-*

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac Pii & Sixti præde-  
cessorum hujusmodi, necnon quatenus opus sit, de rebus  
Ecclesiæ non alienari, aliisque constitutionibus & ordi-  
nationibus Apostolicis, necnon Camere Urbis & Palatii  
prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostoli-  
ca, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis & consue-  
tudinibus, usibus, decretis & reformationibus, privilegiis  
quoque, indulgentiis & literis Apostolicis, illis eorumque Of-  
ficialibus & Ministris, ceterisque personis, jus & interes-  
se in præmissis vel circa ea, aut eorum aliqua, nunc & pro  
tempore quomodolibet habentibus & prætendentibus,  
per prædictos & quoscumque alios Rom. Pontifices præde-  
cessores nostros, ac etiam nos, Sedemque & Cameram  
prædictam sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum  
quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque  
efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus  
& aliis decretis, etiam vim contractus ritè & legitime sti-  
pulari habentibus, seu inducentibus, etiam motu, scientia  
& potestatis plenitudine similibus, etiam consistoria-  
liter, & alias quomodolibet concessis, confirmatis & in-  
novatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque to-  
tis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua,  
ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas genera-  
les idem importantes mentio, seu quævis alia expressio  
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda  
foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil  
penitus omisso, & forma in illis tradita observata in-  
terri forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliis  
in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum se-  
ntiæ specialiter & expressè derogamus, ceterisque contra-  
ctis quibuscumque. Aut si aliquibus eorum aut di-  
visim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspen-  
di vel excommunicari non possint per litteras Apostoli-  
cas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad  
verbum de indulto hujusmodi mentionem.

*Deroga-  
tione*

§. 10. Volumus autem quod earundem præsentium tran-  
sumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus  
Notarii publici subscriptis, & sigillo prædicti Vicecan-  
cellarii seu Regentis, aut alterius personæ in dignitate  
Ecclesiastica constitutæ, vel Romanæ Curie Prælati mu-  
nitis eadem profus fides tam in iudicio quam extra ubi-  
que adhibeatur, quæ ipsi originalibus adhiberetur, si forent  
exhibite vel ostense.

*Fidestran-  
sumptus*

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
nam, &c. Si quis autem hoc attentare, &c.

*Sanctis per-  
natis.*

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis  
Dominicæ millesimo sexcentesimo quinto, Kalend. Julii,  
Pontificatus nostri nostri Anno Primo.

*Dat. P. A.  
die 1. Julii.*

Indulta & privilegia pro Conclavistis postremo-  
rum Conclavium, in quorum primo, Leo XI.  
& in secundo hic Pontifex, pronunciatus fuit.

*III.*

*Similes*

PAULUS QUINTUS.

Similes gratias quasque Pontifex charitri fides, sed hanc duntaxat & aliam Clementis VIII. bullam 16. Equi tati, ponenda duxi, quoniam cum ha gratia personalis sine antiquiores, hac tempora non vultum excedere potuerunt.

Privilegia Conclavistarum qui interfuerunt Conclavibus, in quibus ad summi Apostolatus apicem evecti fuerunt Greg. XV. & S. D. N. Urban. VIII. habes in d. Greg. constit. 1. Romanus, infra tom. 4. & S. D. N. Urbani VIII. constit. 1. Circumspecta, & tom. 4.

PAVLVS EPISCOPVS, Ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem, ut erga personas de se, ac Sede Apostolica benemeritas se munificum exhibeat & liberatem, easque ad altiores honorum gradus evehat & attollat, quas amplioribus obsequiis, & meritis decoratas agnoscat.

§. 1. Hinc est, quod nos volentes dilectos filios infra scriptos Conclavistas, qui in Conclavi, in quo divina favente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, nobis, & Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus uti familiares continui commensales inserviendo interfuerunt, eosque qui laborum & incommodorum participes fuerunt, amplioribus etiam honorum prerogativis pro cuiusque merito condecorare.

§. 2. Ipsosque Conclavistas, & eorum singulos ab omnibus & singulis excommunicationis, suspensionis & interdicti, & aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, etiam si in illis per annum continuum inforderint, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes & absolutos fore censentes. Motu proprio, non ad ipsorum Conclavistarum, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, deque Apostolicæ potestatis plenitudine eisdem Conclavistis tot loca Montium tunc vacantia, seu vacatura, usque ad summam decem millium scutorum auri in auro per tres ex prædictis Cardinalibus singulos in quolibet ordine antiquiores, inter ipsos Conclavistas, & per capita singulorum Conclavistarum, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuenda gratiosè & irrevocabiliter Apost. auctoritate renore presentium donamus.

§. 3. Ipsosque Conclavistas in veros, indubitatos & non fictos familiares, continuos commensales nostros, ac eos qui ex illis clerici existunt, seu militie clericali adscribi desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales, gradu, nobilitate & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium recipimus, ac tam illos quam alios Conclavistas singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, facti Palatii & Aula Lateranen. Comites & Milites, ac tam illos quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistinctè, qui nobiles non sunt, nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali dominio, & dictæ Romane Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectis, Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos & singulos alios veros originarios, & antiquissimos etiam nobiles & participantis Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, itaut ipsi in jus civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo trãstant; creamus, constituimus & assignamus, ac nobilitatis & Civilitatis titulo, honore & insignibus decoramus, aliorumque familiarium, continuorum commensalium nobis actu in Palatio nostro Apostolico servantium, & in illius cinello comedentium & bibentium, ac nostrorum, & Sedis præfate Notariorum, Palatiique & Aula prædictorum Comitum, Militum & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero & consortio favorabiliter aggregamus ac pro veris, indubitatis, ac non fictis fami-

liaribus, conclavis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus principis haberi & reputari volumus ac mandamus. Et quæ ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus & licentis, tam gratiam quam justitiam concernentibus se familiares, continuos commensales nostros & Comitibus, Milites, nobiles, ac Cives etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones, & licentias ipse subreptionis vitio subiaceant, sed validæ & efficaciæ existant. Necnon ex nunc deinceps in perpetuum omnibus & quibuscumque ac prorsus similibus antelationibus, antelationum prerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis ac juribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad summum Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum & Rochettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique & Aula prædictorum Comites, Milites & Nobiles, necnon etiam originarii & antiquissimi Cives ejusdem Urbis vel Civitatis, quam ut præfertur elegerint, quique ex utroque parente verè nobili & Cive originario & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assentionem quorundamque beneficiorum etiam Ecclesiasticorum, etiam per quascumque literas seu constitutiones Apost. pro tempore editas, utuntur fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, frui, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in forum, ubique locorum in judicio & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio uti, frui, potiri & gaudere liberè & licitè valeant, realiter & integrè in omnibus & per omnia, etiam si in Urbe & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si verè nobili genere ex utroque parente nobili originario & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prerogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta & jura, quæ pro aliis nobilibus & civibus originariis emanarunt, quæ ratione nobilitatis & civilitatis naturalis & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis, in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere, auctoritate & tenore similibus indulgemus.

§. 4. Ipsosque Conclavistas singulis quoscumque fructus, redditus & proventus Ecclesiasticos, ac tam occasione pensionum annuarum ipsis vel eorum alicui reservatarum ratione omissionis recitationis horarum Canoniarum indebitè perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiosè remittimus & condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris hujusmodi ligati missas & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, aut alias divinis se immiscuerint, ut illis & aliis præmissis non obstant, ad omnes, etiam sacros & presbyteratus ordines alias ritè promoveri, & in illis ac in susceptis per eos alias ritè ordinibus, etiam in altariis ministerio ministrare, etiam liberè & licitè valeant, dispensamus.

§. 5. Necnon eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum Natalium ex quocumque damnato & illicito coitu etiam si ex nobilissimis parentibus, & viribus feminis forsitan procreati sint, etiam si legitimi alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genitura hujusmodi maculam, sive notam abstergemus & abolemus, ac Natalibus restituimus. Necnon cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis & maternis, & aliorum consanguineorum seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento vel ab intestato, hæreditates, legatas libertates restituendo & reintegrando realiter & cum effectu, necnon ad dignitates, honores & quæcumque alia officia secularia, publica vel privata, etiam assumi, illaque

1605

1605

1605

1605

1605

Demissis, & Annu malis perceptorum ob non recitationem horarum, Canoniarum, & nonitarum

Legitimam Conclavistarum, & habitatio ad successiones, & dignitates

gerere & exercere in omnibus & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obstat, ut clericali caractere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri, ac ad omnes etiam sacros & Presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sunt promoveri, ac postmodum caractere & ordinibus huiusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare, necnon quacumque & qualiacumque, cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam personatus, administrationes & officia, etiam curata & electiva in Cathedralibus & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu Parochialibus Ecclesiis, vel earum perpetua Vicariis, ac Canonicatus & prae bendae, necnon dignitates, non tamen principales in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere & retinere liberè & licitè valeant.

*Applicatio  
quorundam  
beneficiorum  
Sede vacante  
collatoribus,  
praedictis  
Conclavistis.*

§. 6. Necnon omnia & quaecumque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum regularia, in quibusvis Civitatibus, Diocesis, & locis quorumcumque Regnorum, Provinciarum & Dominiorum, ac Insularum, & alias ubilibet consistentia, & ad quorumcumque collatorum secularium, & quorumvis Ordinum regularium collationem, provisionem, electionem, praesentationem, seu quamvis aliam dispositionem pertinentia, etiam si secularia, Canonicatus & prae bendae, dignitates etiam majores, principales personatus, administrationes & officia, etiam curata & electiva in Cathedralibus, etiam Metropolitan. Parochialibus vel aliis Ecclesiis, ac praesimonia, seu praesimoniales portiones, & perpetua, ac simplicia, etiam servitoria beneficia Ecclesiastica, non tamen Parochiales Ecclesiis, vel earum perpetua Vicariis, ita tamen ut si super illarum fructibus, redditibus & proventibus pensiones aliqua imponantur, in favorem Conclavistarum, & non aliarum reservari debeant; regularia verò, Prioratus, praepositurae, praepositatus, praepositoria, dignitates, non tamen Conventuales, personatus, administrationes vel officia, non tamen claustralia, ac curata & electiva, aut loca & canonicales portiones in Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel aliis, aut Monasteriis, seu aliis locis regularibus, aut alia beneficia fuerint, quae vacante Sede praedicta vacabant, & usque ad diem assumptionis nostrae ad Pontificatum vacaverunt, etiam si dispositioni Apostolicae specialiter, vel etiam ratione mensium in quibus vacaverint, aut vacationis illorum apud Sedem praedictam, aut familiaritatis nostrae, seu Praedecessorum nostrorum, aut quorumvis S. R. E. Cardinalium defunctorum, aut etiam ad Ecclesiam militantis regiminis assumptionem, etiam si ex personis Sedis praedictae Notariorum, collectorum, vel aliorum Officialium, aut etiam dictorum Cardinalium, seu alias ex quacumque reservatione, etiam de necessitate & dispositivè exprimens, generaliter reservata, & affecta existat, & eidem dispositioni Apostolicae non reservata nec affecta, annuum tamen valorem ducentorum ducatorum aut de Camera non excedentia, & de quibus Ordinarii collatores tempore assumptionis nostrae huiusmodi nullo modo vel nulliter, & de facto disposuerunt, inter ipsos Conclavistas, aliasve personas ab eisdem Conclavistis, seu per illos deputatis nominant, & non aliis distribuenda, juxta providam distributionem & divisionem per deputatos à Conclavistis huiusmodi faciendam, ea ratione habita, ut beneficia ipsa idoneis Conclavistis conferantur, si habiles reperiantur, qui tunc in omnibus beneficiis huiusmodi quibuscumque aliis non Conclavistis praerantur: quod si Conclavista idonei ad eadem beneficia obtinenda defuerint, seu illa acceptare noluerint, tunc pensiones annuae super fructibus, redditibus & proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis, aliisque rebus & juribus, & etiam incertis beneficiorum huiusmodi quae eas supportare poterunt, Conclavistis omnino reserventur auctoritate, & tenore similibus praecipimus & mandamus.

*Annulatio  
collationum  
in alios  
faciamus.*

§. 7. Decernentes quaecumque provisiones, collationes, commendas, uniones, annexiones, & incorporaciones, aliasque dispositiones de ipsis beneficiis, ut praerantur, vel alias vacantibus, aut pensiones super fructibus

beneficiorum huiusmodi, seu fructuum, reddituum & proventuum ipsorum, vel illorum partium reservationes, per quoscumque quavis auctoritate, aut etiam per nos, & Sedem eandem, etiam motu simili, & certa scientia nostra, deque Apost. potestatis plenitudine, ac consistorialiter in aliorum quam eorumdem Conclavistarum, vel personarum ab eisdem Conclavistis nominandarum conjunctim factas & faciendas, nullas & invalidas, nulliusque roboris & momenti, ac praeter & contra mentem nostram concessas fuisse & esse, nec alicui, seu aliquibus, etiam si Cardinales fuerint, de dictis beneficiis vacantibus, per nos sub praesenti gratia comprehensis in praedictum dictorum Conclavistarum, quavis etiam Apost. vel Ordinaria, aut quacumque alia auctoritate provideri, vel alias quomodolibet disponi de illis potuisse neque posse, nec collationes, provisiones, commendas, aut alias dispositiones de illis aliter factas, cuiquam nullatenus suffragari debuisse, neque debere, nullumque illis, etiam si dispositioni Apost. affecta, aut reservata antea non essent, dummodo de illis per collatores praedictos tempore dictae assumptionis nostrae legitime provisum non fuerit, post id temporis quovis praetextu disponere potuisse neque posse, ac de illis provisum jus in vel ad illa quæsitum, & sic per praesentes ablatum non fuisse nec esse, neque regulae nostrae de non tollendo jure quæsito locum fuisse dici, aut ceteri posse.

§. 8. Quodque omnes, & quaecumque gratiae, provisiones, commendae & quavis aliae litterae Apost. ac etiam in forma brevis pro illis expediendis, gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine Camerae Apost. quam in favorem litterarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus, & continuis commensalibus, etiam gratis dentur & concedantur, ac dari & concedi omnino debeant, etiam praecipimus & mandamus.

*Expediunt  
terorum  
post. praedictam  
dem gratias  
fac.*

§. 9. Necnon Conclavistis, & eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii vel Canonici Metropolitan. seu aliorum Ecclesiarum, aut personarum quaecumque Ecclesiasticae, tam in Romana Curia quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendae, quaecumque pensiones annuae, eis & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus & proventibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum regularium, seu fructus, redditus & proventus huiusmodi beneficiorum reservatos, usque ad summam centum ducatorum similium in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare & extinguere, ac postquam cassatae fuerint, alias similes pensiones annuae, seu fructus, redditus & proventus huiusmodi usque ad summam praedictam uni vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominandis, etiam quaecumque, quorumcumque & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatae, seu reservati fuerint, etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, aut per eos propria auctoritate percipiendos, exigendos & levandos reservare, constitueres concedere & assignare valeant, etiam concedimus & indulgemus. Decernentes ipsas translationes & novas reservationes, constitutiones & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi plenā roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus & proventibus reservatae fuerint obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore. Necnon cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut praerantur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum parium, pro quolibet nunc & pro tempore reservatarum & reservandarum, habitum & tonsuram clericales gestare, & in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum deserant, incedere minime debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, & etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum

*Indulgentiam  
Conclavistarum  
cum cura  
pensionum.*

penas

penas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducentorum duodecim ascendentes, & reservatas, ut præfatur, etiam si matrimonium contraxerint, cum unica tamen & virgine, retinere.

§. 10. Postremo quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum per eos alias obtentorum & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore vel ingenio, seu eorum industria, licet tamen acquisita & acquirenda, & in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia, spoliis minimè subjaceant, sed Conclavistæ prædicti, etiam Religiosis alicujus Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quorumcumque personarum, etiam Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto eos decedere contigerit, testari & alias disponere, usque ab intestato decedentibus, legitimi eorum hæredes quicumque succedere liberè & licetè valeant, simili modo concedimus & indulgemus.

§. 11. Præcipientes ac mandantes dilectis filiis nunc & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario & Thesaurario, Præsidibus, Clericis Camerae nostræ Apost. & quibusvis aliis spoliatorum hujusmodi Collectoribus & Subcollectoribus, necnon Militiarum prædictarum Officialibus, aut procuratoribus, ne in hujusmodi bona manus apponant, neque hæredes prædictorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes donationes, etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi semper & perpetuò validas & efficaces existere.

§. 12. Nec eosdem Conclavistas, eorumve aliquem ad præsentem literas in dicta Camera insinuandum, aut admitti & registrari petendum teneri, nec illas, etiam si intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

§. 13. Ac easdem præsentem, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis & constitutionibus Apostolicis, gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitaret vel moderarent, quæ à nobis & dicta Sede pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei & divini cultus augmentum, etiam Consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hæcenus, vel in posterum emanaverint, minimè comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt, toties easdem præsentem in pristinum statum repositas & reintegratas esse & censeri.

§. 14. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, in quavis causa, & instantia judicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane quicquid secus super his, &c. ignoranter contigerit attentari.

§. 15. Et insuper dilectis filiis Rescribendario & Computatori literarum Apostolicarum, & aliis ad quos spectat in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena indignationis nostræ Motu simili mandamus, ut litteras prædictas super præmissis omnibus & singulis, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsim & separatim cum omnibus & quibuscumque derogationibus, decretis & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro ubique in omnibus, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, plumbique & Registrariis officiis, absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per vim compositionis faciendæ, omni contradictione & dilatione cessantibus, signent, expédiantque & expédiri faciant.

§. 16. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illud nondum sit devenit, cui per hoc aliàs non intendimus derogare, ac una de insordescentibus, & altera nostris de præstando consensu in pensionibus, necnon fel. rec. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri de similibus vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis & registrandis, necnon rec. mem. Pii Papæ V. prædecessoris nostri, contra illegitimos, necnon Pictaviens. Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in universalibus, Provincialibusque Conciliis edi-

tis specialibus vel generalibus Constitutionibus & ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Joan. Hierosolym. ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum & Terrarum, necnon Camerae prædictæ, & quarumvis universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis, & etiam novis reformationibus, necnon etiam legibus, tam Pontificiis quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apost. superioribus & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, illis præsertim quibus inter alia caveri dicitur expressè, quod beneficia Urbis non nisi personis sub certis modo, & forma inibi qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum, & militiarum expressè professis confertis, & commendari possint disponentibus. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, &c. mentionem.

§. 17. Volumus autem quod Conclavistæ, qui in Conclavi in quo præ mem. LEO PP. XI. Similiter Prædecessor noster, ad summi Apostolatus apicem assumptus fuit, in præsentem gratia, non tamen quoad provisionem beneficiorum, & distributionem decem millium scutorum hujusmodi, comprehendantur, perinde ac si illis hæc omnia concessa fuissent, prout illis omnibus & singulis pariformiter, ac principaliter concedimus & impartimur.

§. 18. Volumus etiam quod præsentium transumptis, etiam impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis & subscriptis eadem fides, tam in judicio quam extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nomina autem Conclavistarum, qui in utroque Conclavi hujusmodi interfuerunt, sunt hæc, videlicet:

Venerabilis frater noster Angelus Episcopus Tagateni Sacrista, necnon dilecti filii Paulus Alalco, Guido Ascanus Prævostus, & Jo. Paulus Mucatus Magistri Ceremoniarum, Matius Riccerius Clericus Camerinen. Secretarius Collegii, Robertus Ubaldinus Clericus Florentin. Petrus Jacobus Gima Clericus Auximan. Dæc. ipsius Leonis Prædecessoris, dū Cardinalatus honoreungebatur. Petrus Pavonius Clericus Ariminen. Marcus Antonius Tanus Clericus Florentin. nostri, etiam dum Cardinalatus honoreungebatur. Annibal Minalis Clericus Javen. Frater Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, Franciscus Vicedominus Clericus Comen. Alexander Coraldinus Fulginaten. Ptolomæi Ostien. Commen. Julius Cæsar Cantavenna Clericus Alten. Raynaldus Magnanus Clericus Sursinat. Dominici Portuen. Pinelli. Scipio Cœbellutus Clericus Viterbien. Alexander Benreceptus Presbyter Mantuanus, Hieronymi Albanen. Afculan. Petrus Pocchier, Ludovicus etiam Pocchier, Paulus Castellus Clerici Tolosani, Francisci Sabinen. de Joyosa, Octavius Mancinus Clericus Romanus, Jo. Baptista Rezzanus Presbyter Veronen. Augustini Valerii Prænestin.

poliagre.

registratio Camerae militur.

registratio Camerae militur.

clausula servatis.

clausula data.

clausula quod officialis missis expedit.

clausula notaria.

Indultorum concessio pro Conclavistis primi Conclavis.

Transumptorum fides.

Nomina Conclavistarum.

de Verona. Julius Bellus Clericus Justinopolitan. Franciscus Mansus Clericus Amerin. Dioc. Marcus Antonius Carreus Presbyter Albingan. Dioc. Antonii Mariæ Tufculani, Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum Galli. Horatius Sylvestrius Presbyter Verulan. Hector Octonus Clericus Camerinen. Dioc. Antonii S. Mariæ Transibetini Saulii. Marcus Antonius de Magistris Clericus S. Severini. Jacobus Dunu Clericus Novarien. Miles Militiæ Sancti Lazari, Evangelistæ S. Laurentii in Lucina de Cusentia. Lælius Carlucius Clericus Civitatis Ducalis, Felix Perficus Clericus Spoletan. Marinus Fabrius Clericus Gebennen. Mariani Perbendi Sanctorum Marcellini, & Petri de Camerino. Aurelius Adrianus Clericus Montis Alti, Honoratus Laverfanus Presbyter Fundan. Constantinus Naimolus Presbyter Campanien. Gregorii S. Augustini de Montelparo. Torquatus Loscus Clericus Vicentin. Joan. Baptista Cusinus Clericus Mutinen. Pauli S. Cecilie Sfondrati. Nereus Dragomannus Clericus Aretin. Dioc. Franciscus Bovarellus Clericus Eugubinus, Benedicti S. Priscæ Justiniani. Pyrrhus Nutus Clericus Eugubinus, Antinorus Ubaldinus laicus Pisaren. Francisci Mariæ S. Mariæ de Aracelli à Monte. Octavius Garimburtus Clericus Romanus, Geminianus de Madonna Clericus Sarzanen. Dioc. Octavii S. Alexii Pallavicini. Romulus Cerrinus Clericus Romanus. Jo. Franciscus Confalonarius Clericus Recanaten. Octavii S. Praxedis de Aquaviva. Augustus Barbolus Presbyter Cremonen. Gaspar Ghirellus, Bartholomæus Bellucius Clericus Mutinen. Flaminii S. Mariæ de Pace Plati. Joan. Baptista Cantonis laicus Mediolanen. Joannes Antonius Aliprandius Clericus Mediolanen. Hieronymus Ponzonus laicus Mediolanen. Federici S. Mariæ Angelorum Borromæi. Alexander Scappius Clericus Bononien. Hieronymus Roncalius Clericus Bononien. Antonii Sanctorum Quatuor Coronatorum Fachinetti. Laurentius Bernardinus Presbyter Lucen. Bernardinus de Lupis de Sancto Edicto Presbyter nullius Dioc. Alexander de Magistris Clericus Terracinen. Dioc. Sebastianus Fotius Clericus Interamnen. Petri Sanctorum Jo. & Pauli Aldobrandini. Franciscus Leonellus Clericus Forosempronien. Dominicus Roncius laicus Sutrin. Dioc. Cinthii S. Petri ad Vincula Georgii. Lucas Antonius Eustachius Clericus Troian. Nicolaus Maurus Presbyter Ripanus, Septimius Angleria Clericus Cremonen. Petrus Riccius Presbyter Romanus, Alexander Ricciardus laicus Politianen. Physicus, Francisci Mariæ S. Mariæ supra Minervam Taurusii. Franciscus Cavalcates laicus Florentinus. Bartholomæus Donus Clericus Romanus, Octavii S. Sabinæ Bandini. Nicolaus de Escalle Clericus Tullen. Jacobus de Foraja Annæ, S. Susannæ de Givry. Reginaldus Cruolenus Clericus Clusin. Dioc. Josephus Chechius Clericus Intersamnen. Clemens Octavus Persæ laicus, Cesaris Sanctorum Nerei, & Achillei Baronii. Contes Ciata Clericus Senen. Secundus Odinus Clericus Asten. Laurentii S. Laurentii in Pane & Perna Blanchetti. Christophorus de Trivino Clericus Abulen. Joannes de Almaraz Clericus Placentinus, Ferdinandus de Ribera Clericus Caeretan. Dioc. Francisci S. Crucis in Hierusalem Avilæ. Emilius Florius Clericus Valven. Sulmonen. Dioc. Dominicus Carmistalius Presbyter Reatin. Bernardinus Zampa Clericus Camerinen. Dioc. Francisci S. Mariæ de Populo Mantica. Nicolaus Speronus Presbyter Vintimillien. Urbanus Ceulus Pisanus, Bernardus Bassus Clericus nullius Dioc. Pompeii S. Balbinæ Arrigonii, Alphonfus Sfondratus Clericus Cremonen. Ludovicus Rondinellus Clericus Imolen. Bonifacii S. Hieronymi Illyricorū Bevilacqua. Hieronymus Bassus Presbyter Imolen. Pompeius Andreoccus Clericus Aretin. Dioc. Alphonfi S. Sixti Vicecomitis. Angelus Miraldus Clericus Nucerin. Dioc. Josephus Geggus Clericus Spoletan. Dioc. Joannes Genus Lotharingus laicus, Dominici S. Honustii Tuschi. Jacobus Oliverius Clericus Romanus Miles Militiæ Jesu Christi, Hippolytus Blancus Ferrariensis, S. Sylvestri Dietrichstein. Josephus Vignanesius Clericus Politianen. Petrus Guidottus Presbyter Pientin. Ludovicus Atregatius Clericus Politianen. Roberti S. Mariæ in Via Bellarmini. Jacobus Moiard Presbyter Carnoten. Dioc. Mattheus

Puis Clericus Parisien. Francisci Sanctorum duodecim Apostolorum de Sourdus. Ludovicus Beccatellus Clericus Bononien. Joannes Thomas Malpicus Clericus Senogallien. Natalis Morbiolus laicus Bononien. Seraphini S. Salvatoris in Lauro Oliverii. Hieronymus Mezzamicus Presbyter Imolen. Emilius Sperellus laicus Assisien. Dominici S. Pancratii Gymnasii. Severus Durinotius Clericus Senen. Hieronymus Mustitanus Clericus Justinopolitanus, Jo. Mengotius Clericus Forolivien. Marcus Antonius Mozzarellus Clericus Mutinen. Philippi S. Bartholomæi in Insula Spinelli. Rodericus Bonal de Paz Clericus Salmantin. Josephus Perez Clericus Tirasson. Antonii S. Matthæi in Merulana Zappatæ. Balduinus Massa Romanus, Jacobus Honoratus laicus Anconitanus, Caroli S. Clementis de Comitibus. Camillus Simbaldus Clericus Auximanus, Jacobus Franciscinus de Bertinoto laicus Veronen. Benedictus Averinus laicus Volaterran. Physicus, Caroli S. Thomæ in Parione Madrutii. Joannes de Saletta Presbyter Lascuren. Claudius Calamart Clericus Parisien. Jacobi S. Agnetis de Perron. Livius Sala Spoletan. Miles dicti Hospitalis, Augustinus Joyosius Clericus S. Severini, Jo. Fideretus laicus Sarzanen. Innocentii S. Marcelli de Bubalis. Jacobus Benedictus Presbyter Nicosien. Josephus Petorellus Urinen. Franciscus Gambertus laicus Florentinus, Joannis S. Marci Desfini. Urbanus Paleonus Clericus Reatinæ Dioc. Gaspar Tactus Clericus Firmanus, Jacobi Sancti Stephani in Monte Cælio Sannesii. Laurentius Nicolosius Presbyter Lucen. Jacobus Broccardus laicus Nicien. Herminii Sancti Mariæ Transpôtinæ de Valentibus. Polidorus de Polidoris Urbevet. Miles dicti Hospitalis, Io. Nicolaus Ferronus Clericus Beneventanus, Hieronymi Sancti Blasii de Annulo Pamphili. Joannes Baptista Vulpus Presbyter Papien. Joannes Nicolaus Righettus Presbyter Senogallien. Ferdinandi S. Eusebii Tabernæ. Joannes Baptista Ubertus Presbyter Civitatis Castellii, Afcianus Felix à Sancto Angelo in Vado, Anselmi Sancti Petri in Monte Aureo titulorum Presbyterorum Menopolitan. nuncupatorum. Tullius Cicero Clericus Comen. Gambius Artusinus Clericus Forolivien. Francisci Sancti Mariæ in via lata Sfortiæ. Rogerius Tritonius Presbyter Utinen. Plinius Bonjoannes laicus Firmanæ Dioc. Alexandri Sancti Laurentii in Damaso de Montalto. Alphonfus Carandinus Clericus Mutinen. Miles Militiæ Jesu Christi, Nicolaus Bonarellus Clericus Anconitanus, Io. de Rojas Clericus Toletan. Odoardi Sancti Eustachii Farnesii. Joannes Prosper Turrianus laicus Alatrinus, Crispotus Mattheus Clericus Assisien. Dioc. Bartholomæi Sancti Mariæ in Porticu Cæsi. Petrus Franciscus Bonjoannes Presbyter Firman. Dioc. Josephus Baronius laicus Montis Alti, Andreæ Sancti Angeli in foro piscium Peretti. Josephus Fontanella, Petrus Rodolphus Arlotus Clericus Regien. Nicolaus Castel Verrus Clericus Mutinensis, Alexandri Sancti Mariæ Novæ Estensis. Joannes Baptista Schiassinatus Clericus Mediolanen. Nicolaus Accursinus Clericus de Sancta Flora, Ennius Torellus Clericus Spoletan. Dioc. Ioan. Baptista Sancti Mariæ in Cosmedin Deti. Germanicus Fidelis Presbyter Ripan. Romulus Clarutius Montis Alti, Paulus Emilius Petrutius Presbyter Firman. Sylvestri Sancti Cesarii Aldobrandini. Horatius Mancinus Presbyter Perusinus, Martinus Martinez de Androsal Clericus, Joannes Baptista Spinola laicus Ianuen. Iannettini de Auria. Octavius Monefus Clericus Mutinen. Dioc. Octavianus Albinellus laicus Ferrarien. Prosper Marzanus Physicus Laicus, Caroli Emanuelis Sancti Nicolai in Carcere Pii Diaconorum S. R. E. Cardinalium etiam nuncupatorum, necnon Antonius à Turre Clericus Casalen. Bernardinus Eusebius Presbyter Ipporegien. Fabius de Amicis Clericus Camerinen. bon. mem. Francisci S. Clementis. Antonius Cicalottus Clericus Sabinen. Joannes Natalis Clericus Sarzanen. Franciscus Petrus Clericus Cornetan. Pauli Emiliæ Sancti Marcelli. Hieronymus Racanus Anconitanus, Miles prædicti Hospitalis, Joannes Furnus, Joannes Franciscus Martini, Clerici Faventin. Civitatis, vel Dioc. Hieronymi Sancti Petri ad Vincula similiter titulorum ejusdem S. R. E. Cardinalium defunctorum, necnon



Beatus Aloysius Bononiensis. Ordinis Sancti Augustini Magister in Theologia, cum dicto Angelo Episcopo, Frater Petrus de Matre Dei Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Confessorius, Rodolphus Silvestrius, Vincencius Balduccius, Petrus Simon Faustus Physici, Julianus Cocchius Chirurgus, Propertius Sixtus, Gentiles Genilis Aromatarii, Bartholomaeus Ventussecius, Ludovicus Seno Gallus, Propestius Sixtus, Benedictus Gasparinus eorum Auditores, Joannes Baptista Camofinus Clericus Novariensis. Custos fontis, Franciscus Pedonius Secretarii Auditor, Juvenius de Angelis, Blasius Zuchius Barbitonores, Alexander Bertinius, Aristoteles Gattai, Julius Caesar Rotius eorum Adjuvatores, Angelus Pessus Carmontanus, Nicolaus Varisus, Jo. Volkretta Fabri lignarii, Franciscus Mediolanensis. Thomas de Dohana, Jacobus Comensis, Jacobus de Voltulina, Joannes Reecta, Andreas Schemnus, Vincencius Guarinus, Joannes Sorci, Donatus Marchesolus, Joannes Venerus, Dominicus de Voltulina, Jacobus Polus, Joannes de Remedio, Joannes Simonetta, Thomas Sulanna, Vincencius ad Corallum, Simon Tridentinus, Dominicus alias Bologna, Petrus de Petrolis, Dominicus Gutius, Marcus Antonius Ferrus Scopatores-Conclavis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, donationis, receptionis, constitutionis, decorationis, Aggregationis, voluntatis, mandati, indulti, remissionis, condonationis, dispensationis, legitimationis, abstentionis, abolitionis, restitutionis, praerogationis, concessionis, derogationis, & impactionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo quinto, Pridie Kal. Augusti, Pontificatus Nostri anno primo.

V. Exemptio Fratrum Ordinis Beatae MARIAE de Monte Carmelo, a solutione Quartae funeralium, cum declaratione Conc. Trident. sess. 25. cap. 13.

Alia de hoc Ordine plenè notavi supra, ad constit. 8. Honoris III. Vt vivendi, lib. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS, Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, quae sacris Ordinibus à Sede Apostolica dudum concessa sunt, facta te- etaque tueri.

§. 1. Inter quos adest Ordo Beatae & Gloriosae semperque Virginis MARIAE de Monte Carmelo, cui inter alia, sicut accepimus, diversi Romani Pontifices concesserunt illius Domo, seu Monasteria ante annos quadraginta aedificata non teneri ad solutionem Quartae Funeralium, idque etiam à Concilio Tridentino de praedicto, & aliis sacris Ordinibus decretum fuit.

§. 2. Cum autem quaereretur, an eadem postea à quadraginta annis aedificata deberent dictam Quartam solvere, venerabiles Fratres nostri sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Decretorum dicti Concilii interpretes censuerunt, Monasteria aedificata à quadraginta annis citra non teneri ad solutionem Quartae Funeralium hujusmodi, si modò sint ejus Religionis, cui à dicta Sede ante Quadraginta annos indultum sit, ut eandem Quartam non teneantur solvere Episcopo.

§. 3. Quare, ne dicti Ordinis Carmelitani Monasteria, seu Domo in diversis Mundi partibus à quadraginta annis aedificata indebitè cogantur solvere dictam Quartam Funeralium, eorumque indemnitati prospicere cupientes, ac tenores literarum concessionum hujusmodi forsane confectarum praesentibus pro expressis habentes, dilecti filii Procuratoris Generalis dicti Ordinis Carmelitani, illius nomine Nobis porrectis supplicationibus adducti, volumus, mandamus, decernimus, & declaramus omnia & singula hujus Ordinis Beatae MARIAE de Monte

Carmelo Monasteria, seu Domo in quibuscumque Mundi partibus à quadraginta annis aedificata, illorumque Conventus & Fratres nullo modo, nullave ratione teneri ad solutionem dictae Quartae Funeralium, & ob non solutionem hujusmodi aliquas sententias, censuras, & poenas incurere posse.

§. 4. Inhibentes in virtute sanctae obedientiae omnibus & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ac aliis quos id concernit, ne ab ipsis Fratribus Monasteriorum, seu Domo- rum à quadraginta annis aedificatorum dicti Ordinis Carmelitani Quartam Funeralium hujusmodi quoquo modo exigere, aut eos desuper molestare audeant, seu praesumant. Quod si quis contradicere praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus noverit se incursum.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari, ac definiti debere, necnon irritum, & inane, si si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Quocirca dilectis filiis Caesarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori, & nunc & pro tempore existentibus nostris, ac dictae Sedis Nunciis in Regnis, seu locis, aut Terris ubi dictae domus aedificatae fuerint, existentibus mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus fuerit, solemniter publicantes, ac Fratribus praedictis in praemissa efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant praemissa omnia observari, nec permittant eos desuper à quoquam molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, & praemissis non parentes per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 7. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice duxat specialiter & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 8. Et quia difficile foret easdem praesentes ad singula quaeque loca deferri: Volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alienius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, ac si praesentes forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 20. Augusti millesimo sexcentesimo quinto, Pontificatus nostri anno primo.

V. Erectio Collegii, vel Seminarii Colimbriensis in Regnis Hispaniarum, pro Religiosis Militiarum S. Jacobi de Spata, & Sancti Benedicti de Avis.

Militiam Sancti Jacobi approbavit Alexander III. in sua constit. 5. Benedictus, sup. Eius administrationem Regi Hispaniarum concessit Adrianus VI. constit. 1. Dum intra, lib. 1. ubi alia de hac Militia indicavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Adira A. D.  
1605.

Exordium.

Majores pars  
Ecclesiarum  
Parochialium  
Regnorum Por-  
tugallie, &  
Algarbiorum,  
constat ex  
Commendis  
illarum Mi-  
liarum, &  
illa per Pres-  
byteros ca-  
rumdem pro-  
fesso, à Phi-  
lippo Rege  
eorum ad-  
ministratores  
presentes, &  
ab Ordina-  
riis locorum  
institutos  
gubernari  
solent.

Et illarum  
multa, etiam  
collegialiter  
deserviunt à  
saeculo à  
personis Mi-  
liarum.

Et licet mul-  
ta in Con-  
ventibus, ali-  
quod in Co-  
limbrien. &  
Elboren. Pri-  
oribus, &  
vicariis  
venerunt  
studii in-  
stant, ut po-  
test benefi-  
cii diciturum

Miliarum  
provisi eorū  
Ecclesie in-  
cumbant,  
maiores tamē  
studiorum  
numero in-  
dugent.

Igitur Rex  
alium Semi-  
narium Co-  
limbrien.  
fundari vo-  
luit, reservato  
Papa bene-  
placito pro  
Religiosis d. d.  
Miliarum,  
certis sub or-  
dinationi-  
bus.

Seminarii  
Fabrica pro-  
secutionis, &  
Collegialium  
sustentationis  
provisio de  
redditis  
receptorum  
illarum  
Al'iarum.

EX injuncto nobis pastoralis officii debito, quo Ecclesiarum, & Ordinum quorumcumque Regularium, etiam Militiarum regimini, divina disponente clementia presidemus, in his auctoritatis nostrae partes libenter interponimus, per quae Ecclesiarum, & Ordinum praedictorum personae ac Ministri factarum literarum studiis incumbere, & ita utiliores Ecclesiae Dei evadere possint.

§. 1. Cum itaque (sicut charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae, & Algarbiorum Regis Catholici nomine nobis nuper expositum fuit) magna pars Ecclesiarum Parochialium Regnorum Portugalliae, & Algarbiorum, praesertim in Ulhabonensi, Elborensi, Colimbriensi, Eluensi, Pharaonenfi, Portalagrensi, & aliis forsitan dicecesibus, constet ex Praeceptoris, seu commendis Militarum S. Jacobi de Spata, sub Regula S. Augustini, ac S. Benedicti de Avis, sub Regula ejusdem S. Benedicti, quae Parochiales Ecclesiae, tam quoad animarum curam, quam quoad alia necessaria, per Presbyteros Ordinum earundem Militarum respectivè professos, à praedicto Philippo Rege, qui etiam Militarum praedictarum perpetuus administrator Apostolica auctoritate deputatus existit, pro tempore praesentandos, & ab Ordinariis locorum respectivè instituendos gubernari solent.

§. 2. Et multae illarum in Civitatibus, & Oppidis praecipuis eorumdem Regnorum existant, & propterea non solum per Priores, & Rectores, sed etiam per diversos alios earundem Militarum beneficiatos collegialiter deserviri soleant, quod quidem non nisi adhibito magno idoneorum Ministrorum numero fieri potest.

§. 3. Et licet in Conventibus diciturum Militarum, tum Grammaticae, tum morali Theologiae operantur, nonnulli verò in Colimbriensi, & Elborensi universitatibus Studiorum generalium, expensis diciturum Militarum, seorsum tamen & separatim, & absque aliqua clausura, & regularis disciplinae observantia literarum studiis incumbant, ut postea de Prioratibus, ac aliis beneficiis earum Militarum provisio dicitur Ecclesiae inserviant: quoniam tamen praedictae Militiae pro ipsarum Ecclesiarum regimine & administratione, majori eruditorum numero indigent.

§. 4. Propterea idem Philippus Rex, & administrator de consilio Praesidentis, & Deputatorum mensae conscientiae nuncupatae, ad earundem Militarum regimen Apostolica auctoritate instituta, reservato nostro, & Apostolicae Sedis beneplacito decrevit, ut in Universitate Colimbriensi novum Collegium, seu Seminarium erigeretur & fundaretur, in quo aliqui ex qualibet dd. Militarum Religiosis, sub clausura & regulari obedientia sacrae Theologiae, aut iuris Canonici studiis operam darent, qui Collegiales, factò prius inter eos qui administrandi sunt concursu, admitti deberent eodem modo ac stylo, quo Collegio Regali S. Pauli ejusdem Universitatis, quoad sanguinis puritatem, generis & familiae nobilitatem, & qualitatem dd. Collegialium observatum est. Quod quidem Militate Seminarium, ac illius Collegiales praedicti, statutis & regulis suorum Ordinum, & aliis ad id formandis & edendis gubernarentur, ea conditione adjecta, ut praedicti Collegiales per concursum, ut praefertur eligendi, priusquam ad Collegium, seu Seminarium admitterentur, in Conventibus dd. Militarum regularem earum habitum susciperent, & si dicto Philippo Rege nunc & pro tempore eorumdem Militarum Administratori videretur, etiam regularem ac solemnem emitterent professionem.

§. 5. Praeterea ut d. Collegii fabrica, & Collegialium congrua sustentatio nullo unquam tempore deficere, aut desiderari posset, ex dd. Militarum Prioratibus, Praeceptoris, Commendis & beneficiis, eorumque redditibus, proventibus, juribus & emolumentis quibuscumque ea quantitas, & portio eidem Collegio, seu Seminario applicaretur & attribueretur, quae arbitrio ipsius Philippi Regis, nunc & pro tempore existentis administratoris hujusmodi, taxanda, applicanda, & attribuenda videretur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipse Philippus Rex & Administrator cupiat erectionem & fundationem d. Collegii, seu Seminarii quantocius ad felicem, & optatum

effectum perducere, atque ut Priores, Praeceptores, Commendatarii, & alii beneficiati diciturum Militarum onus contributionis per eos faciendae in subventionem Collegii, seu Seminarii erigendi hujusmodi, factilius perferre valeant, illos quacumque alia contributione aliis Seminariis Ecclesiasticis per Ordinarios locorum ex decreto sacri Concilii Tridentini praedictis faciendae, attentò maxime quod Seminaria illarum partium satia uberes redditus habent, & non existunt in quasi possessione exigendi contributionem à beneficiis Militarum, auctoritate Apostolica eximi desideret, & propterea nobis humiliter supplicari fecerit, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignateretur.

§. 6. Nos igitur ejusdem Philippi Regis & Administratoris piis votis & supplicationibus, in his praesertim quae ad divini cultus augmentum & Ministrorum virtutem alendam, & litterarum studia promovenda pertinerent, benignè annuere volentes, ejus in hac parte supplicationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacri Concilii Tridentini interpretum, quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum commisimus, in praedicta Universitate Studii generalis Colimbrien. unum Collegium, seu Seminarium Militarum praedictarum, in qua sub unius Rectoris à praedicto Philippo Rege moderno, & pro tempore existente eorumdem Militarum Administratores, seu Magno Magistro ad nutum deputati, & amovendi cura, & gubernio, aliqui praedictarum Militarum religiosi sub regulari clausura, ac obedientia sacrae Theologiae, seu Juri Canonico operari debeant, auctoritate Apost. tenore praesentium perpetuè erigimus, & instituimus, ac eidem Philippo Rege & Administratori nunc & pro tempore existentibus praefato, ut per personas earundem Militarum ab eo deputandas, locum pro fabrica d. Collegii in eadem Universitate designare, necnon & pro eadem fabrica, & pro manutentione Rectoris & Collegialium ejusdem Collegii, qui pro tempore fuerint, contributionem à singulis Prioribus, Praeceptoribus, Commendatariis, & aliis beneficiatis earundem Militarum pro rata fructuum, reddituum, emolumentorum, & jurium suarum Praeceptoriarum & Prioratarum, Commendarum & beneficiorum respectivè faciendam taxare, statuere, & determinatè persolvere facere possit facultatem impartimur.

§. 7. Praeterea ut praedictum Collegium, seu Seminarium Militare, & Collegiales in illud pro tempore admittentur, juxta statuta, & regulas suorum Ordinum, & alias pro felicitillius gubernio de novo faciendas, dummodò licite & honeste, ac sacris Canonibus, & Concil. Trid. decretis, & Constit. Apostolicis conformes existant, & ab Ordinariis loci tanquam Apost. Sedis delegato prius examinentur, & approbentur, regi & gubernari, utque praedicti Collegiales per concursum, ut praefertur, pro tempore eligendi, priusquam ad Collegium, seu Seminarium admittantur, in Conventibus dd. Militarum regularem earum habitum suscipere, & si d. Rege & administratori ita etiam visum fuerit, regularem & solemnem emittere debeant professionem, statim, & ordinamus.

§. 8. Ut autem Praeceptores, Commendatarii, Priores, Rectores, & alii beneficiati Milites dd. Militarum onus contributionis faciendae pro manutentione d. Collegii, seu Seminarii factilius perferre possint, illos universos & singulos à quacumque alia contributione Seminariis Ecclesiasticis in quibusvis Civitatibus & Dicecesibus, attentò eorumdem Seminariarum illarum partium reddituum ubertate, quodque ipsa Seminaria non sunt in quasi possessione exigendi contributionem à dd. Militibus, auctoritate & tenore praesentium eximimus & liberamus, ac liberos & exemptos fore, & esse, sicque ab omnibus censeri, ac ita per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, sublatis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & intervertendi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 9. Quocirca dilectis filiis Curiae causasum Cameræ Apost. generali Auditori, & spoliarum & jurium Cam. nostrae Apost. debitorum in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis

Mil  
ad  
Regi  
d. S  
origi  
His  
rum  
d.  
Fabi  
sciam  
& Col  
aliam  
tation  
dem  
predi  
gend  
partit

Colleg  
luzia  
Las  
Ordin  
alias  
Colleg  
Semin  
regimen  
Ordinari  
loci  
bandi  
& quoc  
inbet.

Semin  
contrib  
ab aliis  
tributio  
axim.

Execu  
luzia  
leputat.

Regis Collectori generali & officiali Colimbrici, per presentes committimus & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quomodolibet ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte d. Philippi Regis, & pro tempore existentis administratoris, ac aliorum predictorum, seu allicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciatur auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet eorumdem premissorum effectu respectu pacifice frui & gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, Contradiutores quoscumque per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis.

§. 10. Non obstant. premissis, ac fel. re. Bonif. Papæ VIII. predec. nostri de una, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apost. ac in Universalibus, Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitut. & ordinat. Apost. necnon Militarum predictarum, & quarumcumque Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apost. eidem Collegio, ejusque Rectori, Collegialibus aliisque personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis, Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, & contrariis quibuscumque. Aut si predictis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Marcum, die 23. Augusti 1605. Pont. nostri anno primo.

VI. Quod Capitulum generale Fratrum S. Francisci de Paula, quolibet sexennio celebretur. Munusque Correctoris generalis, ejusque Collegarum, ac Procuratoris Ordinis sexennio, Provincialium triennio, Correctorumque domorum anno expleatur.

Hunc Ordinem probavit Sixtus IV. in const. 5. Sedes, sup. lib. 2. Et hunc Franciscum inser Sanctos retulit Leo X. in const. 38. Excelsus, lib. 2. ubi alia de hoc Ordine adnotavi.

Ambitum his Fratribus prohibuit hic idem Paul. inf. in const. 117. Admonemur. Postea in Urbe fuit institutum Collegium hujus Ordinis pro Fratribus studentibus nationis Calabrensis, ut in S. D. N. Urbani VIII. const. 5. Ex injuncto, inf. tom. 4. De anno 1625. in Capitulo generali isti Fratres nonnulla statuta pro Ordine ediderunt, quæ habes confirmata, & relata in S. D. N. Urb. const. 17. Ut ea. Et demum confirmavit eorum Privilegia in const. 19. Injuncti, d. tom. 4.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus, ex regula, seu constitutione Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula à Rom. Pont. predecessor. nostris, Sanctaque Sede Apost. hucusque confirmata disponatur quolibet triennio, & in

festo Sanctissimæ Pentecostes d. Ordinis Capitulum generale celebrari, & in eo illius Corrector generalis, ejusque Collegæ, ac etiam ipsius Ordinis Zelofus, seu Procurator generalis in loco deputato, ut moris est, omnibus d. Ordinis Provincialibus, eorumque Commissorum congregatis eligi debeant, prout in hujusmodi festo die penultima mensis Maii proxime præteriti observato, d. Capitulum generale celebratum, & in eo Corrector generalis, ejusque Collegæ & Zelofus, seu Procurator generalis predicti electi fuerunt, nihilominus cum d. Ordo, illiusque domus regulares nō solum in Italia, sed etiam in Gallia & Hispania in dies propagentur, ac etiam amplientur, ipsi Generales, eorumque Collegæ suas integras in predictis Nationibus Visitationes nullo modo infra dictum triennium, prout ipsarum regularis Ordo requirit, efficere possint. Imò verò quæ ab eis in aliqua predictarū Nationum Visitatione efficiuntur ita festinatè propter teporis eis præscripti brevitatem fiunt, ut in suū Ordinem nullum vel saltem minimum possit inde resultare emolumentum, itaut nedum ex incommodis hujusmodi, verum etiam ex ipso triennali, sicut præfertur, totius Ordinis predicti Provincialium, eorumque Commissorum ad Capitulum generale hujusmodi celebran. Conventu ingentes sumptus, gravesque molestias d. Ordo subire cogatur. Quibus & aliis forsan causis per nos providè consideratis, & respectu à dilectis filiis Prælati Congreg. Reformationis maturè discussa, ad evitan. hujusmodi sumptus, & expensas ac incommoda, quæ premissorum occasione oriri possunt, modo infra scripto providen. esse duximus.

§. 1. Nos igitur in summo dignitatis culmine divina favente clementia constituti, ad ea per quæ Religiosorum pia vitæ, divinique numinis obsequiis sub regularis observantia norma vacantiū status salubriter dirigi valeat, libenter attenden. Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostra, deque Apost. potestatis plenitudine, quod de cetero perpetuis futuris temporibus d. Capitulum generale non quolibet triennio, prout hæcenus observatum fuit, sed de sexennio in sexennium celebretur, in eoque Corrector generalis, illiusque Collegæ, ac Zelofus, seu Procurator generalis predicti Ordinis Provincialibus, eorumque Commissis congregatis, ac reliquis observari solitis servatis, ad hujusmodi sexennium eligantur, ac celebrari, & eligi debeant.

§. 2. Itaut electio dilecti filii Stephani Augerii Moderni d. Ordinis correctoris generalis, ejusque Collegarum, ac dilecti etiam filii fratris Hieronymi Durandi Zelosi, seu Procuratoris generalis à die Festivitatis Sanctissimæ Pentecostes, hujusmodi proxime præterita computan. duret, nos illam ad hujusmodi sexennium extendimus, & ampliamus. Quo quidem sexennio durante ipsi, & eorū quilibet eisdem privilegiis, prærogativis, antelationibus, favoribus, auctoritate, officio, præminencia & jurisdictione, aliisque gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus d. Ordinis Corrector generalis, ejusque Collegæ, & Zelofus, seu Procurator generalis hæcenus usi, potiri & gavisifuerint, ac quibus de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipsi pariter, & pariformiter, absque ulla prorsus differentia utantur, potiuntur, & gaudeant, dictoque sexennio elapso, & non antea, d. Capitulum generale celebretur, & celebrari debeat, in eoque quæ de more fieri solent, dicto triennio penitus excluso, fiant & observentur.

§. 3. Alii verò Officiales, Provinciales, eorumque Collegæ de triennio in triennium, ac Correctores domorum d. Ordinis de anno in annum, prout ex regula d. Ordinis disponitur, creentur & deputentur, perpetuò statuimus, & ordinamus.

§. 4. Et ita sub indignationis nostræ, necnon privationis vocis activæ & passivæ, ac inhabilitatis ad quæcumque d. Ordinis dignitates, præminencias, officia & onera recipien. & retinen. ipso facto incurren. pena per quoscumque d. Ordinis fratres & regulares, ac quosvis alios observari præcipimus & mandamus.

§. 5. Decernentes predictas literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi vel retractari, seu invalidari, aut ad

Quod Cap. solum gen. vale quolibet sexennio ab cetero celebrari non potest, quo Corrector generalis, illiusque Collegæ, ac Procurator generalis Ordinis S. Francisci de Paula ad sexennium eligantur. Et tantum duret electio max facta in Capitulo gen. generali.

Alii autem Officiales, Provinciales, eorumque Collegæ ad triennium, & Correctores domorum ad annum eligantur. Contrariis nullas penas idcirco.

Claufula huiusmodi sentis præf. ut utique apponatur.

Acta A. D. 1605.

Causa bulas impunctio.

Bullarij Magni Tom. III.

viam & terminos iuris educi, seu in ius vel controversiam vocari, aut aduersus eas quodcumque iuris, & facti vel iustitiae, aut gratiam remedium intentari, impetrari vel concedi nullatenus unquam posse.

Ac decretum irritum.

§. 6. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ac S. R. E. Cardinales, dictaque Sedis de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores etiam deputantur.

§. 7. Quocirca dilectis filiis nostris, & Apost. Sedis in Regnis Franciæ & Hispaniarum Nunciis, & causarum Curia Cam. Apostolica generali Auditori per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte correctoris generalis, ejusque Collegarum, ac Procuratoris prædictorum, aut alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque & cuilibet eorum in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet præmissorum omnium & singulorum effectu pacifice frui & gaudere, non permittentes, illos, aut eorum quemlibet desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis quibusque derogatur.

§. 8. Non obstant. fel. rec. Bonif. Papæ VIII. prædec. nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque constit. & ordinat. Apost. ac prædicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostol. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apost. eidem Ordini, illiusque Correctori, Collegis, Procuratoribus, aliisque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & infolitis clausulis, ac irritatibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur presentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis in super fides datur.

§. 9. Volumus autem quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. T. die 1. Octob.

Dat. apud S. Marcum, die 1. Octob. 1605. anno 1.

VII.

Restitutio, & innovatio Festivitatis S. Ubaldi, Episcopi Eugubini, professoris Ordinis Canonico-regularium Lateranensium, pro die 16. mensis Maii.

Hanc Sanctum Canonizavit, & festivitatem instituit Cælest. Ill. sup. in ejus consis. 1. Benedictus, lib. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Edita A. D. 1605.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

EX injuncto nobis Apostolici muneris debito ad ea libenter intendimus, per quæ Sanctorum veneratio, & Christi fidelium devotio augetur, cum præsertim pia filiorum Principum vota id exposcant, ac aliis in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Pils igitur ac devotis supplicationibus dilecti filii nominis viri Francisci Mariæ Urbini Ducis, & dilectorum filiorum Abbatis generalis, & universæ Congregationis Canonico-regularium Lateranensium Ordinis S. Augustini nominibus nobis humiliter porrectis inclinatis, ac ex voto venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris ritibus, & ceremoniis deputatorum, ut Christi fidelium veneratio erga Sanctum Ubaldum olim Episcopum Eugubinum magis augetur, quem ob insignia miracula, quæ illius intercessione, ut piè creditur, Omnipotens Deus operari dignatus est, & in dies operari dignatur, maxime in liberandis à demone obsessis, & ob celebrem in universo Orbe illius vitæ sanctitatem, felic. record. Cælestinus Papa III. prædecessor noster in Sanctorum numerum retulit, & erga quem dictus Franciscus Maria Dux ob speciales gratias à Deo ipsius Sancti Ubaldi meritis & intercessione, ut similiter piè creditur, susceptas, & eadem Canonico-regularium Congregatio, cujus Ordinis institutum, & vivendi rationem ipse Sanctus Ubaldus in Canonis Portuensis apud Ravennam suscepit, singularem gerunt affectum.

Supplicatio

Collegii

Refinitio

Classis

D. P. A.

§. 2. Harum serie perpetuè statuimus, & ordinamus, ut ipsius S. Ubaldi Pontificis & Confessoris dies festus in Calendario Romano ad diem 16. mensis Maii ascribatur, & de eodem S. Ubaldo Pontifice & Confessore in universo Orbe à Clericis secularibus & regularibus quibuscumque, qui divinum officium recitare tenentur, eo die commemoratio, tanquam de festo simplici fieri debeat.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 16. Octobris 1605. Pont. nostri anno primo.

Approbatio Collegii sub invocatione S. Hieronymi, à S. R. E. Cardinale Matthæio Romæ nuper instituti atque dotati, ad piam egenorum Scholarium, Sacræ paginæ, & Juris Canonici studii incumbendum educationem. Et largitio gratiarum aliorum Collegiorum Almx Urbis. Et deputatio Vicarii Papæ, ad ejus causas dijudicandas.

VIII

Alia duo similia Collegia pridem à S. R. E. Cardinalibus in Urbe erecta fuisse reperitur in bullis, ut videre est in cons. 25. Pii V. Accepimus, lib. 2. Sed hisce temporibus Antonius Maria Card. Salvianus, Collegium pro Orphanis in Urbe, annuo constituto censu instituit.

PAVLVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilecto filio nostro in Urbe, ejusque districtu Vicario in spiritualibus generali, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita A. D. 1605.

Altitudo divinæ Providentiæ, à qua bona & sancta opera omnia procedunt, ea suorum fidelium animis frequenter suggerit quæ ad Collegiorum, & aliorum piorum locorum propagationem, ac pauperum studiis literarum incumbere volentium manutentionem & instructionem, bonorumque per eos emeritorum promotionem noscantur pertinere, unde nos, quibus eadem providentia universalis Ecclesiæ regimen est commissum, ipsorum fidelium, præsertim S. R. E. Cardinalium pias voluntates ad id tendentes, ut votivos fortiantur effectus, cum à nobis petitur, Apostolici favoris suffragio libenter prosequimur, ac in his officiis nostri partes favorabiliter interponimus, prout conspicimus salubriter expedire.

Procurator

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Cyriaci, & Hadrubalis de Matthæis Dominicellorum Rom. petitio continebat, quod alias bon. me. Hieronymus tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis Matthæius nuncupatus, cordi habens Religionis augmentum & decorem, piamque Juventutis eruditionem, in ultimo à se condito testamento, sub cujus dispositione ab humanis decessit, & ad gloriam Omnipotentis Dei, & honorem D. Hieronymi Advocati sui, Cyriaco & Hadrubali præfatis ejus fratribus & hæredibus universalibus, inter alia centum, & quinque diversorum Montium de Urbe loca non vacabilia, & decem mille scuta monetæ in emptione

Hieronymus Card. Matthæius

Scholarium

di. 1605.

tot

tot aliorum locorum Montium non vacabilium, etiam de urbe, seu censuum annuorum, tunc & bene impositorum, que bonorum stabiliu eorum arbitrio eroganda prelegavit, seu reliquit. Insuper voluit & mandavit, quod postquam emptione huiusmodi à quinq; usque ad sex mille scuta intra sex menses à die obitus sui computandos, in emptionem alicujus domus, seu loci eisdem Cyriaco, & Hasdrubali benevisæ, seu benevisi, converti, ibique Collegium S. Hieronymi nuncupandum erigi & institui, & quatenus pro emptione domus, seu loci huiusmodi erogaretur minor summa dd. sex mille scutis, habita ratione ad illius pretium & fabrica, si qua facienda esset pro constructione, & usu d. Collegii, id totum quod superesset, in emptionem similibus locorum, sive censuum, aut bonorum ad commodum, & beneficium d. Collegii investiri. Ipsum autem Collegium, ac bona illi pro ejus dote assignanda, de proprietate, & jure patronatus Cyriaci, & Hasdrubalis prædictorum, ac filiorum, nepotum, pronepotum, & aliorum ex eis descendencium in infinitum, unius scilicet post alium, esse, ac illis omnibus deficientibus, omnes alii in primogenitura per eum super successione partis Castorum Jovis, Rocchæ Sinibaldi & Belmontis, ratione donationis per eundem antea prædictis Cyriaco, & Hasdrubali factæ instituta, comprehensi, exclusi semper feminis, & alias juxta ejusdem primogenituræ formam, seriem & continentiam, eis succedere, & quatenus elapsis dd. sex mensibus, domus, seu locus huiusmodi empta vel emptus non esset, tunc per Cyriacum, & Hasdrubalem præfatos aliqua idonea domus ad hunc effectum conduci.

§. 3. Hac nostra perpetuę valitura constitutione omnes & quascumque exemptiones & immunitates a solutione Subsidii triennalis, quaterni carnis, taxarum equorum, Tallearum, Censuum, Archivii, Foglietta, Tritemium, Urensium, necnon Dohanarum, Gabellarum, Dationum, Impositionum, & aliorum onerum Cameralium quorumcumque, & que etiam per Communitates, & Universitates pro eorundem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione indicta, & imposita existunt, ac exigi solita sunt.

§. 4. Necnon ceteras gratias, & concessiones, ac provisiones, & assignationes super Camera[m] prefata redditibus, & juribus, pœnarum quoque malefactorum applicationes, appropriationes, ac illarum, & Cancellarium, sive Bancharum, tam civilium, quam criminalium, ac Secretarium, & illarum emolumentorum, ac bonorum, & jurium ipsius Camera, cujusvis qualitatis, & quantitatis in prejudicium ipsius Camera per quoscumque predecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac Sanctę Romanę Ecclesię Camerarium, & Camera[m] predictos, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros quibuscumque Communitatibus, Universitatibus, necnon familiis nobilibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & quibuscumque aliis personis quacumque dignitate fulgentibus, etiam ratione Guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, & ex quavis causa, etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis urgentissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis & tenoribus, & cum quibuscumque clausulis, & decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam in appaltuum, seu locationum Cameralium instrumentis promissum, & cautum sit eas observari debere, Appaltatoresque, & Conductores ad illarum observationem teneri, ac aliis quomodocumque, & qualitercumque hactenus, in genere, vel in specie concessas, datas, factas, & emanatas, & inde secuta quęcumque, etiam auctoritate Judicis perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, ac viribus, & effectu prorsus evacuamus, ac revocata, cassa, sublata, & annullata, viribusque & effectu vacua perpetuo fore, & esse, neque in possessorio, neque in petitorio cuiquam suffragari posse, seu debere.

*Concepimus nosque sequi ad solvendum aliter ab eis*

§. 5. Ac provisiones, assignationes, pœnas malefactorum, emolumenta, vectigalia, & alias res, bona, & jura predicta ex hujusmodi nostra revocatione restituta eidem Camera, & non aliis, quibus forsitan locati, & appaltati reperiantur, redditus & proventus dictę Camera, licet antequam exemptiones, concessiones, & assignationes supradictę emanassent, aliter dispositum fuerit, omnino deberi, ac ad illa omnia, & singula Camera[m] ipsam, necnon Communitates, & Universitates pro gabellis, ac datis ab eis exigi solitis, pro dictorum onerum Cameralium, & publicorum solutione, & supportatione, eo ipso absque alia adepta, seu recuperata possessione restitutam, & reintegratam fore, & esse, & censeri.

*Qui in Camera instituti fuerint.*

§. 6. Ac presentes nostras litteras perpetuo validas, & efficaces existere, nec ex eo quod quicumque interesse habentes, & pretendentes, vocati & auditi non fuerint, de nullitatis vitio, aut intentionis nostre, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut aliis quovis pretextu infringi, revocari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quocumque gratię, vel justitię remedium impetrari ullatenus posse.

*Clausula servanda.*

§. 7. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, etiam de latere Legatos, ac ipsum Sanctę Romanę Ecclesię Camerarium, Camera[m]que Apostolicę Clericos presidentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

*Clausula sublati.*

§. 8. Volumus autem, ac per easdem presentes declaramus, nostre intentionis non esse revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de jure competentibus.

*Præservatio exemptionum de iure competentium.*

§. 9. Neque concessiones pœnarum malefactorum Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalibus ratione Legationum, & Guberniorum illis commissorum, nominatim, & in specie factas, quas unumquemque Legationibus,

*Legationibus seu Guberniorum præsertibus concessis.*

nibus, seu Gubernis presentibus duntaxat duratibus, juxta concessionem eis respectivè factam, percipere posse permitimus.

§. 10. Præterea presentibus nostris revocatione excipimus, & exceptas esse volumus & declaramus immunitates, exemptiones, ac alias concessionem quibusvis Communitatibus, Universitatibus, aut aliis particularibus personis ex causa verè onerosa, videlicet congrua, & effectualis solutionis pecuniarum concessas, quas tamen ipsæ Communitates, Universitates, & particulares personæ in eadem Camera, citato Commissario Generali, verificare, & in ipsa Camera examinari, & admitti facere teneantur, nisi aliàs pro talibus verificatæ, examinatæ, & admittæ fuerint, quia deo casu ad novam probationem & verificationem eas teneri nolumus.

§. 11. Excipimus etiam exemptiones, & immunitates ratione appaltuum concessas.

§. 12. Necnon S. R. E. Cardinalibus ratione dignitatis Cardinalatus, & Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, concedi solitas, ac etiam exemptiones, quibus ad præsens Prælati, & Officiales Romanæ Curie, & Prælati domestici, Cubicularii secreti, & Secretarii nostri gaudent.

§. 13. Ac demùm illas ob numerum duodecim filiorum concessas, quas tamen ad terminos Constitutionis ejusdem Pii IV. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum super similibus exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro eo tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competit, ac aliàs juxta ipsius juris communis, & supradictarum, ac aliarum Apostolicarum Constitutionum dispositionem reducimus, neque aliter quàm ut præfertur, illis, sive in petitorio, sive in possessorio suffragari volumus, ac decernimus.

§. 14. Districtus inhibentes Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & Officialibus prædictis, & aliis quibuscumque ad quos spectat, & in futurum spectabit, ne ex penis malefactorum, seu aliis Camere prædictæ juribus quibuscumque, quidquam capiant, seu percipiant, sed provisionibus eis assignatis contenti sint, & circa penas malefactorum constitutionem recol. mem. Sixti Papæ V. etiam prædecessoris nostri desuper editam, omninò attendant, & observent.

§. 15. Appaltatoribus verò, Theaurariis, & Vicetheaurariis, Depositariis, Commissariis, Exactoribus & cæteris Agentibus, & Ministris dictæ Camere contra presentium formam, provisiones, concessionem, assignationesque prædictas de cætero solvant, aut exemptiones, gratias, & immunitates, nisi ut supra exceptas, & eas quas in eadem Camera Apostolica ex causa onerosa prædicta concessas fuisse, citato ejusdem Camere Commissario Generali, verificatum, & quæ pro talibus in eadem Camera admittæ fuerint, admittant, & si secus solverint, vel admiserint, solutiones hujusmodi, ac exemptiones ipsas nulli eorum in eorum computis, in eadem Camera admitti volumus, sed eorum damno cessuras esse declaramus.

§. 16. Quocirca dilectis filiis Camerario, Vicecamerario, Theaurario, & Clericis Præsidentibus Camere præfate, cæterisque ad quos spectat, committimus & mandamus, quatenus presentem nostram constitutionem, & in ea contenta quæcumque, firmiter, & inviolabiliter observent, & faciant ab aliis observari.

§. 17. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostra de non tollendo jure quæsito, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam in vim contractus, & quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, emanatis, & seu factis, ac pluries reiteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si in eis caveatur expressè, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus exemptionum, immunitatum, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitatio-

nibus, aut aliis quibuscumque contractis dispositionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis exceptæ, & quoties illæ emanarent, toties in pristinum & validissimum statum, etiam sub posteriori Dato per eos, quibus concessæ sunt, eligenda, restituta, reposita, & plenariè reintegratæ, ac denud concessæ sint, & esse censeantur, necnon pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, specialiter & expressè, ac latissimè derogamus, ac derogatum esse volumus.

§. 18. Ceterùm, ut presentes litteræ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus, & simili auctoritate decernimus, ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris publicati, & illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publicatæ, & affixæ, omnes & singulos quos concernunt, perinde afficiant & ardeant, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

§. 19. Utque eadem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1605. Pontificatus nostri anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1605. in die 24. mensis Decembris. Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pauli divina Providentia Papa V. anno ejus 1. supradicta littera Apost. affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apost. Cancellariæ Apost. & in acie Campi Floræ, per nos Christophorum Fundatum, & Ioan. Baptistam Menochium Apostolicos Cursores. Bernabæus Polius Auximanns S. D. N. Papa Mag. Curs.

Innovatio & extensio Constitutionum Pii IV. Pii V. Gregorii XIII. & Clem. VIII. contra extrahentes de Statu Ecclesiastico ejusque Terris, etiam mediatè subiectis frumenta; blada, legumina, animalia, & alia Annonam & Grasciam concernentia, cum revocatione Indulorum omnium & licentiarum quomodolibet similia extrahendi concessarum.

Ha Constitutiones sunt hic in apostillis indicata, & apud eas videam de materia. Et signanter de Annona, & Grascia, attende hic infra constituit. Pastoralis.

Notavi sup. ad dd. Pont. Constitutiones.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1605. & 1604.

Inter gravissimas curas, quas pro nostro munere assidue sustinemus, illa postrema non est, in quam Nobis totis viribus incumbendum esse ducimus, ut nimirum Almam Urbem nostram, & universam Ecclesiasticam ditionem Annonæ caritate jamdiu, graviterque laborantem, quantum cum Domino poterimus, liberemus, utque frumentorum, & aliarum rerum ad communem vitæ usum, & sustentationem pertinentium copia in ipsa Urbe, & Ecclesiastica ditione conservari, Populosque nobis subditos fertilitate, quæ eis à Domino conceditur, perfui posse procuremus.

§. 1. Ad quæ præstanda tum præcipua nostra erga ipsos subditos

de consuetudine

de ratione appaltuum

de Cardinalibus vel generalibus Curie

de numerum duodecim filiorum

de inhibitionibus

de appaltatoribus

de deputatis

de derogationibus

littere publicæ

fides transumptis

D. P. An. 1605. die 23. Dec.

Publicatio

XII.

Edita A. D. 1605. & 1604.

Pii IV. p. 180

*libris extra-  
memoriis  
ne supra in  
oia conf. 99.  
Inter multi-  
plices, fol.  
215. lib. 2.*

*Pius V. inno-  
uavit, &  
ampliauit, ut  
supr. in eius  
constit. 108.  
Romani, co-  
dem lib. 2.*

*Gregor. XIII.  
idem est  
Bullas in  
pluribus in  
Bulla 50.  
Valentis.*

*Clem. VIII.  
causam Bul-*

subditos nostros charitate inducimur, tum nonnullorum  
piz mem. Romanorum Pontificum predecessorum no-  
strorum, qui in hanc ipsam curam diligenter incubue-  
runt, exemplo mouemur. Dudum siquidem prouide, ac  
prudenter fecit. Pius Papa IV. ad predictis opportune  
consulendum, per suam editam constitutionem sub Dat.  
Romæ apud S. Marcum Idibus Augusti, Anno sexto, que  
incipit, Inter multiplices curas, omnes, & quascumque  
licentias, & facultates extrahendi frumenta, blada, &  
legumina ex Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis S.  
R. E. mediata vel immediate subiectis, præterquam ex  
causa verè onerosa, videlicet solutionis, & exurbatio-  
nis pecuniarum, eatenus quomodolibet quibusvis con-  
cessas revocando, ne de cetero à dictis Provinciis, Ci-  
uitatibus, Terris & locis frumenta, blada & legumina  
aliqui, præterquam ex dicta causa extrahentes, sub certis  
pœnis expressè prohibuit.

§. 2. Quam revocationem, prohibitionem, necnon  
alia in dicta constitutione contenta sanctæ mem. Pius  
Papa V. per aliam suam constitutionem, que incipit,  
Romani Pontificis providentia circumspècta, confirma-  
uit & innovavit, ac illam, & illa ad licentias, & facultates  
quodcumque genus Græciæ, etiam in carnibus, ovi-  
bus, agnis, & aliis animalibus, necnon oleo, ac rebus  
aliis quibuscumque consistentis extendit & ampliauit.

§. 3. Et deinde piz mem. Gregor. Papa XIII. per qua-  
dam suas sub Dat. die decima octava Decemb. 1576. Pon-  
tificatus sui anno sexto, omnibus & singulis Commu-  
nitatibus, Universitatibus, ac quibuscumque personis  
in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis suæ,  
ac excommunicationis lætæ sententiæ pœnis inhibuit,  
ne quovis prætextu, directe vel indirectè, cuiusvis gene-  
ris frumenta, blada, legumina, atque animalia quæcum-  
que extra statum Ecclesiasticum extrahere, & asportare au-  
derent, seu præsumerent. Eos verò, qui contra inhibiti-  
onem huiusmodi commississent, ultra prædictas, etiam  
amissionis frumentorum, bladorum, leguminum, & ani-  
malium prædictorum, necnon quinque scutorum pro  
qualibet salma frumenti, bladorum & leguminum huius-  
modi, & duo scutorum pro quolibet capite animalis pœ-  
nas, Fisco & Camera Apostolicæ applicandas ipso facto  
incurrere voluit, ac decrevit. Et deinde per alias  
ejus in forma brevis litteras sub Dat. die 1. Maii 1578.  
eodem sui Pontificatus anno sexto, quod nulli sibi, &  
S. R. E. mediata vel immediate subiecti, cuiuscumque sta-  
tus, gradus, ordinis, & conditionis existerent, etiam si Ba-  
rones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces &  
Domini temporales existerent, sub excommunicationis  
majoris, ac lætæ Majestatis criminis, dominiorum, & ho-  
norum suorum confiscationis, feudorum amissionis, &  
quorumvis privilegiorum suspensionis, & aliis etiam pecu-  
nariis arbitrio suo imponendis, & applicandis, ac etiam in  
publicis edictis, & proclamationibus per Annonæ Præfectos  
pro tempore, tam eatenus editis, & emissis, quam in fu-  
turo edendis, & emittendis contentis censuris, & pœ-  
nis, triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis fru-  
menta, & fruges à Terris & locis dicti status Ecclesiastici  
absque expressa ipsius Gregorii prædecessoris, & ab eo  
obtentis in scriptis, & ejus manu signata licentia extra-  
here, vel extrahi facere, nullique ex prædictis eorum  
Subditos, & Vassallos, aut alias quascumque personas,  
quo minus triticum, hordeum, legumina, frumenta, fru-  
ges prædictas, à quibusvis locis ei subiectis quovis præ-  
textu, etiam molituræ, aut cuiusvis alterius oneris solu-  
tionis, ad Almam Urbem afferrent, prohibere, aut per se,  
vel alium, seu alios, directe vel indirectè impedire aude-  
rent, quin potius illis sic afferentibus omnem opem, &  
favorem præstarent: ac insuper nulli aliquam tritici, hor-  
dei, & leguminum, omnisque generis frumentorum, &  
frugum quantitatem, nisi pro suo, suarumque familiarum  
unius anni dumtaxat usu emere valerent, & contrafa-  
cientes pœnas prædictas incurrisse declararentur, & ag-  
gravarentur ipso facto, statuit, atque decrevit. Non ob-  
stant. etiam privilegiis, indulgiis, literis, & gratiis Aposto-  
licis quibusvis personis, Civitatibus, Terris, & locis, in  
genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa concessis.

§. 4. Demùm recol. mem. Clemens Papa VIII. prædi-  
ctas constitutiones, dempta ex illis excommunicationis

pœna, approbavit, & confirmavit, prout in eisdem con-  
stitutionibus, & literis respectivè, quarum omnium &  
singularum totos tenores, cum omnibus, & singulis ibi-  
dem contentis & dispositis, pro expressis haberi volu-  
imus, plenius continetur.

§. 5. Cum autem, licet per prædictas, & alias desuper  
editas constitutiones & prohibitiones, satis præmissis  
provisum esse videatur, nihilominus quia sicut accepimus,  
aliqui propriæ salutis immemores tot constitutioni-  
bus, prohibitionibusque, ac pœnis in illis apposis  
non obstantibus, frumenta, blada, legumina, animalia,  
oleum, & alia id genus, tam Annonæ, quam Græciæ con-  
cernentia, extra statum nostrum Ecclesiasticum absque  
licentia extrahere nõ verentur, alii verò prætextu diver-  
sorum privilegiorum, licentiarum, & facultatum eis con-  
cessarum, frumenta, aliaque prædicta ita continuò extra-  
hant, ut per continuas & immoderatas extractions hu-  
jusmodi statum prædictum, & illius loca exhauriant, &  
exhausta relinquunt, in maximum Populorum & Subdi-  
torum nostrorum damnum & præjudicium: cumque ex-  
perientia compertum sit, ad conservandam tam in Alma  
Urbe nostra, quam in reliqua Ecclesiastica ditione An-  
nonæ copiam, maxime conducere, ut nimia facilitas ex-  
trahendi ex dicta Urbe, & ditione frumenta, blada, le-  
gumina, oleum, & animalia reprimatur, ac memoratæ  
supradictorum nostrorum Prædecessorum constitutiones  
diligenter, & sine ulla exceptione observentur.

§. 6. Nos pro paterna nostra erga nostros, & Apostoli-  
cæ Sedis Subditos charitate, eorum utilitati, & commo-  
dis in præmissis opportune prospicere cupientes, motu  
proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione no-  
stris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes &  
singulas Pii IV. Pii V. & Gregor. XIII. ac Clem. VIII.  
prædecessorum nostrorum constitutiones, & literas in  
quibuslibet earum partibus, etiam quoad excommunica-  
tionis, & alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet  
ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei extra-  
ctionem tantum, & quoad ceteras pœnas quascumque  
in eisdem constitutionibus & literis contentas, non solum  
in quantum ad præmissorum, sed etiam in quantum  
ad aliarum rerum ad Annonam & Græciam pertinentium  
extractionem attinet, auctoritate Apostolica tenore præ-  
sentium perpetuò innovamus, confirmamus, & appro-  
bamus, illasque ad versus quascumque revocationes, sus-  
pensiones, limitationes, & moderationes in pristinum, &  
eum in quo antequam illæ emanarent, erant statum, re-  
stituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, illasque  
& earum singulas ab omnibus, & singulis, quos concernunt,  
inviolabiliter de cetero observari debere, sub tempo-  
ralibus, & Ecclesiasticis pœnis, & censuris prædictis  
in illis contentis præcipimus, statuimus, & ordinamus.

§. 7. Præterea ad hunc effectum motu, scientia, & po-  
testatis plenitudine similibus hac nostra perpetuò valit-  
ura constitutione, omnia & singula, ac quæcumque privi-  
legia, licentias, & facultates frumenta, blada, legumi-  
na, animalia, oleum, & alia id genus, tam Annonam, quam  
Græciam concernentia, etiam in propriis eorum præ-  
dictis, possessionibus, agris, & terris pro tempore recol-  
lecta, ex quibuscumque status nostri Ecclesiastici tempo-  
ralis Provinciis, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis,  
eorumque territoriis, & districtibus, nobis, ditionique  
nostræ Ecclesiasticæ mediata vel immediate quomodo-  
libet subiectis, extrahendi quibusvis Communitatibus,  
Universitatibus, & personis, cuiuscumque dignitatis, sta-  
tus, gradus, ordinis, præminentia, vel conditionis exi-  
stentibus, etiam ratione Legationum, Guberniorum, &  
aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, &  
per quosvis Romanos Pontifices prædecessores no-  
stros, ac Nos, Sedemque & Camera Apostolicam, &  
quosvis alios, & etiam nostra auctoritate, aut aliis ex  
quavis causa, etiam in recompensam laborum, damno-  
rum passorum, & ipsorum laborum, damnorum, vel me-  
ritorum intuitu, & alia etiam quantumvis rationabili, ju-  
ridica, & privilegiata causa, sub quibuscumque tenoribus  
& formis, etiam in vim contractus, & cum quibusvis  
clausulis, & decretis, etiam irritantibus, etiam quan-  
tumvis prægravibus, insolitis, & de necessitate exprimi-  
endis, etiam motu, scientia, & potestate similibus, aut  
aliis

*las offi-  
vis, de  
excusati-  
causam  
sentia  
sup. in  
Bulla in  
Frumentis  
Sed præ-  
dictis con-  
stitutionibus  
varius in  
præmissis  
travimus*

*Hic idem  
stipulatur  
novam  
quoad ex-  
communi-  
cationem  
causam  
ca extrah-  
nem fru-  
mentorum*

*Indulgi-  
omnia &  
centias  
vocat. Pr-  
terquam  
causa ser-  
onerosa  
rationem  
tionum  
moralium  
concepit*

alias quomodocumque & qualitercumque (præterquam dumtaxat ex causa verè onerosa, videlicet congruæ solutionis, & exburlationis pecuniarum, aut ratione apparetur, & locutionum, introituum, iuriumque & bonorum Sedis, & Camera prædictorum) hæcenus concessa, approbata, confirmata, & innovata, illorum omnium, & singulorum tenores veros, plenarios, etiam integros, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, insertis, & registratis habentes, auctoritate, & tenore prædictis perpetuò revocamus, cassamus, annullamus, ac viribus vacuumus, ac revocata, annullata, cassata, invalida, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, ac nemini ullatenus suffragari posse, aut debere decernimus.

§. 8. Præsentibus quoque literas, etiam ex eo quod interesse habentes, seu prætendentes ad hoc vocati, & audit non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notati, impugnari, redargui, aut propterea revocari, retractari, suspendi, limitari, aut in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quocumque juris, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari nullatenus posse.

§. 9. Omnes præterea & singulos similes facultates, & licentias extrahendi ex causa, ut præfertur, onerosa sibi concessas esse allegantes, & prætendentes, antequam ipsi de cætero ullo unquam tempore illis sine facultatibus, & licentiis uti possint, illas in Camera Apostolica, citato ejusdem Camera Commisario generali, verificari debere, nisi aliàs pro talibus verificatæ, examinatæ, & admittæ fuerint, quia dicto casu ad novam probationem, & verificationem teneri volumus.

§. 10. Ac deinceps perpetuis futuris temporibus nullos quarumcumque licentiarum, & facultatum hujusmodi, nisi ex causa onerosa, ut præfertur, concessarum, vel concedendarum vigore, etiam si extractionem propria auctoritate faciendi illis permissum sit, extractiones frumentorum, & aliorum prædictorum extra Statum nostrum prædictum al quo pacto facere, nec etiam similes extrahendi licentias, & facultates in posterum concedi posse, aut debere, nisi chirographo manu nostra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis, quoties extractio faciendæ erit, subsignato præcedente, alioquin licentias & facultates hujusmodi, aliasque chirographo prædicto non præcedente pro tempore concedendas, & extractiones faciendas, nullas, nulliusque roboris & momenti fore & esse, ac ipsos extrahentes in pœnas supra dictas incidere, & ad illarum executionem contra illos irremissibiliter procedi posse, & debere.

§. 11. Sicque per S. R. E. Camerarium, Thesaurarium, Annonæ Præfectum, & quosvis alios Judices ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, declaramus, statuimus, & ordinamus.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, concessionibus quoque, licentiis, facultatibus, privilegiis, & literis Apostolicis, Communitatibus, Universitatibus, & aliis etiam particularibus personis prædictis, etiam, ut præfertur, qualificatis, & quibusvis aliis quomodolibet, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio & assensu, & sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam inexogitabilibus, & necessariò exprimendis, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis quibuscumque contrariis dispositionibus pro tempore

edendis minimè comprehendantur, sed semper ab illis exceptæ, & quoties illæ emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum restitutæ, repositæ, & plenariè reintegratæ, & de novo, etiam sub posteriori data, per eos quibus concessæ fuerunt eligendæ, de novo concessæ censentur, & quod illis nullatenus, aut non nisi certis modo, & forma in illis expressis derogari possit, & aliter factæ derogationes nullæ sint: quodque pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, expressa, & individua, nõ autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita plenè & ad unguè observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, ad effectum præmissorum specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, necnò omnibus illis, quæ supradicti Prædecessores nostri in eorum literis voluerunt non obstat, cæterisque cõtrariis quibuscumque.

§. 13. Ut autem præmissa ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætere possit, volumus quod præsentibus literæ per aliquem, seu aliquos ex Curatoribus nostris ad Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ valvas, & in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum exempla eidem in locis affixa dimittantur, utque singuli Legati, Vicelegati, Gubernatores, & alii supradictorum locorum Officiales illas in eorum locis respectivè publicari faciant, quæ sic publicatæ, & affixæ, omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§. 14. Utque illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipsi sunt præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 13. Decembris 1605. Pontificatus nostri anno primo.

Annò à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1605. in dict. 3. die verò 24. mensis Decemb. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli divina Providentia Papa V. anno ejus 1. supradicta litera Apost. affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apost. Cancellaria Apost. & in acie Campi Floræ, per nos Christophorum Fundatum, & Ioan. Baptistam Menochium Apostolicos Cursos. Bernabaus Politus Auximanns S. D. N. Papa Mag. Curs.

Sequitur declaratio.

Quod ab immediatè subjectis ad mediatè subjecta loca, & à mediatè subjectis locis extra Statum Ecclesiasticum frumenta, blada, & legumina, etiam tempore nundinarum, & emporiorum, affortari non possint.

PAVLVS PAPA V. &c.

Pro peculiari, ac paterno quem in subditos nostros gerimus charitatis affectu propensius intendentes, ut in statu nostro temporali, hoc præcipuè anno, quo sterilitatis rumor increbuit, & illius prætextu frumenti pretium augeri dignoscitur, subditi ipsi, ac pauperes ab omni Annonæ angustia releventur, quæ præjudicio, & impedimento esse possunt, ea sollicito studio removemus.

§. 1. Sanè licet alias pro manutione, & conservatione Annonæ in Statu nostro prædicto satis opportunè providerimus per nostras literas inter cæteras prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, proclamata, & bänimenta super Annonam, frumenta, blada, & legumina à Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis S. R. E. mediatè, vel immediatè subjectis extrahendi prohibitione eatenus facta, & emanata, quæcumque confirmando, & ne in futurum illa, ut præfertur, extraherentur, expresse, & sub gravissimis censuris, & pœnis prohibendo, ac quæcumque licentias, & facultates (præterquam titulo

clausulas  
Bulla  
affixæ  
apposuit.

indultumque  
modi  
in Ca  
pra nō ve  
licet, ve  
licari de  
re decer-

præmissis  
reduci  
dicitur  
præ  
mitti.

ita, &  
alias u  
ari debet.

quibus  
non ob  
stantibus.

Præsentibus  
litteris  
publicatæ  
mandat.

Transumptis  
que credi  
præcipit.

Dat. P. A. 1.  
die 13. Dec.

Publicatio.

Edita A. D.  
1606.  
E. X. O. R. D. I. N. U. M.

Hic Pontifex  
vidit bullam  
præsentem.

titulo verè oneroso, scilicet congrua solutionis, & excusationis pecuniarum, aut ratione appalium, & locationum, introituum, iuriumque & bonorum Sedis, & Camere Apostolicæ concessas) revocando, prout in eisdem literis, sub datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima tertia Decembris 1603, Pontificatus Nostri anno primo, latius continetur, à nemineque dubio vertendam sit per nostras, aliasque literas, & provisiones prædictas, quin frumenta, blada, legumina, & id Annonæ genus, etiam in propriis bonis in Statu Ecclesiastico existentibus essent recollecta, à locis Sedi Apostolicæ immediatè subjectis ad loca eidem Sedi mediatè subjecta, & à dictis locis sic mediatè subjectis ad alia loca extra dictum Statum asportentur, & conducantur, etiam prohibeti. Nihilominus quia à nonnullis super his accepimus dubitari, eoque, ac diversorum etiam privilegiorum, licentiarum, & facultatum prætextu frumenta, & alia Annonam continentia, à Statu prædicto extrahi in literarum, & provisionum prædictarum, ac populorum, & subditorum nostrorum maximum præjudicium.

Quam declarata, & excitata dubia submot.

§. 1. Igitur omnem dubitationis materiam è medio tollere, ac nostra declaratione opportunè desuper providere volentes, motu simili, ac ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine earundem literarum nostrarum tenorem præsentibus pro expresse, & inserto habentes, sub prohibitione, literisque nostris supradictis quæcumque loca eidem S. R. E. mediatè subjecta comprehendere, & comprehensa fuisse, & esse declaramus, & quatenus opus sit, illas cum omnibus in eis contentis ad loca prædicta extendimus. Ita quod de cetero etiam nec liceat quibusvis Communitatibus, Universitatibus, & personis, etiam qualificatis, cuiusvis status, gradus, & præminentie existant, sub eisdem prioribus nostris literis expressis, & contentis penitus, & censuris, etiam prætextu quorumvis privilegiorum & indulgentiarum, etiam Apostolicorum, & à Nobis, & Sede prædicta concessorum, & confirmatorum, ac etiam favore publicarum nundinarum, emporiorum, seu alias quoquo modo emanatorum, frumenta, blada, & legumina, etiam propria, & in propriis possessionibus, & bonis eorum existentia, seu recollecta, à quibusvis Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectis, etiam ipsarum nundinarum, & emporiorum tempore, seu alias, minusque à dictis Civitatibus, & locis sic mediatè subjectis, extra Statum Ecclesiasticum juxta formam, & tenorem eorumdem nostrarum literarum, asportare, conducere, seu asportari, & conduci facere, per se, vel alium, seu alios, quovis prætextu, vel obtentu, absque speciali chirographo à Nobis, & pro tempore existente Pontifice sub signato, sicque, &c. sublata, &c. irritum, &c.

Clasula derogatoria.

§. 3. Non obstantibus præmissis, & omnibus, & singulis, quæ in prioribus nostris literis volumus non obtinere, & quibusvis privilegiis, concessionibus, indulgentiis, ac literis Apostolicis, etiam motu, scientia, & potestate similibus, & cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam irritant, ac derogatoriis derogatoriis, posterioremque datam concedentibus, ac aliis quomodolibet quibusvis concessis, factis, & emanatis, & pluries etiam confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus, &c. etiam si, &c. illorum tenores, &c. specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sola signa sufficiunt.

§. 4. Volentes quoque præsentis solam signaturam sufficere, etiam absque alia data, & registratura, regula quacumque contraria pariter non obstante.

Exemplis creditur.

§. 5. Et illius transumptis, etiam impressis, & sigillo alicujus in dignitate Ecclesiastica constituti, publicique Notarii manu subscriptis, plenam in iudicio, & extra fidem adhiberi.

Subscriptio Papa.

Placet Motu proprio. C.

Publ. Pontif. An. 1. die 26. Augusti.

Anno à Nativitate Domini 1606. indict. 4. Pontificatus Sanctiss. D. N. Pauli Papa V. anno ejus 2. die verò 26. Augusti. Supradicta cedula Motus proprio affixa, & publicata fuit in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis, ut moris est, per me Jacobum Brambillam Cursorem. Paulus Bart. Mag. Curf.

Confirmatio Constitutionis Pii V. de Civitatibus, Terris, & locis S. R. E. non infeudandis. Et declarationis Innocent. IX. desuper editæ.

Pii V. constitutio est num. 5. sup. Admonet. lib. 2. & Innoc. IX. est num. 1. Et utrobique notavi: Et est præterea videnda alia const. 1. Clem. VIII. indicata hic in apostilla.

Addidi sup. ad Constit. 1. Leon. I. tom. 1.

PAVLVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera, quæ Romanum Pontificem pro officii sui munere decet omni studio providere, illud locum præcipuum censemus obtinere, quod ad temporalis S. R. E. conditionis conservationem pertinet. Atque hæc Nos, quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris hæc ob causam providè sancita fuerunt, ea non solum ipsi inviolatè curabimus custodire, sed etiam ab aliis perpetuè observari debere statuimus.

§. 1. Dudum siquidem à fel. record. Pio Papa V. prædecessore nostro editæ fuerunt literæ hujus tenoris, Pius Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti cura regiminis universalis Ecclesiæ, &c. ut in loc. cit. in rubr.

Pius V. di. 26. Aug. 1567.

§. 2. Quæ quidem constitutio, veluti optima, & ad conservandam S. R. E. jurisdictionem, & dignitatem planè salutaria, approbata, confirmata, & innovata fuit à iis, qui eidem Pio V. successerunt rec. mem. prædecessoribus nostris Greg. XIII. Sixto V. Greg. XIV. Innoc. IX.

Successores confirmaverunt.

§. 3. Qui etiam de fratrum suorum tunc S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu declaravit, eadem constitutione prohibitam fuisse, & prohiberi omnem & quancumque infeudationem, ac alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quam immediatè subjectorum, non solum ne fiat, nec attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam dictæ Civitates, Terræ, Oppida, & loca præfata devolvantur, ac omnem, & quancumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem, infeudationem investiturarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis nondum finitarum, quorumque incorporationem, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta constitutione contentis, Camere & Sedi Apostolicæ factam censi, adjecto etiam decreto, & declaratione, ut promissio, & juramentum præstitum, & præstandum, de servanda ejusdem Pii prædecessoris præfati constitutione, per ipsum Innocentium, & successores suos Romanos Pontifices, ac prædictos S. R. E. Cardinales intelligatur de ipsa Pii V. prædecessoris constitutione per eum, ut supra declarata, & secundum hujusmodi declarationem eandem constitutionem ad unguem, & inviolabiliter observari oportere, ac debere, sicuti etiam servaturum esse promisit, ac sanctè, & solemni more juravit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris, sub dat. pridie nonas Novemb. Pontificatus sui anno primo, expeditis literis latius continetur.

Innocent. IX. eam in rationibus suis in rubr.

§. 4. Et novissimè à Clemente VIII. juxta eandem Innocent. IX. declarationem, confirmata, approbata, & innovata fuit.

Clem. VIII. approbavit in consilio. lib. 2. Hic Pontifex eandem hanc approbavit. &c.

§. 5. Quare Nos cum primùm ad Apostolicæ dignitatis gradum divina Providentia vocati sumus, id ipsum ad exequendum nostri Pastoralis officii debitum præcipuè pertinere existimantes, præinsertas Pii prædecessoris literas, ac omnia in eis contenta, etiam juxta declarationem prædictam, per ipsum Innocentium prædecessorem factam, ac desuper consecrarum literarum contentiam, & tenorem, quem pariter præsentibus haberi volumus pro expresse, ac ad verbum inserto, auctoritate Apostolica tenore præsentium comprobamus, confirmamus, & innovamus, easque firmiter, inviolatè, ac juxta declarationem prædictam Nos similiter servaturos esse promit

promittimus, & iuramus, arque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuo observari precipimus & mandamus.

§. 6. Nulli ergo, &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1603, tertio Kalend. Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Annus a Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo sexto, Indictione quarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli divina providentia Papa V. anno primo, die vero secunda mensis Januarii, Prescripta littera effusa, & publicata fuerunt ad vltimam Basilicam Principum Apostolorum, & in Cancellaria Apostolica, ac in aede Campi Florae, per nos Bernardinum Mazzatellum, & Dominicum de Rubis, Sanctiss. D. N. Papa Cursores, Bernabum Polium Mag. Curf.

XIV. De vocalium electione, & votis in Diffinitoris, & Dietis generalibus Congregationis Canonico-regularium Lateranensium, deque Abbatis generalis, ac Procuratoris electione, Novitiorumque receptione.

De eiusmodi Congregatione plura habes in hoc opere, qua indicavi supra in consue. 2. Paschalis II. lib. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS, Ad futuram vel memoriam.

Pastoralis nostri muneris ratio postulat, ut in illis auctoritatem nostram interponamus, per quae Congregationum & Ordinum Regularium quieti, & prospero statui opportunè consulatur, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire.

§. 1. Ad Congregationem itaque Lateranensem Canonico-regularium Ordinis S. Augustini mentis nostrae aciem convertentes, & attentè considerantes, maxime convenire, ut in electione Praelatorum, Superiorum, & Officialium ipsius Congregationis, omnes illius Canonici Regulares (nulla Nationum, aut personatum acceptione, vel exceptione habita) partem habere debeant, aequalitatem votorum, & suffragiorum in Diffinitorio, tam in Capitulo, quam in Dietis generalibus stabilendam duximus.

§. 2. Motu igitur proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolica potestate plenitudine, harum serie statuimus, & ordinamus, ut de cetero pro huiusmodi votorum aequalitate in eodem Diffinitorio, unus ex Marchia Ecclesiastica, alius ex Statu & Ducatu Mediolani, alius ex Marchia Trivisanza, alius ex Principatu Pedemontium conjunctim, unà cum Monasteriis Placentiæ, Parmæ, Mantuæ, Regii, Mutinæ, & Vignolæ, & alius ex Hetruria, Regni Neapolis, & Genuæ Monasteriis ejusdem Congregationis, qui respectivè sic ad hunc effectum pro una vice ex dictis Monasteriis Hetruriae, & Genuæ, & pro alia ex Neapolis, perpetuis futuris temporibus eligi debeat.

§. 3. Eligendi Canonici vota in quibuscumque Capitulis, & Dietis generalibus dictæ Congregationis habeant.

§. 4. Quæ quinque vota Diffinitorium novum constituunt, & simul cum quatuor votis Diffinitorii antiqui, novem votorum numerum constituunt: quæ omnia intervenire debent in omnibus determinationibus in ipsis Dietis, & Capitulis generalibus faciendis.

§. 5. Præterea ut Abbas generalis totius Congregationis, juxta formam litterarum in forma brevis sel. rec. Greg. Papæ XIII. prædecessoris nostri, ad triennium, & cum distinctione præscripta in constitutionibus dictæ Congregationis per dictas litteras confirmatis, videlicet quod pro uno triennio ex Provinciis vocatis juxta antiquum usum Marchiae Ecclesiasticae & Trivisanzae, & pro alio triennio ex Provinciis juxta eundem antiquum usum nuncupatis Lombardiae, videlicet Ducatus & Status Mediolani, Pedemontium, Parmæ, Placentiæ, Mutinæ, Regii, Vignolæ, ac Hetruriae, Regni Neapolis, & Genuæ, & ex his Provinciis respectivè alternis vicibus juxta distinctionem prædictam perpetuò eligi debeat, absque aliqua Nationum, & Provinciarum illius pariter, ad quam pro tempore spectabit, exceptione.

§. 6. Procurator vero generalis, qui in Romana Curia residere solet, & infimus Abbas Monasterii Beatae Mariae de Pace, de Urbe existit, semper eligatur pro uno itidem triennio, ex altera parte duarum (supradictarum), ex qua dicto triennio Abbas generalis eligi non debet: Illo autem triennio, quo Procurator generalis, & Abbas dicti Monasterii de Pace ex Provincia Lombardiae extiterit, Provinciae Ecclesiasticae unum Monasterium parisiensis, & tatis Monasterii prædicti de Pace, arbitrio Diffinitorii assignari debeat.

§. 7. Cum autem æquum sit, & rationi conformem, ut illi qui sub eadem Regula militant, æqualiter onera sustineant, ac honoribus, & Prælationis fruantur: Nos mentis & intentioni rec. mem. Clementis Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri super hoc editæ inhærentes, divisionem Monasteriorum, Abbatiarum, & Prælationum, inter quosdam Nationes, ut accepimus, factam, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò revocamus, cassam & annullamus. Utque de cetero, Monasteria, Abbatias, Præposituras, Prioratus, & cæteræ Prælationes ipsius Congregationis, Canonici cujuscumque Nationis, & Provinciae, meritis suffultis, absque aliqua nationum, & personarum exceptione assignari, & ad eas Canonici huiusmodi virtute, ac meritis præstantes, ac idonei, juxta dictam Clementis intentionem eligi debeant, perpetuò pariter statuimus, & ordinamus.

§. 8. Ulterius, ut in quacumque Natione, & Provincia Novitii juxta capacitatem, qualitatem, & redditus cujusque Monasterii recipiantur, decernimus ut in posterum in qualibet Natione, & Provincia tantum Novitiorum numerus admittatur, & recipiatur, qui pro implemento cujusque Monasterii præscriptus, & in Tariffa assignatus fuit, ac in illis Nationibus, & Provinciis, earumque Monasteriis, in quibus numerus præfixus exceditur, recipi nequeant aliqui Novitii, donec ad numerum præscriptum pro singulo Monasterio, tam Canonici, quam Conversi redacti fuerint. Verum si in ipsis Provinciis, & Nationibus, in quibus jam numerus præscriptus completus, & etiam ultra dictum numerum Novitii recepti reperiuntur, alicujus personæ literarum scientia, vitæque, ac morum integritate, ac sanctitate maxime præditæ, quæ in ipsam Congregationem admitti postulaverit, occasio oblata fuerit, illam cum voto Diffinitorii pro duobus saltem partibus concordis, non tamen ultra sex personas in totum, donec Canonici, & Conversi in dictis Monasteriis ad præscriptum numerum redacti fuerint, absque præjudicio Monasteriorum, in quibus numerus præscriptus, & assignatus completus non fuerit, recipiendi facultatem concedimus.

§. 9. Et ad hunc effectum Novitiatu institutos, videlicet in Marchia Ecclesiastica Casenzæ, & Montis Bellii, in Statu & Ducatu Mediolani, in Monasterio Casoretti, in Mediolanensi sito, ac in Dominio Venetorum Veronæ, & in Hetruria Fesulis, & in Regno Neapolis in Monasterio Beatae Mariae de Pedegripta, confirmamus & approbamus, ac in illis Novitiis, juxta præsentium, ac ordinationum & decretorum jussu dicti Clementis prædecessoris factorum tenorem, & numerum præscriptum recipi posse concedimus.

§. 10. Præterea non modernorum Abbatibus, & Visitationum, ac Procuratoris generalium causa, qui alioqui, & præsertim ipse Abbas generalis, suis officiis hæcenus laudabiliter functi sunt, neque propter aliqua eorum præterita demerita, sed ut hæc nostra constitutio in ipsa Congregatione de cetero perpetuò observanda, hoc tempore sine alicujus exceptione initium sumat: Volumus, ac pari motu, & auctoritate statuimus, ut neque Abbas generalis, qui pro tempore fuerit, finito ejus officio, & facta electione alterius Abbatis, officium generale, videlicet Visitationis, aut Procuratoris generalis, neque item è converso Procurator generalis pro tempore in Abbatem generalem, nisi absoluto triennio post peractum respectivè utrumque officium eligi possit.

§. 11. Utque etiam nullus ex Visitationibus generalibus, finito triennio sui officii Visitationis generalis, in Abbatem generalem pro sequenti immediato triennio eligi valeat.

Observantia  
prædictorum  
omnibus præ-  
cipitur.

§. 12. Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ om-  
nibus, & singulis ejusdem Congregationis generali, ac  
aliis Abbatibus, Dissinctoribus, Prælatibus, & Canonicis,  
cæterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, ut  
præsentibus nostras literas observent, & observari curent,  
& faciant. Insuper nihilominus, & inane decernentes  
quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Conventus  
que derogantur.

§. 13. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, &  
ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis,  
etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis  
firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, pri-  
vilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis quibusvis  
ejusdem Congregationis Superioribus, & Canonicis, sub  
quibuscumque tenoribus, & formis, ac aliis quomodolibet  
in contrarium præmissorum concessis, confirmatis,  
& approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores  
præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat  
specialiter & expresse derogamus, cæterisque contra-  
rariis quibuscumque.

Dat. P. A. 1.  
die 30. Dec.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 30. Decemb. 1605.  
Pont. nostri anno primo.

Confirmatio unionis Congregationis Fratrum S.  
Ambrosii, & Congregationis fratrum S. Barnabæ,  
sub Regula S. Augustini viventium. Et ap-  
probatio Constitutionum pro eorum bono regi-  
mine editarum, omniumque privilegiorum eis-  
dem concessorum.

De prima Congregatione vide supra in const. 9. Gregorii XI.  
lib. 1. Cupientes. Et de secunda vide constit. 3. Alexan-  
dri VI. Pia vita, supra eod. lib.

Edita A. D.  
1606.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Quardum.

Pastoralis nostri muneris debitum exposcit, ut ad ea li-  
berenter intendamus, per quæ Religiosorum statui, &  
prospero gubernio opportunè prospicitur, prout in Do-  
minio salubriter conspicitur expedire.

Vide Congre-  
gationi san-  
cti Ambro-  
sii, & S. Bar-  
nabæ à Sixto  
V. præfuita  
quæ in illis  
constit. edita  
die 15. Aug.  
1589. quam  
præfuita  
quia simpli-  
citer unione  
hoc volatum  
curantur.

§. 1. Volentes itaque Congregationes S. Ambrosii ad  
Nemus Mediolanensis, & Sancti Barnabæ Provinciæ  
Marchiæ, & Januæ, sub Regula sancti Augustini, aliàs à  
felic. record. Sixto Papa V. prædecessore nostro invicem  
unitas, specialibus favoribus & gratis benigne prosequi,  
ac earundem Congregationum Superioribus, & Religiosis  
universos & singulos à quibusvis excommunicationibus,  
suspensionibus & interdictis, aliisque Ecclesiasticis senten-  
tiis, censuris & pœnis, à jure, vel ab homine quavis  
occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-  
dati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat conse-  
quendum, harum serie absolventes, & absolutos fore  
censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super  
hoc humiliter portectis inclinati.

Confirmatio  
constitutio-  
num, & in-  
dultorum, ut  
in rubr.  
Adverte  
quod indul-  
gentia reman-  
ent sub  
moderatione  
huius Pontif.  
in eius con-  
stit. 2. 1. Ro-  
manus.

§. 2. Ex voto Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ  
Romane Ecclesiæ Cardinalium, super consultationibus  
& negotiis Episcoporum, & Regularium deputatorum,  
constitutiones pro ipsarum Congregationum, & earum  
Monasteriorum, seu domorum, & Religiosorum pro-  
spero gubernio & regimine editas, & in eadem Congrega-  
tione jussu nostro diligenter examinatas, & approbatas,  
necnon etiam quæcumque privilegia, gratias, exemptiones,  
libertates, immunitates, concessiones, indulgentias,  
& indulta eidem Congregationibus, illarumque Mona-  
steriis, Domibus, Superioribus, Fratribus, & aliis Reli-  
giosis in genere, vel in specie, per quoscumque Roma-  
nos Pontifices prædecessores nostros, & Apostolicam Sedem  
concessa, quatenus sint in usu, & non sint revocata,  
neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac  
Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non  
adversentur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium  
perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque perpetuè,  
& in violabilis Apostolicæ firmitatis robur adjici-  
mus, ac omnes & singulos, tam juris quam facti defectus,  
si qui in eisdem intervenerint, supplemus.

Derogatio  
constitutio-

§. 3. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, &  
ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Congregatio-

num, & earum Monasteriorum, seu domorum, etiam ju-  
ramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, & cæteris  
contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris,  
die 21. Januarii 1606. Pontificatus nostri anno primo.

Dat. P. A.  
die 21. 1606.

Quod Fratres Congregationis Jesuatorum S. Hiero-  
nyimi, Ordinem Sacerdotalem à quocumque  
Episcopo idoneo, servatis servandis, assequi ge-  
neratim valeant, & exercere, prohibitionibus  
quibuscumque abrogatis. Nonnullas tamen Or-  
dinationes observare teneantur.

XVI

Isti Fratres vocabantur alias Pauperes Jesuati, quorum Con-  
gregationem approbavit Marinus V. in const. 11. Pia,  
sup. Nomen autem Jesuatorum S. Hieronymi sortiti sunt  
tempore Alexandri VI. ut sup. in eius constit. 9. Ad Sa-  
crum. Eisque Clemens VII. dedit privilegia Ordinis S.  
Augustini, cuius Regulam proficemur, ut in eius const. 36.  
Sacra, lib. 1. Quinimo Pius V. omnium Mendicantium  
privilegia eis communicavit, & inter eos commemorari de-  
claravit, supra in sua constit. 50. Romanus, lib. 2.

Vide quæ addidi sup. ad Const. 11. Martini V. Pie, tom. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.  
1606.  
die 16.

Religiosos viros, qui sub suavi Religionis jugo, Dei  
obsequiis mancipati, majori pietatis studio, ac at-  
tentiori charitatis affectu in holocaustis, sacrificiis, &  
divinis obsequiis ultrò illi placere, ac magis gratum ex-  
hibere cupiunt famulatum, benigni favoris patrocini-  
o libenter complectimur, ac gratis prosequimur opportu-  
nis, prout illorum pia vota exposcunt, ac aliàs in Do-  
minio salubriter conspicimus expedire.

Exordium

§. 1. Cum itaque, sicut dilectorum filiorum Visitato-  
rum, & aliorum Superiorum, & fratrum Congregationis  
Jesuatorum nomine Nobis expositum fuit, licet Reli-  
giosi dictæ Congregationis, ex vetustissimo, semperque  
observato instituto, etiam post emissam per eos in dicta  
Congregatione professionem regularem, Sacris ordinibus  
libenter non consueverint: & licet dudum bon. mem.  
Gabriel Episcopus Albanensis Cardinalis Paleottus, &  
Nicolaus tituli sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Se-  
nonensis nuncupati, ac Venerabilis frater Cæsar Episcopus  
Cremonensis, quibus felic. record. Gregorius Papa  
XIV. prædecessor noster hoc negotium commiserat, ex-  
causis tunc expressis, per quoddam eorum decretum sta-  
tuerint, ut dictæ Congregationis religiosi, qui eo tem-  
pore ad Sacros ordines promoti reperiebantur, ab illo-  
rum executione in perpetuum suspensi forent, & Supe-  
riores qui litteras dimissorias, & alias quascumque con-  
cesserunt, aut aliter quovis modo opitulati fuerant fra-  
tribus dictæ Congregationis, ut ad ordines promoverentur,  
ab eorum officiis depositi in posterum ad ea, & alia  
in dicta Congregatione obtinenda inhabiles essent, &  
esse intelligerentur. Quodque du cætero sub pœna per-  
petui carceris ad hujusmodi ordines quisquam dictorum  
fratrum promoveri, aut ad hunc effectum litteras dimisso-  
rias concedere non posset: & ulterius nec cuiquam ex  
eisdem fratribus liceret gradum in sacra Theologia, vel  
alia facultate adipisci. Quod decretum à prædicto Grego-  
rio XIV. necnon à pie mem. Clemente Papa VIII. etiam  
prædecessore nostro confirmatum fuit, prout in dicto  
decreto, & in literis eo undem Prædecessorum desuper  
expeditis plenius continetur.

Congre-  
gationis  
ligiosi  
post em-  
missam  
professionem  
regularem  
si non  
suerunt

§. 2. Nihilominus tum quia nonnulli ex illis, qui ut  
præfertur, Sacris ordinibus initiati ab illorum executione  
suspensi fuerunt, adhuc superstites sunt, & alii etiam in  
d. Congregatione reperuntur ad Sacros ordines susci-  
piendos apti, tum etiam quia multi libentius in eandem  
Congregationem ingrederentur, si eis ad Sacros ordi-  
nes suscipiendos, & divinarum ministracionem aditus  
pateret, tum demùm quia divinus cultus majus in ipsa  
Congrega-

Sed ex-  
ordium  
hic est  
iste P. A.  
tres in-  
die 16.  
die 16.  
die 16.  
die 16.  
die 16.  
die 16.  
die 16.  
die 16.  
die 16.



Congregatione suscipere incrementum, si eius religionis ab ignobili otio, & turpi ignorantia se junctis, Sacros ordines suscipere, ac in illis ministrare, ac divinis laudibus, & obsequiis vacare liceret, propter premissas, & alias rationabiles causas cupiant supradicti Visitatores, & fratres aliquibus ex eis, Apostolica nostra auctoritate licentiam Sacros ordines suscipiendi, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrandi, & sacris servitiis se mancipandi benigne concedi. Nos illorum pium desiderium hujusmodi, ad divini cultus augmentum, & eorum Congregationis decorem, & incrementum tuendum summo opere in Domino commendantes, considerantesque non posse religiosos majore cum fructu Dei obsequiis vacare, quam per divinarum literarum scientiam, per Altaris ministerium, & divinarum officiorum usum, & propterea piis eorum votis favorabiliter annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, necnon decreti, & literarum Gregorii, & Clementis praedictarum totos tenores, perinde ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus plenè & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, necnon singulares ejusdem Congregationis personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: Supplicationibus eorumdem Visitatorum, Superiorum, & Religiosorum nomine per dilectum filium Isidorum Venetum, Fratrem & Procuratorem generalem dictae Congregationis, Nobis super hoc humiliter potestatis inclinati: Ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, super Consultationibus & negotiis Episcoporum, & Regularium deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & Nobis referendum commisitimus, in primis, & ante omnia decretum & literas Gregorii, & Clementis praedecessorum supradictas, in quantum praesentibus adversantur, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo revocamus, & annullamus, & suspensionem ab executione ordinum, ut praefertur, factam omnibus & singulis ejusdem Congregationis religiosis, qui ad ordines etiam Sacros, & Presbyteratus, alias tamen rite promoti extiterunt, ita ut quilibet eorum in susceptis ordinibus deinceps, quoad vixerint, etiam in Altaris ministerio ministrare, & non susceptos suscipere, & in illis pariter ministrare liberè possint, auctoritate Apostolica tenore praesentium gratiose relaxamus, ac illos omnes & singulos ad ministrandum in susceptis ordinibus, atque ad ascendendum ad superiores, & non susceptos ordines rehabilitamus. Praeterea, ut comprehensis supradictis jam ad Sacros ordines promotis, alii ejusdem Congregationis religiosi usque ad completum numerum centum dumtaxat in tota Congregatione praedicta, ad omnes Sacros, & Presbyteratus ordines ab infra scriptis Antistitibus statutis à jure temporibus, sed hac prima vice, etiam non servatis interdictis à Concilio Tridentino designatis, & anni circulo minime expectato promoveri, ac promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, dummodo tamen praevio diligenti examine, ad hoc idonei reperti fuerint, auctoritate, & tenore praedictis licentiam concedimus & indulgemus, ac cum illis super hoc opportunè dispensamus: ac infra scriptis Antistitibus dictis religiosis ordines hujusmodi conferendi facultatem impartimus.

in ascom-  
tus ad Sa-  
m Ordines  
illam gra-  
tiam cu pro-  
missis perfrui  
sunt.

§. 3. Volumus autem, & pari auctoritate statuimus & ordinamus, ut religiosi dictae Congregationis, tam haecenus recepti, quam in futurum recipiendi, qui in eadem Congregatione ad ordines non ascenderint, à nullis propterea honoribus, gradibus, & ministeriis dictae Congregationis excludantur, quinimò promiscuè cum promotis vocem activam & passivam, in omnibus actibus & negotiis, sine aliqua prorsus diffidentia habere possint, & debeant, & aequo cum eisdem promotis jure, honoribus, gradibus, ministeriis praedictis, ceterisque ipsius Congregationis privilegiis, & praerogativis gaudeant, & perfruantur.

promotio de-  
reteribus  
sunt suffi-  
ciantur.

§. 4. Quodque in tota Congregatione praedicta, ultra numerum centum, ad Sacros ordines promoveri non possint, sed quaecumque aliqui ex numero promotorum

ab hac vita migraverint, alii idonei in eorumdem demortuorum locum sufficiantur, ita ut sic ordinatorum numerus in tota Congregatione perpetuo retineatur.

§. 5. Quodque illi qui ad ordines promovendi erunt, literas dimissorias à suis Superioribus ad aliquem ex infra scriptis Antistitibus directas habeant, à quibus Antistitibus in eorum propriis Civitatibus, vel Diocesisbus tantum, & non ab aliis hujusmodi ordines suscipiant, videntur in Urbe à dilecto filio Vicario nostro, vel de illius licentia à quocumque Catholico Antistite, gratiam & communionem Sedis Apostolicae habente, ac in dicta Urbe Pontificalia exercente, necnon à Venerabilibus fratribus Mediolanensi, Bononiensi, & Senensi Archiepiscopis, ac Episcopo Paravino, vel ab aliis similibus Antistitibus, de ipsorum Archiepiscoporum, & Episcoporum licentia, in illorum respectivè Civitatibus, & Diocesisbus Pontificalia exercentibus, quibus, & cuilibet eorum praedictos religiosos, ut praemissum est, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines promovendi licentiam & facultatem concedimus.

Antistites à quibus pro-  
m. vobis post-  
sunt designati.

§. 6. Praeterea statuimus & ordinamus, ut Sacerdotes, & alii ad Sacros ordines hoc pacto pro tempore promoti, ex peculiari cujusque obligatione Horas Canonicas in Choro statuto ab Ecclesia tempore recitare debeant, in illis scilicet Conventibus, in quibus quatuor saltem fratres recitentur in Sacris ordinibus constituti, in aliis autem Conventibus, ubi pauciores quatuor erunt Sacris ordinati, possint eas etiam privatim recitare.

Promoti ad recitationem sacrorum Horarum obligati, imò omnes non idonei.

§. 7. Ipsi vero fratres ad Sacros ordines promoti, nullatenus in posterum teneantur ad recitationem Orationis Dominicae, & Salutationis Angelicae, in illis temporibus in quibus ad eam, priusquam easdem Horas Canonicas recitare deberent, ex praescripto suarum constitutionum loco earumdem Horarum erant obligati.

Essent promoti ad Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam non tenentur declari.

§. 8. Missas vero submissa voce recitare contenti sint, & à solemnium celebratione abstineant, nisi sicubi ipsi solemniter celebrare jam sic consueverint.

Missarum celebrationis modum praescribit.

§. 9. Quodque ad Sacerdotium promoti, neque ullius secularis personae, neque alterius Ordinis regularis ullo tempore, etiam de cujuscumque Episcopi, vel Superioris regularis licentia confessiones audire possint, sed tantum illis Sacerdotibus, qui ad confessiones audiendas idonei reperti, & ab Ordinariis locorum approbati fuerint liceat aliorum ipsius Congregationis religiosorum de sui Superioris licentia confessiones audire.

Sacralium confessionibus audire prohibet.

§. 10. Quodque fratres ipsi aliquo Sacro ordine initiati suae dignitatis memores, exercitio distillationis aquarum nullo pacto vacent, neque earum venditionibus sese immisceant.

Distillationem aquarum sacris initiatis vacat.

§. 11. Imò ceteri ejusdem Ordinis regulares, qui ad ordines promoti non fuerint, quibusque id exercitium non adimitur, ejusmodi aquas distillatas, quod haecenus fecerunt, mulieribus deinceps nullo praetextu vendere, aut aliàs tradere debeant, neque venales habere, seu exponere, sed tantum eas seorsum ab aliis possint vendere Aromataris, vel aliis particularibus personis.

Has multas vendi, aut venales haberi inordinatè.

§. 12. Insuper ut religiosi dictae Congregationis magis fructuosi in Ecclesia Dei ministri evadere possint, eidem Congregationi, & illius Superioribus, & religiosis, ut in eorum Conventibus, ubi hoc commodè fieri poterit, literarum exercitationes, seu studia erigere, & instituire possint, in quibus tum humaniores literae, ac disciplinae, tum Philosophia, ac Theologia legantur, ipsique iis operam dare valeant, auctoritate & tenore praedictis licentiam & facultatem concedimus, & indulgemus.

Studiorum institutionem concedit.

§. 13. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu, quavis de causa & occasione, vel praetextu notari, vel impugnari, infringi, suspendi, limitari, vel retractari, aut revocari ullatenus posse, sed semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere.

Claufula servanda.

§. 14. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus

Claufula sublata.

super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit assentari.

Chans. derog.

§. 15. Non obstantibus literis Gregorii, & Clementis prædecessorum prædictorum, & quibusvis aliis prohibitionibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & Congregationis Jesuatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, & ad effectum præmissorum, specialiter & expresse, ac latissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 16. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, 18. Februarii 1606.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 18. Februarii 1606. Pont. nostri anno Primo.

Sequitur declaratio præinserta Constitutionis.

Edita A.D. 1608.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Scitis Apostolicæ providentiæ circumspicua, quandoque religiosam vitam agentibus & concedit & indulget, quæ regularibus eorum institutis vetita erant, prout maturo desuper habito consilio eorum animarum salutis, & religionis propagationi in Domino iudicat expedire.

Nic. Pont. adit. conf. præcedentem. Et modo ad supplicationem Congregationis.

§. 1. Sanè cum aliis Fratres, Confratres, &c. Omneque natiuitiva præcedentis Bullæ.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii Visitatores, & alii Superiores, ac fratres dictæ Congregationis per dilectum filium Isidorum Venetum, fratrem & Procuratorem generalem ejusdem Congregationis Nobis nuper exponi fecerunt, pro divini cultus in ipsa Congregatione augmento maximè expediat, ut aliqui ex illius fratribus ad Subdiaconatus, & Diaconatus Sacros Ordines promoveantur, qui gradatim in locum demortuorum Presbyterorum statim sufficiantur. Ideo Visitatores, & superiores ac fratres prædicti Nobis humiliter supplicati fecerunt, ut in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Habilis alios viginti quatuor Fratres ad Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinem respectivo. Tu vide hic infra generalium habilitationem.

§. 3. Nos igitur prædictarum literarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorumdem S.R.E. Cardinalium consilio, ut ultra centum dictæ Congregationis fratres in Presbyteratus ordine constitutos, alii duodecim ad Subdiaconatus, ac alii etiam duodecim ad Diaconatus Sacros ordines de Superiorum suorum licentia, modo & forma in prioribus nostris literis expressis promovendi, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, ita quod quando aliqui ex numero promotorum hujusmodi è vivis decesserint, alii in mortuorum locum substituatur, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam concedimus, & indulgemus.

Derogatio contrarium.

§. 4. Non obstantibus literis Gregorii, & Clementis prædecessorum prædictorum, & quibusvis aliis prohibitionibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, & ad effectum præmissorum specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Exemplum 2. 101.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 13. Martii millesimo sexcentesimo octavo, Pontificatus nostri anno Tertio.

Sequitur declaratio circa personas hujus Ordinis, recitationi Horarum Canonicarum obnoxias.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Ministerio sacri Apostolatus officii, licet immeriti præsidentes, ad ea per quæ divinus cultus, & devotio augetur, libenter intendimus, & quæ propterea ordinata fuisse dicuntur, Apostolici muniminis firmitate, cum à Nobis petitur, roboramus.

§. 1. Alias siquidem statuimus, & ordinavimus, ut fratres Congregationis Jesuatorum ad Sacros ordines pro tempore promoti, ex peculiari cujusque obligatione Horas Canonicas in Choro, statuto ab Ecclesia tempore recitare deberent, in illis scilicet Conventibus, in quibus quatuor saltem fratres reperirentur in Sacris ordinibus constituti, in aliis autem Conventibus, ubi pauciores quatuor essent Sacris ordinati, possent eas etiam, sed privatim recitare, ipsi verò fratres ad Sacros ordines promoti, nullatenus in posterum tenerentur ad recitationem Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ in illis temporibus, in quibus ad eam, priusquam easdem Horas Canonicas recitare debeant, ex præscripto suarum Constitutionum, loco earundem Horarum erant obligati, prout in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis plenius continetur.

§. 2. Et sicut dilecti filii Isidorus à Venetia, Visitator Generalis, ac Diffinitores, alique Vocales ejusdem Congregationis Nobis nuper exponi fecerunt, illi subinde animadvertentes ex recitatione Horarum Canonicarum hujusmodi, cum spirituales fructus ipsi Congregationi provenire, tum Christi fideles recitationi earundem Horarum interesset ad devotionem excitari, provida deliberatione desuper habita, in eorum Capitulo generali novissimè celebrato, reservato Nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito, ordinarunt, & statuerunt, quod ex tunc de cætero quicumque ex fratribus dictæ Congregationis recitationi dictarum Horarum idonei essent, illi ad recitationem earundem Horarum tenerentur, & per Horarum recitationem hujusmodi recitationi Orationis Dominicæ, & regularibus eorum institutis præscriptæ satisfacere censerentur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Isidorus, & Diffinitores, ac alii Vocales prædicti plurimum cupiant ordinationem, & statutum hujusmodi pro ejus subsistentia per Nos apostolica auctoritate confirmari, & approbari, ideo Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Isidorum, ac Diffinitores, & alios Vocales prædictos, necnon singulos dictæ Congregationis fratres specialis gratiæ favore prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ordinationem, & statuta prædicta Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuè confirmamus, & approbamus, illique perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus dictæ Congregationis fratribus inviolabiliter observari mandamus.

§. 4. Et nihilominus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus quicumque ex dictæ Congregationis fratribus recitationi Horarum Canonicarum habiles & idonei erunt, illi ad earundem Horarum recitationem perpetuè teneantur, & obligati existant, ac per recitationem Horarum Canonicarum recitationi Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ, ad quam juxta regularia eorum instituta tenentur, satisfaciant, & satisfacere censeantur, similiter perpetuè statuimus & ordinamus.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Visitatori generali, ac fratribus, & aliis Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, & decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsi originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 23. Septemb. millesimo sexcentesimo octavo, Pontificatus nostri anno quarto.

Subsequitur generalis habitatio ad ordines Sacros.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Onerosa pastoralis officii cura, meritis licet insufficientibus nobis ex alto commissa postulabat, ut Christi fideles, præsertim sub suavi Religionis jugo obsequiis Altissimi mancipatos, quod ardentiori pietate & charitate in sacrificiis, & divinis officiis illi placere, magisque gratum valeant exhibere famulatum, specialibus Sedis Apostolicæ favoribus, gratiisque prosequamur opportunis, prout pia illorum vota postulant, & aliis in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Alias liquidem postquam, &c. Omittitur relatio Constitutionum quæ præcedunt.

§. 2. Cum autem, sicut Fratres dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecerunt, ex promotione eorundem Fratrum ad Sacros ordines hujusmodi, felici dictæ Congregationis gubernio, prosperæque directioni hæctenus notabiliter, cum magno & evidenti illius progressu, & divini cultus augmento consultum fuerit, & in dies major illius progressus, benedicente Domino futurus sit, si non solummodo centum, verum omnes prædictæ Congregationis Fratres, ad hoc aliis idonei, & capaces, ad eisdem Sacros ordines promoveri possent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt dicti Fratres, ut sibi de opportuna super præmissis licentia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ad ea per quæ Congregationem ad divini cultus augmentum, & religionis propagationem institutarum conservationi, & manutentioni, divini cultus augmento salubriter consulitur, libenter intendentes, prædictæ Congregationis Fratres specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, supplicationibus eorum nomine Nobis per dictum Isidorum nunc prædictæ Congregationis Visitatorem generalem super hoc humiliter portectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio, ut omnes & singuli prædictæ Congregationis Fratres, nunc & pro tempore existentes, de illorum Superiorum licentia ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines statutis à jure temporibus à locorum Ordinariis, vel aliis quibusvis Antistitibus, gratiâ & communionem Sedis Apostolicæ habentibus promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, dummodo tamen prævio diligenti examine ad hoc idonei reperti fuerint, & aliud eis non obstat canonicum impedimentum, ac

Bullariis Magni Tom. III.

alias servata forma Concilii Tridentini, aliisque de jure servandis, liberè & licitè possint & valeant, Apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus & indulgemus, ac cum eis super hoc opportune dispensamus.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Gregorii, & Clementis prædecessorum prædictorum, ac nostris literis prædictis, & quibusvis aliis prohibitionibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam legitime præscriptis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 25. Januarii millesimo sexcentesimo undecimo, Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmatio reductionis Monachorum S. Basilii in unam Congregationem, & approbatio gratiarum, & privilegiorum ipsius Ordinis.

Omnia de hoc Ordine notavi supra in constit. 6. Alexandri III. Apostolica.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Njuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut Sacrarum religionum in militanti Ecclesia suaves in Domino fructus præstantium paternam curam gerentes, ea quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa sunt, quo validius perpetuò subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communiemus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, fel. rec. Gregor. Papa XIII. prædecessor noster, animadvertens Ordinem S. Basilii cæteros omnes regulares antiquitate præcedere, ac ex eo Dei Ecclesiam, Christianamque rempublicam ab ipsius Ordinis initio uberes fructus recepisse, ut dicti Ordinis Monachi commodius Altissimo famulari, regularemque observantiam servare possent, per quandam suam perpetuò valituram constitutionem eos in unam Congregationem dedegit.

§. 2. Nonnullaque privilegia, gratias, & immunitates, illasque præcipuè, quibus Congregatio Cassinensis, illiusque Monachi potiuntur, & gaudent, dictæ Congregationi sic erectæ concessit.

§. 3. Cui etiam Congregationi Monasteria omnia dicti Ordinis, ubique existentia perpetuò univir, & donec Monasteria ipsa in commendam manerent, mandavit ut mensa Conventualis in tot bonis stabilibus, pro victu & vestitu, ac visitatione Monachorum, aliisque necessariis expensis, ad quæ Commendatarii juxta Canonicas sanctiones, & præsertim tenore literarum Eugenii Papæ IV. similiter prædecessoris nostri tenentur, perpetuò separarentur.

§. 4. Cumque separationibus hujusmodi tunc minimè perfectis ejusdem Gregorii superveniente obitu, Sixtus V. piæ mem. ad Summi Apostolatus apicem assumptus fuisset, idem Sixtus Bruto Farneto per alias suas literas dedit in mandatis, ut in illis Monasteriis, in quibus separationes factæ, ut præfertur, minimè fuerant, constitutionem Gregorii exequeretur, mensasque separatas revideret. Verùm cum ipse Brutus præmissa totaliter adimplere minimè

R 3 potuisset,

regalis  
transumptum  
id est  
P. A. D.  
13. Sept.  
Subsequitur  
generalis habitatio  
Ad perpetuam  
rei memoriam.  
1611.  
ordinum.  
hic Pont.  
id est præ.  
id est conf.  
Ex quibus  
regius in  
regius pro  
regius eve.  
ad modum  
ad  
regium  
regium  
id est Fratris  
id est habit.  
id est habit.  
id est habit.

197  
D. P. A. G.  
die 25. Jan.  
Edicta A. D.  
1606.  
Exordinum  
Antiquum  
tembus re  
ligionis de  
clarat hie  
Pont. ex con  
stit. 58. Gre  
gor. XIII. lo  
sup. lib. 20.  
Idem Greg.  
concessit eidem  
privilegia  
Congregati  
Cassinensis  
ibid.  
Mensisque  
Monachatus  
bus bona sua  
biblia ass  
gnari jussit  
ibidem, et  
mensam Co  
ventualium  
& Abbatiæ  
lem separatis  
Sixtus V.  
constituit Bruto  
Farneto  
tam Farneto  
tam. ut per  
faceret separ  
ationem præ  
dictam. sed  
eius constit.  
non habet  
potuisset.

potuisset, ipso etiam, ac successivè dicto Sixto Pontifice, vita functo.

Clem. VIII. Theodorum Abbatem constituit executoram d. separationis.

Hic modo Pontifex confirmat divisiones.

Confirmat etiam Privilegia per Gregor. XIII. Sixtum V. & Clem. VIII. concessa.

Annullat quod quidquid fuerit contra dictas litteras Apostolicas.

Executores huius constit. deputat.

Clausulas derogatorias apponit.

§. 5. Clemens VIII. recol. mem. volens, ut tam pium, necessariumque opus omnino sortiretur effectum, eandem facultatem dilecto filio Theodoro de Savoca ipsius Ordinis Abbati Generali per alias litteras dedit, prout in omnibus dictis litteris plenè continetur. Qui Theodorus divina favente clementia plures separationes fecit, factasque etiam juxta sibi tributam facultatem revidit.

§. 6. Nos quieti, & perpetuè tranquillitati, ac religionis, ipsiusque Theodori Abbatis Generalis, & Monachorum indemnitati consulere, eosque specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad Theodori, seu Monachorum, vel alicujus alterius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ex voto Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negotiis Episcoporum regularium deputatorum, prædictas Prædecessorum nostrorum litteras, ac separationes prædictas, tam Bruti, & Theodori, ac quorumvis aliorum, in vim litterarum prædictarum factas, cum omnibus inde sequutis.

§. 7. Ac prædicta omnia privilegia cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus, pro sufficienter expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuè confirmamus, & approbamus, illisque perpetuè & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti, & solemnitatum, etiam de jure necessariarum, vel aliàs quomodolibet requisitarum, forsitan omittarum, & alios defectus (si qui intervenerint) in eisdem supplemus, illasque & illa Ordini prædicto, illiusque Abbati Generali, Abbatibus, Prioribus, aliisque Superioribus, & fratribus suffragari, eosque universos, & singulos illis frui, uti, & gaudere, ubi, quando, & quoties opus fuerit, posse, & debere, in omnibus, & per omnia.

§. 8. Sicque per quoscumque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Quocirca dilectis Filiis Curie causarum Camere Apostolicæ generali Auditori, & Apostolicæ Sedis delegatis, & Nunciis per presentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra presentes litteras, & in eis contenta quæcumque, eorum effectum sortiri, illisque omnes quos concernunt pacificè frui & gaudere, non permittentes quempiam desuper contra presentium tenorem per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna juris, & facti remedia (appellatione quacumque postposita) compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac piz mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Abbati Generali, seu Abbatibus, & Prioribus, aliisque Superioribus, & Rectoribus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & appro-

batis. Quibus omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totia tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diversim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 11. Volumus autem ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 17. Martii 1606. Pontificatus nostri anno primo.

Privilegia Curialium, Incolarum Urbis, & Civium Romanorum, in ipsa Urbe, & intra decem miliaria (non tamen extra residentiam) decedentium, quoad dispositionem, & successionem suorum bonorum ibidem existentium.

Quoad hujusmodi privilegia habemus etiam Sixti IV. constit. 8. Esti universi, sup. & Julii III. constit. 5. Cupientes, lib. 1. ac Pii IV. constit. 29. Decens, lib. 2. Et signanter quoad adificantes in Burgo Pio Urbis, extra alicujusdem Pii constit. 102. Romanum.

Spoliorum verò materiam opportunius quàm hic, indicavi supra in const. 100. Sixti V. In conferendis, lib. 2. Quibus adde non venire in Spoliis bona habentium beneficium, vel pensionem non excedentes ducatos 30. Nec supellestilia domestica, neque paramenta, & ornamenta Ecclesiarum, juxta constit. 42. Pii V. supra, lib. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

In eminenti Apostolicæ dignitatis specula, meritis licet imparibus, superna dispositione constituti, inter ceteras curas, quæ ex injuncto Apostolicæ servitutis officio nobis incumbunt, illa præcipua est, ut alma Urbs nostra beatorum Petri, & Pauli Apostolorum martyrio consecrata, ad quam omnes Christi fideles ex universis Mundi partibus tanquam ad communem patriam, & portum cunctarum gentium, & nationum, atque adeo ad Magistram veritatis, & Religionis confluunt, iis demùm gratis, & privilegiis exornetur, per quæ omnes, qui ad eam undique veniunt, illamque incolunt, nunc, ac perpetuis futuris temporibus sine ulla animi molestia in illa stare, & permanere, & Romanæ Ecclesiæ, Sedique Apostolicæ adjumento esse possint.

§. 1. Ac animadvertentes alias felic. rec. Sixtum Quartum, Julium Tertium, Pium Quartum, & nonnullos alios prædecessores nostros Romanos Pontifices, ut ejusdem Urbis decori, illamque incolentium, & Curiam præfatam sequentium indemnitati consulerent, Curialibus, & Incolis prædictis diversa præsertim de eorum bonis testandi, seu aliàs disponendi privilegia, facultates, & indulta concessisse, prout in eorundem Prædecessorum litteris desuper expeditis latè continetur. Quæ temporum fortasse injuria diversas ob causas imminuta, aut aliàs abrogata dicuntur.

§. 2. Volentesque Nos, qui in eadem Urbe nati sumus, Curialium, & Incolarum prædictorum indemnitati & tranquillitati consulere, ac tam eos, quàm Romanos Cives originarios pari favoris, & gratiæ prærogativa prosequi, eorundem Prædecessorù vestigiis inhærendo, motu proprio, & ex certa scientia, matura deliberatione, & mera liberalitate nostris, deque Apostolice nobis attributæ potestatis

Fidem sumptibus

Dat. P. 1. die 17. Martii

XVII

Edicta A. 1606.

Causa r. declaratio

Sixtus IV. Julius III. Pius IV. Curialibus concessis & m. d. observant. Hic idem Curialibus incolis, & Civibus Urbis decedentibus in miliaria facultatem disponendi de bonis ibidem, modo non accedant extra debent, aut stantiam

celestatis plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, quod posthac perpetuis futuris temporibus, omnes & singuli Romanam Curiam sequentes, seu ipsam Urbem incolentes, necnon ipsi Romani Cives originarii nunc & pro tempore existentes, etiam Clerici, & in sacris, etiam Presbyteratus ordinibus constituti, ceteræque omnes, & quæcumque aliæ personæ Ecclesiasticæ, cuiuscumque status, gradus, ordinis & conditionis, etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & etiam majori, & quavis aliâ Ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentes, & quæcumque beneficia Ecclesiastica, secularia, & quorumvis Ordinum regularia, aut aliâs quomodolibet qualificata, & speciali notâ digna obtinentes, necnon quascumque pensiones annuas super quarumvis Mensarum Patriarchalium, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatialium, ac dignitatum, Canonicatum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, ut præfertur, vel aliâs quomodolibet qualificatorum fructibus, redditibus & proventibus, aut ipsos fructus, redditus & proventus loco pensionum annuarum sibi Apostolica auctoritate quomodolibet reservatas & assignatas, ac reservatas & assignatas habentes & obtinentes, qui in dicta Urbe, vel ejus districtu intra decem milliaria ab ipsa Urbe (non tamen extra debitam residentiam) decesserint, de omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus, ac se moventibus, juribus & actionibus quibuscumque, necnon jocalibus & pecuniis, ac rebus aliis in dicta Urbe, & ejus districtu intra decem milliaria hujusmodi consistentibus, & seu existentibus, ac etiam proventibus, ex quibuscumque fructibus, redditibus & proventibus, ac juribus, obventionibus & emolumentis, etiam decimalibus dictarum Ecclesiarum & beneficiorum, ut præfertur, quomodolibet qualificatorum, quæ in titulum vel commendam, aut administrationem, vel aliâs quomodolibet, etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis obtinent, & seu antea obtinuerunt, vel in posterum obtinebunt, necnon etiam ex quibusvis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis Ecclesiasticis, atque pensionibus annuis super similibus fructibus, redditibus & proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis sibi reservatis, concessis, constitutis & assignatis, necnon ex emolumentis quorumcumque Romanæ Curie officiorum, etiam administrationem habentium, & locorum Montium, vel censuum, ac aliâs provenient, quæ ipsi pro tempore habuerunt & obtinuerunt, ac habent & obtinent, habebuntque, & obtinebunt in futurum, cuiuscumque qualitatis, quantitatis & summæ, ac pretii & valoris existant, per eos & eorum quemlibet acquisitis & acquirendis, & in eadem Urbe & illius districtu infra decem milliaria, ut supra consistentibus, disponere, & tam donatione inter vivos, vel causa mortis, seu testamento, legato & fideicommissio, quam alia quavis dispositione inter vivos, seu ultima voluntate in favorem consanguineorum & affinium suorum, Collegiorumque, Universitatum & locorum piorum, ac quarumvis aliarum personarum, etiam penitus extranearum, disponere & ordinare, ac in eisdem rebus & bonis consanguineos & affines, Collegia & Universitates, ac loca & personas præfatas, hæredes universales, vel particulares pro eorum libito voluntatis facere, de illisque liberè & licitè pro libito voluntatis disponere possint & valeant, plenam & liberam eis, & cuilibet eorum licentiam, & facultatem omnimodam concedimus & impartimur.

*Declarat  
ad illu-  
mum spe-  
si pers-  
Ecclesi-  
de eis  
pnanur.*

§. 3. Declarantes quod si contingat dictos Clericos, & alias Ecclesiasticas personas præfatas disponere de ipsorum bonis in favorem illegitimos (non tamen eorum proprio corpore procreatorum) tunc & eo casu quoad bona, & jura, & alias res ipsorum disponentium merè patrimonialia, & laicalia, in dicta Urbe, & illius districtu, ut supra consistentia, nec Camera, nec ipsi illegitimi in illis ullo modo succedant, sed ad venientes ab intestato juxta juris dispositionem spectent, & pertinent, quavis aliâ constitutione forsan contrarium disponente non obstante.

*Curialibus  
illis &*

§. 4. Præterea motu, scientia & potestate similibus decernimus & ordinamus, quod si dicti Curiales, seu In-

colæ Urbis, Romanique Cives originarii, aliique prædicti in Urbe, & districtu prædictis (non tamen extra eorum debitam residentiam) ab intestato decesserint, eorum bona, pecunie, jocalia, jura, actiones, & res hujusmodi, etiam ex bonis, & redditibus Ecclesiasticis supra dictis provenientia, per eos ut supra acquisita, in dicta Urbe, & ejus districtu intra decem milliaria, ut præfertur consentientia, ad eorum hæredes ab intestato venientes liberè deveniant, nec illa ad Romanum Pontificem & Cameram Apost. spectare & pertinere dici vel prætendi possint, minusque Ministri vel Agentes dictæ Cameræ, etiam sub prætextu quod dicti hæredes in Urbe non reperiantur, dictorum bonorum possessionem apprehendere, vel sequestrare, aut de illis inventaria conficere, aut in illis quovis modo se intromittere valeant.

*Civibus eis-  
dem in Urbe,  
& infra 10.  
milliaria,  
non tamen  
extra debitam  
residentiam  
decedentibus  
hæredes ab  
intestato suc-  
cedant in e-  
orum bonis ibi  
existentibus.*

§. 5. Districtus inhærentes modernis, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, & dictæ Cameræ generalibus Thesaurario, Commissario, necnon Præsidentibus, Clericis nunc & pro tempore existentibus, omnibusque & singulis Spoliatorum & jurium Cameræ Apostolicæ Collectoribus, vel Subcollectoribus, ac aliis Ministris quocumque nomine nuncupatis, ne hæredes & successores quoscumque, etiam ab intestato dictorum Curialium, ac Incolarum, & Civium Romanorum in Urbe, ac illius districtu præfato pro tempore decedentium, super prædictis bonis, pecuniis, jocalibus, juribus, actionibus, & rebus quibuscumque per dictos Curiales, Incolas, Romanosque Cives originarios pro tempore in Urbe prædicta, & infra illius districtum hujusmodi deceden. ut præfertur acquisitis, contra præsentium nostrarum literarum formam, etiam sub prætextu, seu causa illicitæ negotiationis molestare, perturbare, inquietare, & se in hæreditatibus & bonis præfatis quovis modo immiscere, aut illa petere, seu sibi, aut Cameræ præfate vindicare, seu de illis Inventarium conficere audeant, seu præsumant.

*Prohibet no-  
officiales hos  
Curiales,  
&c. contra  
formam huius  
bulle mon-  
uerunt, etiam  
præterea  
licita nego-  
tationis.*

§. 6. Decernentes sic nostræ mentis & immutabilis voluntatis existere, ac ita, & non aliter per Camerarium, Thesaurarium, Commissarium, Præsidentes & Clericos præfatos, ac alios quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & diffiniri debere, ac irritum proflus, nullum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Sublata omni-  
bus aliis  
iudicandi  
potestate.*

§. 7. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Cameræ præfate & Ecclesiarum, in quibus dicta beneficia forsan fuerint, aut Monasteriorum & Ordinum, quorum illa extiterint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon privilegiis, concessionibus, indulgentiis & literis Apostolicis, illis, necnon Camerario, Thesaurario, Commissario, Cameræ præfate & Clericis, aliisque prædictis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia & Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, aut aliâs quomodolibet, etiam consistorialiter concessis & approbatis, ac innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum expressa mentio, seu quavis aliâ expressio habenda, aut aliqua aliâ exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ad effectum præsentium, illis aliâs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac suos effectus adversus declarationem, voluntatem, statutum & ordinem nostræ hujusmodi sortiri, aut vindicare non posse, neque debere volumus & decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Quibuscum-  
que contra-  
riis non ob-  
stantibus.*

§. 8. Ceterùm quia difficile foret præsentibus nostras literas ad singula quæque loca deferri, volumus & declaramus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & alicujus personæ in digni-

*Transumptis  
rum fidei.*

tate Ecclesiastica constituta sigillo munitis eadem profus fides in iudicio, & extra ubique adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

**Dat. P. A. 1.** **die 8. Apr.** **Dat. Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1606. Pontificatus nostri anno primo.**

**Publicatio.** *Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1606. Indiæ. 4. die verò 4. mensis Aprilis, Pont. auctem Sanctiss. in Christo Patri, & D. N. D. Pauli diuina Providentia Papa Quinzi anno ejus primo, retroscripta litera affixa & publicata fuerunt in valvis Basilica Principis Apostolorum, & Basilica S. Ioannis Lateranensis, ac Cancellaria Apostolica, & in acie Campi Flora, ut moris est, per me Christophorum Fundatum Apost. Curf.*

*Ioan. Baptista Bagni Mag. Curf.*

**XIX.** Confirmatio omnium gratiarum, & privilegiorum Congregationis Monachorum Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti. Et subiectio Monasteriorum Galliæ potestati Abbatis generalis. Cum prohibitione habendi recursum extra Ordinem, & cogendi Capitulum generale, abique interuentu dicti Abbatis.

*De institutione, & statu hujus Congregationis notavi supra in constit. 1. Cælestini V. Esf. cunctos, lib. 1. ad quam hoc indicavi.*

**Edita A. D.** **PAVLVS PAPA QVINTVS.** **1606.** *Ad perpetuam rei memoriam.*

**Exordium.** **I**njuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaves in Domino fructus assidue præstantium paternam curam gerentes, privilegia, gratias & indulta illis à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa, quo validius perpetuo subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communiemus.

**Confirmatio omnium gratiarum, & privilegiorum.** §. 1. Volentes igitur uniuersam Congregationem Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedicti, quam etiam nos antequam ad summi Apostolatus apicem assumpti essemus, semper non modico prosequuti sumus amore, & ex qua uberrimi in eadem Dei Ecclesia fructus, ad ipsius Omnipotentis Dei laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodum, ac utilitatem ab ipsius Congregationis initio semper prodierunt, & in dies prodeunt, ac dilectos filios Abbatem Generalem, & Procuratorem, ac Monachos ejusdem Congregationis uniuersos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, & eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad dilecti filii Celsi Romani Abbatis Generalis, seu Procuratoris, vel Monachorum dictæ Congregationis, seu instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, fauores, conservatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessionem, aliaque privilegia, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Congregationibus, & Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, eidem Congregationi Cœlestinorum dicti Ordinis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos & Apostolicam Sedem sub quacumque verborum forma, & expressione, etiam per solam signaturam, & viva vocis oraculo, aut alias quomodolibet concessa, ac semel, seu pluries confirmata, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulas literas, tam sub plumbo quam in forma brevis, aut alias desuper confectas, quarum tenores & formas, datas, effectus, decreta, & alia in illis contenta, ac si de verbo ad verbum infererentur præsen-

tibus pro sufficienter expressis haberi volumus, quatenus Sacri Concilii Tridentini decretis, necnon Regularibus dictæ Congregationis institutis à Sede Apostolica approbatis non aduersentur, ac reuocata non sint, nec sub aliquibus reuocationibus comprehensa, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo confirmamus & approbamus, illisque perpetuo, & inuolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris quam facti, & solemnitatum, etiam de jure necessarios, aut alias quomodolibet requisitarum, forsitan omissarum, & alios defectus, si qui intervenerint in eisdem supplemus, illasque & illa Congregationis prædictæ Monachis, Monialibus & Oblatis, etiam per modum communicationis, & extensionis hujusmodi suffragari, eosque illis frui, uti & gaudere, ubi, quando & quoties opus fuerit, posse & debere in omnibus, & per omnia decernimus.

§. 2. Præterea motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus volumus & declaramus, quod Abbas Generalis debeat eligi, prout hætenus factum fuit, ac pariter quod ipse Abbas Generalis pro tempore existens possit, & debeat visitare quacumque Congregationis suæ prædictæ Monasteria, tam in Italia quam in Gallia, & ubique locorum existentia, quando & quoties ei videbitur, etiam nulla visitationis intimatione, seu notificatione præcedente, cum obseruatione Regulæ, ac Constitutionum ejusdem Congregationis. Præterea quod venientes ad Urbem ex Provincia Galliæ, & ex quacumque alia Provincia ad ipsum Abbatem Generalem, absque licentia, & obedientia suorum Provincialium & Superiorum, & maxime si sint apostata, profugi, vel vagi, si Generalis cognoverit absque causa legitima illos venisse, debeant puniri juxta formam constitutionum, & statim remitti debeant, si venerint absque hujusmodi suorum Superiorum licentia & obedientia, etiam pro eorum devotione; secus autem si velint accedere ad Urbem, tanquam ad Apostolicam Sedem pro negotiis, & recursibus habendis, tunc enim volumus liberum esse unicuique ad eam confluere, nec licere Superioribus cuique prohibere.

§. 3. Ad hæc quod nullus Prælatus, Provincialis, Abbas, Prior vel Monachus, secretè, palam, directè vel indirectè, per seipsum, vel per alios, ex quacumque causa, vel occasione possit ad quoscumque Judices, cujuscumque dignitatis & qualitatis fuerint, habere recursum pro negotiis spectantibus ad Congregationem, ejusque Monasteria in genere, vel in specie ad particulares personas, nisi ad Abbatem Generalem in Italia existentem, vel ubique locorum ubi erit, vel in Regno Galliæ ad suos Provinciales, vel ad Capitula Provincialia: qui contraverit, pœnam excommunicationis ipso facto, atque indignationis nostræ, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi possit, & perpetuo privatus intelligatur quocumque gradu, honore & dignitate religionis, & careat voce activa & passiva.

§. 4. Postremò quod Capitula pro tempore faciendæ, tam in Gallia, quam in quibuscumque aliis Provinciis, debeant vocari Capitula Provincialia, non autem generalia, ita ut Capitulum generale intelligatur illud quod celebrabitur cum assistentia Generalis, ceterorumque Patrum Dissinitorum.

§. 5. Præsentes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, seu etiam ex eo quod Provincialis Provinciæ Galliæ, ac Prior & Monachi Congregationis & Ordinis prædictorum, & forsitan alii interesse, etiam aliarum Provincialium in præmissis habentes, seu putantes, ad hoc vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris, vel in jus, seu controversiam vocati posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, vel aliis contrariis dispositionibus comprehendendi.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari & diffiniri debere, necnon irritum, & inane

*Abbas generalis in Italia quàm in Gallia ubique locorum existentia, quando & quoties ei videbitur, etiam nulla visitationis intimatione, seu notificatione præcedente, cum obseruatione Regulæ, ac Constitutionum ejusdem Congregationis.*

*Prohibere habere recursum ad quoscumque Judices, cujuscumque dignitatis & qualitatis fuerint, habere recursum pro negotiis spectantibus ad Congregationem, ejusque Monasteria in genere, vel in specie ad particulares personas, nisi ad Abbatem Generalem in Italia existentem, vel ubique locorum ubi erit, vel in Regno Galliæ ad suos Provinciales, vel ad Capitula Provincialia.*

*Capitula Provincialia, non autem generalia, ita ut Capitulum generale intelligatur illud quod celebrabitur cum assistentia Generalis, ceterorumque Patrum Dissinitorum.*

*Class. Præsentes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, seu etiam ex eo quod Provincialis Provinciæ Galliæ, ac Prior & Monachi Congregationis & Ordinis prædictorum, & forsitan alii interesse, etiam aliarum Provincialium in præmissis habentes, seu putantes, ad hoc vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris, vel in jus, seu controversiam vocati posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, vel aliis contrariis dispositionibus comprehendendi.*

*Decretum irritum, & inane*

inane decernimus, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca dilecto filio causarum Curie Camera Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus & mandamus, quatenus per se vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra presentes literas, & in eis contenta quæcumque plenum eorum effectum sortiri, illisque Congregationem & Monachos prædictos pacifice frui & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem per quoscumque indebitè molestari. Contradiutores quoslibet ac rebelles, & præmissis non parentes, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, & appellatione postposita compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 8. Non obstantibus fel. rec. Martini V. & Eugenii IV. Bonifacii VIII. ac Adriani VI. & Clementis VII. ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apost. ac in Lateranensi, & aliis Conciliis Generalibus editis, ac Ordinis & Congregationis huiusmodi iuramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, in genere vel in specie, ac aliis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & individua mentio pro illorum sufficienti derogatione habenda foret, eorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum inferrentur, pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus cõmuniter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 9. Volumus autem quod præsentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima nona Aprilis 1606. Pontificatus nostri Anno primo.

XX. Quod Clerici Regulares Congregationis Ministrantium Infirmis, ad quoscumque alios, etiam Carthusianorum Ordines & Religiones migrare nequeant, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali.

Congregationem istam prohibuit Sixtus V. in const. 15. Ex omnibus, supra lib. 2. ubi privilegiorum elargitionem Gregorius XIV. & reformationem Clementis VIII. tibi indicavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad futuram rei memoriam.

Romanum decet Pontificem universo gregi Domino divina institutione præpositum, pastoralis sollicitudine providere, ut regularium Ordinum rectè instituta conserventur, & eorum disciplina nulla ex parte detrimentum patiat, sed quæ pro eorum regimine constituta sunt, si temporis processus ita opus esse ostenderit, providè corrigere, aut mutare, prout conspicit in Domino expedire.

§. 1. Sanè dilectus filius Præpositus Generalis Clericorum regularium Congregationis Ministrantium Infirmis nuper exponi nobis fecit, quod in literis Apostolicis erectionis dictæ Congregationis, ejus Religiosis professis transitus ad Ordinem Carthusianorum tantum, nulla etiã alia ad id Sedis Apostolicæ licentia requisita, permittitur.

§. 2. Quoniam verò præcipuum eorundem Clèticorum institutum est infirmis Hospitalium, & aliis Christi fidelibus morientibus die nocteque, donec animam Creatori reddant, ac præterea pestilentia laborantibus ministrare, eisque omnibus solemniter voto se obstringunt, quæ quidem quoniam non levia onera videntur, multi Religiosi occasione accepta prædictæ permissionis liberè ad Carthusianorum Ordinem transcendi, ad laxiores commigrarunt Religiones, proinde timeri verisimiliter potest, ne in posterum in dies plures idem facere procurent.

§. 3. Propterea ad huiusmodi malum prohibendum, & dictam Congregationem conservandam, dictus Præpositus Generalis cupit, ipsius Religiosis transitum ad quoscumque alios Ordines & Religiones, etiam Carthusianorum eorundem, sine speciali nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia prohiberi, & ideo nobis humiliter supplicari fecit, ut super hoc opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, ac de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super consultationibus & negotiis Episcoporum & regularium præpositorum, Religiosos ejusdem Congregationis Ministrantium Infirmis, ad ipsum etiam Carthusianorum Ordinem, sine speciali nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Cardinalium supradictæ Congregationis Episcoporum & Regularium licentia, firma manente prohibitione generali transcendi ad quascumque alias Religiones præter Carthusianos, quæ in dictis literis Apostolicis, & seu constitutionibus ejusdem Congregationis ( Ministrantium Infirmis ) continetur, transire auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò prohibemus.

§. 5. Non obstantibus præmissis literis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die decimasexta Maii millesimo sexcentesimo sexto, Pont. Anno 2.

Indulgentiarum quoquo modo Regularibus & Ordinibus regularibus concessarum revocatio. Et alia Indulgentiarum nova concessio.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in Beati Petri Sede constitutus, cui inter alia cœlestis Indulgentiarum thesauri dispensandi cura incumbit, sollicitè prospicere debet ac solerter, ut huiusmodi Indulgentiarum dispensatio & usus, ad Dei gloriam & animarum salutem præcipuè dirigatur, & ne ex illarum multiplicitate confusio, aut inanis interpretatio exoriat.

§. 1. Proinde cum fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster magna cum diligentia & sollicitudine procuraverit abusus & corruptelas, tum in communicando Indulgentiarum thesauros, tum in modo illos recipiendi irreptos tollere, & propterea sua quadam Constitutione formam aggregandi, instituendi, & rectè administrandi Societates & Confraternitates præscripserit, licet morte præventus hanc piam ejus voluntatem ad finalem executionem deducere, neque etiam ut cogitaverat, circa Indulgentias à plerisque Romanis Pontificibus Prædecessoribus Religionibus & Ordinibus Monasticis & Mendicantibus diversis temporibus concessas, aliquid deliberare potuerit.

§. 2. Nos qui nullis nostris meritis, sola Dei benignitate ad summi Apostolatus officium vocati sumus, susceptum à tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, ubi primùm Catholicæ Ecclesiæ regimen suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ad hoc opus à dicto Clemente Prædecessore deputatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis Prædecessoris eramus, injunximus, ut in illo opere ad ulteriora progredere, & indulgentias Regularibus concessas recognoscere, & iisque recognitionis rem nobiscum communicarent.

§. 3. Cum itaque præfati Cardinales privilegia, concessiones,

Prædictæ huiusmodi transitus ad Carthusianorum Ordinem ad alios laxiores commigrarunt.

Papæ Præpositus Congregationis à Papa, ut ab omnes etiam Carthusianorum Ordines absque Pontificis licentia transire prohibent.

Qui illud præmissis absque Pontificis licentia transire prohibent.

Quibuscumque non obstantibus.

Dat. P. A. 2. die 26. Maii.

XXI.

Edita An. D. 1606.

Exordium

Clemens VIII. formam aggregandi Confraternitates præscripsit, ut supra in cõstitutione 115 circa tantam indulgentiam nihil morte præfati tibi adhiberetur.

Id igitur huiusmodi Pont. Card. examinandum commisit.

Qui Ord. Regularium

notariis

notariis

notariis

D. P. An. 1. die 29. Apr.

Edita An. D. 1606.

Exordium.

Gregor. XIV. in sua cõstitutione 17. illius, supra dicitur

his Clericis ad alios Ordines præter Carthusianorum transitus.

*dulta exa-  
minantur,  
Indulgentias  
concessas  
revo-  
candas, & alias  
de novo con-  
cedendas  
esse consu-  
erunt.*

*Nec itaque  
Pont. has de  
novo Indul-  
gentias eis  
concedit, vi-  
delicet.*

*Habitum  
regularium  
suspension-  
ibus.*

*Professionem  
omissionibus.*

*In festo prin-  
cipali sui Or-  
dinis celo-  
brantibus,  
&c.*

*In mortis  
articulo pen-  
nitentibus,  
&c.*

*Missam prin-  
cipalem celebra-  
ntibus, vel ei  
interessanti-  
bus.*

*spirituale  
exercitium,  
de quo hic  
faciuntibus.*

*Clausurali-  
bus eorum  
Ecclesias vi-  
sitantibus.*

*Aliis quoque die-  
bus oranti-  
bus.*

*Prædicatores  
omnesque Le-  
ctores, &c.*

cessionem & gratias prædictis Religionibus & Ordinibus concessas diligenter inspexerint & examinaverint, ac eorundem Ordinum Superiores & officiales pluries audiverint, ac circa easdem Indulgentias varia dubia & incertitudines & confusiones adesse compererint, & ex iudicio eorundem, etiam Regularium, vel aliquorum ex illis nobis propulerint valde expedire, pro eorum majori securitate & beneficio, ut indulgentias ipsis Religionibus & Ordinibus ad instar, vel per communicationem, aut alio modo hætenus concessas annullaremus & revocaremus, ac alias particulares illis concederemus.

§. 4. Nos matura super hoc consultatione præhabita, cupientes personis Regularibus quibuscumque quorumvis Ordinum, tam Monasticorum quam mendicantium spirituale solatium & juvamen asserere, infra scriptas Indulgentias & gratias, quas personis Regularibus intra claustra, aut extra, cum licentia tamen suorum Superiorum legitima de causa illis concessa de gentibus, tantummodo suffragari debere declaramus, & concedendas duximus.

§. 5. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui canonicè, & juxta ordines cujuslibet Religionis, & constitutiones Apostolicas habitum regularem à legitimis Superioribus causa profuturi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem, si verè poenitentes & confessi Sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumpserint, Plenariam.

§. 6. Ac cuilibet Novitio, qui poenitens & confessus, ac sacra Communione refectus post completum probationis annum professionem emisit, etiam plenariam.

§. 7. Necnon cuilibet Religioso intra claustra sui Monasterii viventi, qui in festo principali sui Ordinis confessus, & sacra Communione refectus fuerit, aut Missam recitans pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, etiam plenariam.

§. 8. In cujuslibet verò mortis articulo, si pariter verè poenitens & confessus, ac sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus nomen Jesu ore, si potuerit, sin autem corde devotè invocaverit, etiam Plenariam.

§. 9. Qui verò ad Presbyteratus ordinem canonicè promotus & confessus primam Missam celebrabit, necnon etiam iis Religiosis, qui pariter confessi, ac sacra Communione refecti eidem Missæ interfuerint, aut ipso die Missam similiter celebrabunt, etiam Plenariam.

§. 10. Iis verò qui de suorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut aliorum conversatione separati in piorum librorum & aliarum rerum spiritualium animos ad devotionem & spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint, addendo sæpe considerationes & meditationes mysteriorum fidei Catholice, divinarum beneficiorum, quatuor Novissimorum, Passionis Domini Nostri JESU CHRISTI, & aliorum exercitiorum, orationum jaculatoriarum aut vocalium, saltem per duas horas in die & nocte orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem, aut annualem vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumpserint, aut Missam celebraverint, toties pro quolibet prædictorum exercitiorum Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 11. Præterea iidem Religiosi intra claustra viventes, qui suam Ecclesiam devotè visitaverint, & ut præfertur oraverint, consequantur easdem indulgentias, quas visitantes Ecclesias Urbis, & extra eam diebus Stationum, consequuntur, in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent.

§. 12. Omnibus item Religiosis intra claustra ut supra viventibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesie in quolibet die quinque annos, & totidem quadragenas.

§. 13. Iis verò qui de suorum Superiorum licentia itinere existentes, aut extra claustra degentes tanquam Prædicatores & Lectores, quinquies eandem Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante

quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas.

§. 14. Necnon etiam eisdem Religiosis, qui per mensum integrum singulis diebus spatio mediæ horæ orationem mentalem fecerint, & confessi, & sacra Communione ultima Dominica mensis hujusmodi refecti fuerint, sexaginta annos, & totidem quadragenas.

§. 15. Qui verò contrito corde & poenitentes eorum culpas & peccata, ac imperfectiones in Capitulis Calparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos & totidem quadragenas.

§. 16. Quotiescumque autem de licentia Summi Pontificis aut suorum Superiorum in ditiones & terras Infidelium aut hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles & hæreticos ipsos ad fidem Catholicam convertendum, & Ecclesie gremio reducendum missi fuerint, si poenitentes & confessi, ac Sanctissima Communione refecti fuerint, vel Missam celebraverint, ut melius ad hujusmodi opus sese parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accingent, & quando in Provinciam ubi prædicta opera eis exercenda erunt, ingressi fuerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus & largimur.

§. 17. Et insuper cum Superior in visitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono visitationis progressu collocare voluerit, iis Religiosis, qui dictis orationibus saltem spatio duarum horarum in diverso tempore interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, necnon discipline & observantia regularis augmento pias ad Deum preces, ut supra dictum est, effuderint, si confessi & sacra Communione refecti fuerint, aut Missam celebraverint, Plenariam similiter omnium peccatorum Indulgentiam & remissionem, ut præfertur, concedimus.

§. 18. Volumus autem, ut omnes supradictæ Indulgentiæ & gratiæ religiosis regularibus cujusvis Ordinis, tam Monastici quam mendicantis dumtaxat, ut præfertur concessæ, etiam omnibus Monialibus cujusvis regularis approbatæ, & intra claustra cum tribus votis solemnibus viventibus, & perpetuam clausuram servantibus, tam Ordinarii locorum, quam etiam regularibus cujuscumque Ordinis, Regulæ & instituti subiectis suffragentur. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

§. 19. Ceterum omnes & singulas indulgentias quibuscumque Ordinibus & Institutis regularibus hujusmodi, etiam Mendicantibus, & quibuscumque personis regularibus, tam vigore privilegiorum & literarum Apostolicarum, quam vivæ vocis oraculo, aut aliis quovis modo per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac nos & Apostolicam Sedem hætenus concessas, confirmatas, approbatas & innovatas, auctoritate & tenore prædictis perpetuè revocamus, cassamus, annullamus & abrogamus, & ad præsentium nostrarum literarum præscriptum reducimus & moderamus.

§. 20. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac eorundem Ordinum & Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum & bulla aurea nuncupatis, eisdem Ordinibus & Institutis, eorumque Monasteriis, Conventibus, Collegiis, Dominicis, Superioribus & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 21. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam

*Orationes  
mensuales  
faciuntibus.*

*Culpas pro  
prioris de Ca-  
pitulis accus-  
santibus.*

*Missam de  
Terras In-  
fidelium, &  
accipimus  
Dni, &c.*

*Orationes  
40. horarum  
ad Superio-  
rum Obedien-  
tiam prædic-  
torum.*

*Declaramus  
dem inau-  
gentias  
nialibus  
frui.*

*Revocamus  
quoscumque  
alias indul-  
gentias.*

*Clausulas  
contrarias  
derogamus  
appnis.*

*Transumptis  
fidem  
transumptis*



etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-  
ptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica  
constitutae munitis eadem fides habeatur ubique, quae  
praesentibus ipsis originalibus literis haberetur.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,  
die 23. Julii 1606. Pontificatus nostri anno 2.

**XXII. Declaratio jurisdictionis Vicarii Papae, Judicis cau-  
sarium Archihospitalis S. Spiritus in Saxia de  
Urbe.**

Concessionem hujus jurisdictionis habes supra in consti. 118.  
Clementis VIII. Cum sciam.

Institutionem istius Archihospitalis, & alia ad illud specta-  
ntia, vide supra apud consti. 7. Innocentii III. In-  
ter, lib. 1.

**PAVLVS PAPA QVINTVS.**

Ad perpetuam rei memoriam.

**D**ecet Romanum Pontificem ea quae à Romanis Pon-  
tificibus praedecessoribus nostris in favorem piorum  
locorum & insignium Hospitalis nostri Sancti Spiritus in  
Saxia de Urbe concessa fuerunt, suae confirmationis ro-  
bore confirmare, ac aliis desuper opportunè providere,  
prout in Domino salubriter conspicit expedire.

§. 1. Aliis siquidem à felic. rec. Clemente Papa VIII.  
praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequen-  
tis, &c.

Omittitur insertio hujus bullae, siquidem eam habemus in lo-  
co indicato in rubr.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, diversae causa in qui-  
bus dictum Archihospitale, seu ab eo dependentes inter-  
esse habeant, etiam à S. R. E. Camerario, ac Thesaurario  
generali, & Clericis praesidentibus dictae Camerae pen-  
deant, de quibus in praesentibus literis non fit mentio,  
cumque propterea dictarum causarum expeditio retarde-  
tur in maximum dicti Archihospitalis praedicti: Nos  
ejusdem Archihospitalis commoditati, ac minori dispen-  
dio, celerique causarum hujusmodi expeditioni consu-  
lere, simulque super praemissis providere volentes, Motu  
proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica po-  
testatis plenitudine praesentibus literis Clementis nostri  
praedecessoris (salvis tamen infra scriptis) Apostolica au-  
toritate, & tenore praesentium perpetuè confirmamus  
& approbamus, ac illis perpetuè & inviolabilis Aposto-  
licae firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos,  
tam juris quam facti defectus, si qui desuper interven-  
erint supplemus, ac illas perpetuè valere, & observari  
debere volumus & ordinamus.

§. 3. Praeterea omnes, & quascumque causas hujusmo-  
di, non solum, à quibuscumque Judicibus juxta praeser-  
titarum tenorem, sed etiam à Thesaurario, Clericis, Prae-  
sidentibus, ac aliis quibuscumque Judicibus Cameralibus  
in eisdem statu, & terminis in quibus reperiuntur, &  
in quibus Monasteria, pia loca & Capitula, cujusvis praer-  
eminentiae, etiam Basilicarum Urbis principaliter veniunt  
ad causam, praeterquamque ubi de interesse Camerae agit-  
ur, vel alias Commissarius noster venit pro suo interesse  
ad causam, aut de causis ad Camerarium, & Camerae ex  
constitutionibus Apost. privativè quoad alios, vel ad  
Magistros Viarum spectantibus, ad nos harum serie avo-  
camus, illasque Camerario, & Clericis Praesidentibus  
Annontae Graeciae, Dohanarum Ripae, Ripettae, & alias  
ad jurisdictionem dictorum Clericorum spectantes cum-  
mulativè, itaut sit in electione ejusdem Archihospitalis  
Procuratorem, quem maluerint, ex Camerario, vel Cle-  
rico Praesidente in singulis causis occurrentibus eligere,  
ita quod etiam si coram altero ex praedictis conventi fue-  
rint, antequam in jurisdictionem consenserint, semper  
variare, & alterum eligere possint, uno autem electo per  
d. Archihospitalis Praeceptores non possint variari, &  
alter se in eadem causa intromittere non possit, sed illi  
in dicta causa inhibendum sit, & esse censetur.

§. 4. Quo verò ad ceteras causas in quibus agitur vi-  
gore obligationis Cameralis, sit in electione dictorum  
Archihospitalis Praeceptorum agere, vel coram Auditore  
Cam. aut coram Vicario.

§. 5. Reliquas autem causas, quae non sunt de jurisdic-  
tione dictorum Cameralium, Clericorum & Magistrorum

Viarum, ut supra, & quae aliis non sunt cognoscendae  
coram dictis Camerario, Clericis & Cameralibus, ac  
Viarum Magistris, praedicto Vicario privativè quoad d.  
Camerae, & alios quoscumque supra dictos, servata for-  
ma in omnibus supra dictis causis, etiam quoad Ordina-  
tionum processum, & appellationem interponendam  
praesentiarum literarum.

§. 6. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordi-  
narios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici  
Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum  
cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facul-  
tate & auctoritate, judicari & diffiniri debere, ac iterum,  
& inane quicquid secus super his à quoquam qua-  
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten-  
tari, decernimus.

§. 7. Uterius ad consulendum indemnitati, tum ipsius  
Archihospitalis, tum etiam aliorum litigantium ad paten-  
dum expensis, volumus, & praedicta auctoritate decernimus,  
quod in causis jam aliis Judicibus instructis, &  
nunc vigore praesentiarum literarum avocatis, partes  
ipsae acta transportari facere non teneantur, sed causas  
easdem coram dicto Vicario, seu Clericis Praesidentibus,  
ut praemissum est, firmis tamen remanentibus Notariis  
prosequi liberè valeant.

§. 8. Et quod praedicti Judices absque nova commissio-  
ne toties quoties opus fuerit possint prorogare fatalia, &  
adversus lapsum restituere, juxta facultates à nostris praedecessoribus  
concessas Auditoribus nostri Palatii Apost.

§. 9. Non obstantibus felic. record. Pauli III. de causis  
in Camera Apostolica, ubi de interesse illius agitur, cog-  
noscendis, & ejusdem Pii IV. de gratis ejusdem Cam-  
erae interesse concernen. in eadem Camera praesentan-  
dis, & registrandis, aliisque constitutionibus & ordinatio-  
nibus Apostolicis, ac omnibus illis quae dictus praedecessor  
in praesentibus literis voluit non obstare, ceterisque  
contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,  
die 3. Julii 1606. Pontific. nostri anno secundo.

**XXIII. Extensio, & nova concessio gratiarum, & privile-  
giorum Congregationis Regularis B. MARIAE  
Fulienensis, Monachorum Ordinis Cisterciensis S.  
Benedicti.**

Institutionem & alia de hac Congregatione indicavi supra in  
consti. 32. Sixti V. Religiosos, lib. 2.

**PAVLVS EPISCOPVS,**

Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

**D**ivina disponente clementia in eminenti Apostolatus  
specula, meritis licet imparibus constituti, animo  
revolventes, quod etsi ea quae pro salutari, & quieto  
Christi fidelium quorumlibet, praesertim sub Religionis  
jugo, regularibusque pie vitae Institutis, Virtutum Do-  
mino famulantium laudabili, & provida Romanorum  
Pontificum praedecessorum nostrorum ordinatione conce-  
ssa, & facta dignoscuntur, plenam roboris obtineant  
firmitatem, illis nihilominus nostrae approbationis, & in-  
novationis robur adjicimus, ut eo firmius illibata perdu-  
rent, quo saepius erunt Sedis Apostolicae praesidio com-  
munita, efficacemque operam circa earumdem conserva-  
tionem libenter adhibemus, ut fideles ipsi privilegiis, &  
gratis sibi concessis hujusmodi in Domino plene gau-  
dentes, in pacis & tranquillitatis amoenitate conques-  
cant, ac in eorum instituti Regularis observantia, &  
mandatorum Domini semita, ac erga dictam Sedem de-  
votione ferventius perseverent.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filii Joannis à Sancto Hie-  
ronymo Vicarii Generalis Congregationis Regularis B.  
MARIAE Fulienensis nuncupatae, nobis exhibita petitorio  
continebat, quod alias postquam felicis recordationis  
Sixti Papa Quintus praedecessor noster, &c.

Omittitur residuum, quia Sixti V. constitutiones ipsae sunt supra  
lib. 2. in bulla 32. Religiosos.

§. 2. Pie memoriae Clemens Papa VIII. etiam praedec-  
cessor noster, ob laudabilem vitae, & plurimas alias vir-  
tutes, & opera fructuosa, &c.

Omittitur residuum, quia ipsa bulla Clementis VIII. n. 12. est supra.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat,  
dictus

Index privo-  
rius quoad  
alios

Decretum  
irritans, &  
clausula su-  
blata, &c.

Declaratio  
quoad cau-  
sas jam in-  
structas con-  
tra alios  
dictos.

Facultas ad  
iudicium  
prorogandi  
fatalia.

Clausula  
derogatoria.

Dat. P. A. A.  
die 3. Julii.

Edita A. D.  
1606. &  
1607.  
Enchiridion.

Status P.  
hanc Congre-  
gationem im-  
punitè, siquid  
privilegia  
concessit, ut  
notavi hic  
in rubr.

Clem. VIII.  
illa amplian-  
tibus in ead-  
em hic est.  
Congregatio  
nunc suppli-  
dictus

P. A. A.  
die 23. Julii.

Edita A. D.  
1606.

Edita P. III.  
constitutio  
n. 10. rubr.

Confirmatio  
constitutio  
n. VIII.

Declaratio  
quoad cau-  
sas jam in-  
structas con-  
tra alios  
dictos.

Edita in consti-  
tutionibus  
infra Cam-  
eraria. iidem  
aliqui A. C.  
vel Vicarii.  
in reliquis  
vicariis sit

inter pre-  
firmatione,  
exten-  
sione  
privilegiorum.

d. et us Joannes Vicarius Generalis, prae ceteris sibi iuxta  
statuta & ordinationes ipsius Congregationis, usque ad  
proximam illius Capituli Generalis celebrationem, de-  
mandati Officii Vicarius generalis dictae Congregatio-  
nis, post obitum quondam Petri à Sancto Bernardo, Su-  
perioris Generalis ejusdem Congregationis ad praesens  
defuncti, incumbens sollicitudinibus, hanc curam  
potissimam suam existimans, ut per Sixtum & Clemen-  
tem Praedecessores praefatos concessa & approbata, in suo  
robore conserventur, propterea praemissa omnia etiam  
munimine nostro roborari summopere desideret, pro-  
parte ejusdem Joannis Vicarii Generalis nobis fuit hu-  
militate supplicatum, ut singulis literis eidem Congrega-  
tioni concessis praedictis, pro illarum viridi observantia  
etiam robur nostrae confirmationis adjicere, aliasque in  
praemissis opportune providere de benignitate Apostoli-  
ca dignaremur.

Qui petita  
illi concedis.

Quod vide-  
riam hic in  
frat in alia  
eius bulla,  
qua huius co-  
habet.

§. 4. Nos igitur, qui dictae Congregationis Fulien-  
& Monachorum ejus statum prosperum & tranquillum,  
propter uberes fructus quos Congregatio ipsa, multa praer-  
fulgens gloria meritorum, & gratia Sanctitatis, in agro  
militatis Ecclesiae haecenus produxit utiliter, ac producit,  
& in futurum producturam fore spe firma tenemus, & in-  
tensis desideramus affectibus, praedictorum Sixti & Cle-  
mentis, ac aliorum Praedecessorum nostrorum vestigiis  
inhærentes, ipsamque Joannem Vicarium Generalem à  
quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti,  
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis à jure,  
vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium  
dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &  
absolutum fore censentes, ejusdem Joannis Vicarii Ge-  
neralis supplicationibus hujusmodi in hac parte etiam  
inclinati, Sixti & Clementis Praedecessorum literas hu-  
jusmodi eidem Congregationi Fulienti, ac illius Mona-  
steriis, Prioratibus, Oratoriis & Locis, necnon eorum  
Superioribus, Abbatibus, Monachis, Monialibus & Re-  
ligiosis, in genere, vel in specie, sub quacumque ver-  
borum forma concessas, ac omnia & singula in eis con-  
tenta, quatenus sint in usu, & dicti Concilii Tridentini  
Decretis, ac aliis Canonicis sanctionibus non contrarien-  
tur, nec sub ullis revocationibus Apostolicis compre-  
hendantur, Apostolica auctoritate tenore praesentium  
perpetuo approbamus & confirmamus, ac illa perpetuae  
firmitatis robur obtinere debere decernimus.

Extenditque  
& commu-  
nicat privi-  
legia aliorum  
quorumcum-  
que ordinum  
Monastico-  
rum.

§. 5. Et insuper ut Monachi & Religiosi Congregatio-  
nis hujusmodi tanto ferventiùs divinis beneplacitis in-  
sistant, quanto majoribus se viderint spiritualibus gratiis  
fore munitos, omnia & singula privilegia, praerogativas,  
concessiones, favores, facultates, declarationes, con-  
servatorias, immunitates, exemptiones, libertates, cetera-  
que gratias, praerogativas, & indulta cujusvis generis  
existentia, & spiritualia, & temporalia, qualiacumque  
illa sint, quae tam eidem Cisterciensi Ordini, ac Abbati  
Monasterii Cistercii, ac ejusdem Cisterciensis Ordinis  
Capitulo, etiam generali, ac quibusvis Monasteriorum  
Abbatibus, etiam quatuor primis, videlicet de Firmitate,  
Pontiniaco, Claravalle, & Morimundo, quam etiam aliis  
Religionibus Monasticis, earumque Professoribus, ac  
utriusque sexus eorum Monasteriis, Ecclesiis, necnon di-  
lectis filiis earundem Religionum Generalibus, Praesi-  
dentibus, & quibusvis Superioribus, Praelatis & Capitulis,  
etiam Generalibus, & Provincialibus, seu intermediis, eo-  
rumque Diffinitoribus, Abbatibus, Prioribus, Abbatissis,  
Monachis, Monialibus, Novitiis, Fratibus, Conversis,  
Donatis, ac quibusvis eorum, & earum utriusque sexus Re-  
gularibus personis, tam in dicta Urbe, quam etiam in qui-  
buscumque Mundi partibus consistentibus, & illorum  
intuitu, aut aliis quomodolibet per quoscumque Ro-  
manos Pontifices praedecessores nostros, seu per Nos, &  
Successores nostros, aut alios auctoritatem habentes con-  
cessa sunt, & concedentur, quibus de jure, usu, consue-  
tudine, vel privilegio, seu concessione Apostolica, vel Im-  
periali, Archiepiscopali, Episcopali, in genere, vel in spe-  
cie, ac tam conjunctim quam divisim, aut aliis quomodo-  
libet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, frui,  
potiri, & gaudere possunt, vel poterunt in futurum, quo-  
rum concessorum tenores praesentibus pro expressis ha-

bentes, ac si de verbo ad verbum infererentur, etiam si ta-  
lia sint, quae specialia, & individua requirerent men-  
tionem, & seu particularem insertionem, ad dictam Con-  
gregationem Fuliensem, ac singula illius, tam virorum  
quam mulierum Monasteria, illorumque Superiores, Prae-  
latos, & quascumque utriusque sexus Regulares perso-  
nas, auctoritate & tenore praedictis, etiam perpetuo ex-  
tendimus, illaque eis communicamus, & de novo con-  
cedimus, ac suffragari volumus. Ita tamen quod dicta  
Congregatio Fuliensis, illiusque utriusque sexus Mona-  
steria, Prioratus, Grangiae, Domus, Ecclesiae, Oratoria,  
Collegia, Pia & Charitativa loca, res & bona, Sanctorum-  
que festivitates, Conventus & Capitula, etiam Genera-  
lia, particularia, seu Provincialia, eorumque Superiores,  
Generales & Seniores Assistentes, Diffinitores, Visitato-  
res, Abbates, Abbatissae, Priores, & quicumque alii Super-  
iores, necnon Officiales, Ministri, Monachi, Moniales,  
Novitii, Conversi, Donati, Familiares, Procuratores, &  
negotiorum Gestores, Benefactores, & aliae singulares  
utriusque sexus Regulares personae, sub eorum cura, &  
secundum ejusdem Congregationis instituta nunc &  
pro tempore degentes & existentes, praemissa omnibus  
& singulis, aequè pariformiter respectivè, & absque ulla  
penitus differentia, singula singulis concernentia, perin-  
de ac si ea omnia illis, & eorum singulis principaliter, &  
expresse, & non ad instar concessa, ac si in eis talis Con-  
gregatio Fuliensis, illiusque Capitula, Monasteria, Ec-  
clesiae, dictique Superiores, Praelati, ac utriusque sexus  
personae, res & bona expressa praenominata, necnon à  
principio in favorem eorumdem à Sede Apostolica ema-  
nassent, & immediatè concessa essent & fuissent, in quan-  
tum eidem Congregationi expediat, ejusque gubernio  
& constitutionibus non adveniant, uti, frui, & gaudere  
liberè & licitè possint, & valeant.

§. 6. Et insuper praesentes literas sub quibusvis revo-  
cationibus, suspensionibus, aut derogationibus similium,  
vel dissimilium gratiarum, concessionum, & aliorum quo-  
rumcumque nullatenus comprehendi, sed semper ab il-  
lis exceptas esse, & censi debere, ac quovis quovis co-  
lore, vel ingenio de subreptionis, vel obreptionis, aut  
nullitatis vitio, seu intentionis nostrae defectu notari,  
vel impugnari nullatenus posse, sed illas semper validas,  
& efficaces existere, suosque plenarios & integros effe-  
ctus sortiri, & inviolabiliter observari, ac eidem Con-  
gregationi Fulienti, illiusque Superiori Generali, & Mo-  
nachis perpetuo suffragari.

Decerni  
quod pro-  
res literas  
comprehens  
dantur in  
quibusvis  
quae revoc  
tionibus, &  
suspension  
bus gratia  
rum, quae  
quo de sub  
subreption  
notari no  
possint.  
Apponit  
cremum m  
tanti.

§. 7. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus & sin-  
gulis per quoscumque Judices ordinarios & Delegatos,  
quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii  
Apostolici Auditores, & ipsius S. R. E. Cardinales, in  
quibusvis causis & instantiis judicari & diffiniri debere.  
Necnon, si secus super his à quoquam quavis auctorita-  
te, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum  
& inane decernimus.

Deputat  
dices con  
amplissim  
facultatis  
pro illarum  
exequiis.

§. 8. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archi-  
episcopo Tolosano, & Episcopo Parisiensi, ac dilecto filio  
causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori  
per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo,  
aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios praesentes lita-  
teras, & in eis contenta hujusmodi, ubi, & quando opus  
fuerit, ac quoties pro parte dicti Joannis Vicarii Genera-  
lis, necnon pro tempore existentis Superioris Generalis,  
ac dictorum filiorum Abbatum, & aliorum Superiorum  
dictae Congregationis Fuliensis, in praemissis jus, & in-  
teresse quomodolibet habentium, seu alicujus eorum de-  
super fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in  
eisdem praemissis efficacis defensionis praesidio assisten-  
tes, faciant auctoritate nostra praesentes literas, & in eis  
contenta hujusmodi ab omnibus ad quos spectat, & spe-  
ctabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observa-  
ri, ac etiam Vicariū Generalem pro tempore existentem,  
aliosque Superiores & Abbates Congregationis, & inter-  
esse habentes hujusmodi, necnon eorum singulos illis  
pacifice frui & gaudere, nō permittentes eos, aut aliquem  
eorum desuper per quoscumque quomodolibet indebitè  
molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quos-  
libet & rebelles, ac praemissis non parentes, per senten-  
tias, censuras & poenas Ecclesiasticas, aliasque opportuna  
juris

juris & facti remedia, appellatione postposita compellendo, necnon legitimis super his habendis servatis processibus, censuris & poenis ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 9. Non obstantibus recolenda memorie Bonifacii Papae Octavi similiter praedecessoris nostri, qua cavetur expresse, ne quis extra suam Civitatem vel diocesim, nisi in certis tunc expressis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae Diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a praedicta Sede deputati, extra Civitatem vel Diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel alii vices suas committere audeant vel praesumant. Et in Concilio generali edita de duabus, dummodo ultra tres diem aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque quibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus & Synodali- bus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac etiam aliorum Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, stabilimentis, usibus & naturis, privilegiis quoque, indultis ac litteris Apostolicis, illis vel alicui eorum, & praesertim eidem Cisterciensi Ordini, ac Abbati Monasterii Cistercii, Superioribus & personis, per quoscumque Romanos Pontifices pariter praedecessores nostros & Sedem praedictam, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, etiam forsitan consistorialiter, aut alias quomodolibet in genere vel in specie concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac nemini in praedictum praemissarum suffragari posse, aut debere decernimus. Necnon omnibus illis quae Sixtus & Clemens praedecessores praedicti in dictis suis litteris voluerunt non obviare, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 10. Et quia difficile foret praesentes litteras originaliter ad omnia & singula loca in quibus opus esset, deferri, volumus, & praedicta auctoritate Apostolica decernimus, quod earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, aut manu Superioris Generalis, & sigillo ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides adhibeatur quae originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, &c.

Dat. Romae apud S. Marc. Anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo sexto, quinto Idus Julii, Pont. nostri Anno 2.

Sequitur alia non ab similibus largitis gratiarum.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

IN supereminenti Apostolica dignitate specula superna dispositione (meritis licet imparibus) constituti, ex incumbente nobis Apostolicae sollicitudinis officio circa curam Ecclesiarum & Monasteriorum omnium solertia reddimus indefessa solliciti, ut juxta debitum Pastoralis officii eorum occurramus dispendiis, & profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus.

Bullarii Magni Tom. I 11.

§. 11. Cum itaque, sicut accepimus, licet aliis felicis recordationis Clemens Papa Octavus Praedecessor noster Congregationem Beatae Mariae Fulienfis Cisterciensis Ordinis, illiusque Superiorem Generalem, Abbates, Abbatissas, Priores, Monachos, Moniales, & alias quascumque singulares personas, necnon Monasteria, Grangias, Loca & bona quaecumque tunc praesentia & futura, & ad eos quomodolibet spectantia, & quae deinceps spectarent & pertinerent, illisque concederentur, vel ad alios devolverentur, ab omni jurisdictione, gubernatione, regimine, subjectione, administratione, obedientia, visitatione, correctione & emendatione Abbatis Generalis Ordinis Cisterciensis, & aliorum pro tempore existentium Abbatum, Praelatorum & Superiorum ejusdem Ordinis Cisterciensis, auctoritate Apostolica perpetuo exemerit, dictamque Congregationem ac Superiorem Generalem, necnon Abbates, Abbatissas, Priores, Monachos, Moniales, Monasteria & bona praedicta sub immediatam suam & Sedis Apostolicae protectionem, regimen, subjectionem, gubernationem, & obedientiam receperit.

*Hoc officium antiquissimum & præstantissimum est, & venustior bulla, qua de speciali hujus Tribunalis jurisdictione haberi potuit, est 7. Innocentii VIII. supra lib. 1. Ultra quam posui aliam Pii IV. num. 33. Ad eximia, lib. 2. ne quisque ex illis, & ista dignoscatur, quam aucta sine hujus Auditoris jurisdictione. Scias etiam ad ejus jurisdictionem.*



jurisdictionem spectare omnes causas Confraternitatis Misericordie de Urbe, ut in eisdem Innocentii VIII. constitutionibus. 16. Inno., supra libro primo, & etiam Archiconfraternitatis Sancti Rochi, ut in praxi Pii Quarti constitutionibus. 26. Regimini, lib. 2.

Hujus autem Tribunalis reformationem primò edidit Pius IV. in const. 56. Inter multiplices, sup. lib. 2. Et deinde Pius V. in const. 113. Inter illa, eod. lib. Ac postremò Paulus V. infra in ejs constitut. 71. Universi, §. 4.

**P A U L U S E P I S C O P U S,**  
Serenus servorum Dei: Dilecto filio Magistro Petro Paulo Crescenzio Presbytero Romano, utriusque Juris Doctore, Causarum Curie Camera Apostolica generali Auditori, Notario & familiari nostro, salutem & Apostol. benedictionem.

**E**ximia fidelitatis & prudentiæ, necnon onerosa, ac grata devotionis & familiaritatis obsequia, quæ Nobis, & Apostolicæ Sedi jamdudum impendisti, & de præfenti assiduis studiis impendere non desistis, generis quoque nobilitas, literarum scientia, & ingentes animi doctes, quibus clarere dignosceris, jam exinde conceptam in nobis spem, & expectationem majorem accendunt, ac pollicentur haud dubiè, quod ea quæ tibi, etiam de cætero duxerimus committenda, etiam quàm maxima arduaque negotia, eo majori prudentia, ac diligentia exequeris, quo personam tuam in posterum condignis honoribus, gratiis, & favoribus magis propriis à Nobis cognoveris decoratam.

§. 1. Cum itaque officium generalis Auditoratus, seu Audientie causarum Curie Camera Apostolicæ, quod nuper dilectus filius noster Marcellus S. R. E. Cardinalis Lantes nuncupatus, tempore assumptionis de ejus persona ad Cardinalatus honorem per nos nuper de fratrum nostrorum consilio, Apostolica auctoritate factæ obtinebat, ex eo quod illud per assumptionem prædictam harum serie vacare decrevimus, & per decretum hujusmodi vacet ad præfens.

§. 2. Nos volentes te literarum Apostolicarum majoris præfidentie Abbreviatorem, & in illarum expeditione dilecto filio nostro Alexandro S. Laurentii in Damasco Diacono Cardinali Montalto nuncupato, ejusdem S. R. E. Vicancellario assistentem, ac in utraque Signatura nostra Referendarium, etiam continuum Commentarium nostrum, quem ad tanti Officii regimen, & ministerium duximus assumendum, & in illius assentione cæteris anteponendum, favore prosequi gratiæ specialis, Teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon singulorum privilegiorum, indultorum, facultatum prædicto, & quibuscumque aliis Officiis, Collegiis, Tribunalibus, & locis piis Urbis, eorumque Judicibus, Receptoribus, & Protectoribus, ac aliis personis quomodolibet, & quomodocumque, etiam sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis concessorum, ac scripturarum, aliarumque literarum desuper confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum inferrentur præsentibus pro expressis, & insertis habentes, de tuis probata fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino confisi.

§. 3. Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, Officium prædictum, sive ut præmittitur, sive aliis quovis, quem haberi volumus pro expresso, modo vacans cum Officio Correctoris, seu Correctoris Archivi dictæ Curie, & aliis illi annexis, ac omnibus & singulis illius honoribus, præminentibus, prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, jurisdictionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, necnon (salva dismembratione, & separatione sex millium scutorum annuorum monetæ Ro-

manæ, decem Julii ejusdem monetæ pro quolibet scuto hujusmodi computatis, ex fructibus dicti Officii Auditoratus per felic. record. Sixtam Papam V. prædecessorem nostrum factis, seu sex millibus scutis prædictæ Camera aliis applicatis, (salvis remanentibus) cum juribus, regalibus, proventibus, obventionibus, & emolumentis consuetis, ac debitis, facultatibusque & indultis, ac decretis, etiam in ordine, & modo procedendi in causis præfato Marcello Cardinali, & aliis qui pro tempore fuerint, causarum Curie hujusmodi generalibus Auditoribus, ac per præ mem. Julium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. & Julium etiam III. & prædictum Sixtum, & Gregorium XIV. aliosque quoscumque Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, sub quibuscumque tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, tam in forma brevis quàm sub plumbo expeditis literis, ac aliis ex usu, stylo, consuetudineque quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & assignamus. Teque ad tui vitam nostrum, & pro tempore existentis Romani Pontificis, ac dilecti filii nostri Petri tit. S. Joannis & Pauli, Presbyteri Cardinalis Aldobrandini nuncupati, moderni, & pro tempore existentis ipsius S. R. E. Camerarii, & causarum Curie Camera hujusmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, præminentibus, prærogativis, exemptionibus, immunitatibus, jurisdictionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, concessionibus, indultis, juribus, regalibus, emolumentis, facultatibus, & decretis prædictis, eisdem auctoritate, & tenore constituimus & deputamus, ac in locum dicti Marcelli Cardinalis quoad hujusmodi Auditoratus Officium, ejusque liberum exercitium quoad vixeris substituiamus, & subrogamus.

§. 4. Teque ad Auditoratus, & Correctoris officia hujusmodi, & eorum liberum exercitium, ac omnia & singula prædicta ex tunc admittimus, & recipimus, & per Petrum Cardinalem modernum, ac pro tempore existentem Camerarium prædictum, necnon dilectos filios dictæ Camera Præsidentes, Clericos, ceterosque ad quos spectat, & spectabit, tam in Camera quàm extra eam, recipi & admitti, atque tibi de juribus, regalibus, jocalibus, taxis, proventibus, obventionibus, emolumentis, & aliis supradictis integrè responderi, & satisfieri mandamus, ac volumus, & etiam præcipimus. Tibique indulgemus, quod si te in quibuscumque causis criminalibus, etiam ubi pœna sanguinis, & ultimi supplicii imponenda erit, seu imponetur, aut de hujusmodi causis tractandum fuerit, in posterum aliquando contigerit immiscere, nullam ob irregularitatis, vel inhabilitatis cuiuscumque, seu aliam censuram Ecclesiasticam, aut infamiam maculam, sive notam, nec alia incurras impedimenta, dummodo sententiam sanguinis per te ipsum non feceris, neque votum subscriseris.

§. 5. Ac etiam tibi, per te, seu alium, vel alios, idoneum, vel idoneos Locumtenentem, seu Locatenentes, & Officiales, vel Vicegerentes tuos, quos, & quando pro tempore duxeris assumendos, aut deputandos, de omnibus & singulis causis, modis, & formis infrascriptis cognoscendi & decidendi facultatem concedimus per præfentes.

§. 6. Quod tu videlicet, tam in causis obligationum in forma Camere, quàm in forma juris Guarentigie, vel Ripæ, vel Ripetæ celebratarum, ac etiam in aliis obligationibus in quibus, etiam absque obligatione in forma Camere debitorum consenserint, in mandatum exequutivum unica citatione, vel etiam sine citatione, & quâ obligationum, vel consensuum vigore in aliis Tribunalibus executivè, vel per relaxationem mandatorum proceditur quovis modo, solus, præterquam inter Cives Romanos, inter quos privilegium, seu constitutionem ultimo loco per recol. mem. Pium Papam IV. similiter prædecessorem nostrum in favorem Populi Romani motu proprio facta servari volumus. Alii verò quicumque etiam Romanæ Curie Judices in similibus causis nullatenus, nulloque modo procedere possint: ac de omnibus & singulis obligationibus in forma Camere

Sciendum Auditoratus vacavit per assumptionem Marcelli Lantes ad Cardinalatum.

Sciendum Petro Paulo Crescenzio, ab eum vixente hic honoratus est.

Cum omnibus iuribus, immunitatibus, & iurisdictionibus, sive cum infrascriptis conditionibus.

In causis criminalibus absque irregularitate sit immiscenda.

Causas per Locumtenentes cognoscendi.

In causis oblig. Cam. præterquam in libris alibi introductis, & inter Civitatem Rom. iuxta Bullam Pii IV. cit. in iudicio procedendum.

ubivis locorum, & inter quascumque personas factis, vel faciendis, iis dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus à litibus, & causis in eadem Camera, aut coram aliis Judicibus pro tempore introductis, factæ & receptæ fuerint, & tunc non per viam censurarum, sed per viam mandati executivi.

*Hasque à quibuscumque Iudicibus præterquam commissas per scriptum de oblig. Cam. mentionem faciens, & causas Capitulinas inter Cives Romanos venientes re-assumendi.*

§. 7. Itaque quascumque causas quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia super ipsi obligationibus, aliisque omnibus supradictis, in alio quàm Auditoratus huiusmodi Tribunali, præterquam in vim specialis commissionis nostræ de dictis obligationibus specialem mentionem facientis motæ fuerint, in illarum statu, gradu, & terminis in quibus reperientur, tua ordinaria auctoritate, exceptis dumtaxat causis Curie Capitoline contra dictos Cives Romanos pro tempore iuxta formam dicti privilegii motæ, reallumere, & etiam Judicibus quibus fuerint commissæ, ac coram quibus illæ pendebunt, ne in eis, aut de illis quoquo modo, aut quovis quæsito colore, directè vel indirectè, illique ac omnibus, & singulis quibuscumque aliis Judicibus, eorumque Locatenentibus, ac Auditoribus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, ne in executionibus, ac processibus prædictarum obligationum, ac contractuum, de cætero contra tenorem præsentium ad instantiam cuiusvis personæ, Collegii, Universitatis, Capitulum, & quorumvis etiam privilegiatorum, sub excommunicationis læte sententiæ, indignationisque nostræ pœnis, ac partibus ipsis, & Notariis, Procuratoribus, Solicitoribus, Executoribus, ac Officialibus, sub eisdem censuris & pœnis, ac privationis officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, necnon quingentorum ducatorum, Filco & eidem Camere applicandorum, refectionisque expensarum partibus arbitrio tuo, & nullitatis processuum inde sequentium, & sequutorum quovis modo, directè vel indirectè se intromittere præsumant, inhibere; & quicquid secus super his contigerit attentari, irritum & inane existat, & esse censetur, prout ita decernimus.

*Solus vigore oblig. Cam. censuras promulgandi. Causas omnes spirituales, & etiam omnium Curialium, Communiarum, Mercatorum, & pensum cognoscendi.*

§. 8. Quodque tu solus vigore dictarum obligationum censuras Ecclesiasticas promulgare.

§. 9. Necnon omnes, & singulas spirituales, Ecclesiasticas, ac profanas, & quorumvis etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, eorumque ac nostrorum familiarium, & continuorum commensalium, necnon quorumcumque Prælatorum in ipsa Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Universitatum, eorundemque Principum Oratorum, necnon dictæ Curie officialium eandem Curiam sequentium, ac familiarium eorundem, & ipsius Curie causarum huiusmodi Auditoris Notariorum, & eorum familiarium, Campforum quoque, & quorumvis mercatorum, ac pensionum annuarum super fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis, ac eorum fructuum, etiam loco pensionum huiusmodi reservatorum & assignatorum, etiam si eorum, & earum solutio non sit in prædicta Curia, sed in partibus faciendæ, & quascumque alias, etiam commissarias causas, tam civiles quàm (absque alicujus irregularitatis, seu inhabilitatis, aut infamie, vel cuiusvis alterius sententiæ, censuræ, & pœnæ Ecclesiasticæ incurfu) criminales, & mixtas, conjunctim, vel divisim in eadem Curia, quomodocumque, vel qualitercumque motas, & movendas, ac inter quascumque partes, etiam per viam inquisitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes.

*Causas appellacionum à sententiis Judicium Urbis, (Vicario, Gubernatore, & Senatore, ac Iudicibus Capituli exceptis) necnon à quibuscumque Iudicibus extra Curiam latarum cog. scendi.*

§. 10. Et quæ per appellationem à gravaminibus illatis, & inferri comminatis, seu sententiis definitivis, vel interlocutoriis, à quibusvis Judicibus Ordinariis, & Arbitris, atque Arbitratoribus, in Curia, & Urbe prædictis (Vicario nostro, ac Gubernatore, & Senatore Urbis, Judicibusque Capitulinis dumtaxat exceptis) ac extra eandem Curiam, & Urbem, à quibuscumque Judicibus Ordinariis, vel delegatis, seu Arbitris, vel Arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, & eorum Vicelegatis, in Terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatis, vel immediatis subjectis, aut aliis eorum Gubernatoribus, vel Officialibus, & quibusvis in feudum, seu Vicariatum, seu aliâ quomodolibet concessis, & pro tem-

pore latis, & promulgatis interpositam, seu aliâ tandem Sedem per viam reclamationis judicialis, vel extrajudicialis, aut nullitatis, vel recursum, à quibuscumque sententiis quorumcumque Ordinariorum, etiam extra Statum Ecclesiasticum hæcenus devolutæ sunt, & in posterum devolventur.

*Has res tollige reform. 17. cu. m. mbr.*

§. 11. Eas videlicet in quibus non ageretur ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de verum valorem prædictæ summæ non excedente, seu quæ inter, & contra mercatores dictæ Curie pro quibuscumque negotiis ad quancumque summam ascendant, & pro Notariis tuis, ac inter, & contra ipsos, ac eorum familias pro tempore vertentur, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola veritate inspecta, & manu Regia, absque observatione terminorum qui de stylo, seu ordinatione Palatii Apostolici, aut aliâ observari consueverunt, seu consueverunt, etiam privative quoad alia Tribunalia, alias vero summam prædictam, aut illius valorem excedentes, ac inter, & contra alios quam mercatores vertentes, servatis terminis, & aliâ summarie, prout in beneficiis, eisdemque terminis quomodocumque malè, & nulliter, præposterè, & confusè tentatis, pro minore partim dispendio, etiam unico contextu, citatione, & audientia teiteratis, etiam per affixionem citationum pro tempore faciendarum, ad valvas ipsorum citandorum habitacionis, quoad obligatos in forma Camere, seu Guarentigie, Ripæ, Ripette, ac aliis supradictis formis executivis, & quoad alios aliter obligatos, ubi non ageretur de majore quàm de viginti ducatorum summa, audire, cognoscere, decidere, & sine debito terminare.

*In causis excedentibus valorem eorum & in causis Tribuna. usque ad quancumque summam in omnibus aliis casibus prout in beneficiis procedendi.*

§. 12. Necnon de omnibus & singulis quibuscumque, & quantumcumque enormibus criminibus, delictis, & excessibus, tam in Urbe, & Curia prædictis, quàm extra eas per quoscumque, tam ejusdem Curie acque Sedis Officiales, quàm dictam sedem sequentes, & alios etiam à jurisdictione Ordinariorum exemptos, ac dictæ Sedi immediatè subiectos, cuiuscumque Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, primatialis, vel majoris, & per quoscumque alios, cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, perpetratis vel perpetrandis, tam ad Procuratoris Fiscalis denunciationem, & promotionem, quàm etiam partium accusationem, vel etiam instigationem, seu ex mero officio, & quoad omnes privative, per Notarios tuos, eorumque Substitutos, ac inter & contra eos, ac alios in eorum officiis, & intus ea solùm inquirete, & super illas, tam per viam inquisitionis quàm accusationis, seu denunciationis, & instigationis huiusmodi procedere, & culpabiles repertos, juxta suorum excessuum exigentiam & qualitatem, quovis modo, absque alicujus irregularitatis, aut alterius censuræ Ecclesiasticæ huiusmodi incurfu punire.

*Causas in nium de. Roman. in Urbe, extra. Curialium exemptos cognoscendi.*

§. 13. Ita tamen quod monitoria contra Episcopos, vel alios eorum Superiores prædictos ad comparandum personaliter, non nisi prævia commissione manu nostra signata decernas.

*Monitoria contra Episcopos ad personaliter comparandum via Palatii missio in cernendi. Literas Apostolicas vel dato executioni cumulatim exequendi.*

§. 14. Et insuper, quod quascumque literas Apostolicas, generales & particulares, tam sub plumbio etiam per officium Audientie nostrarum literarum contradictarum, ac per Officium minoris gratiæ, quàm in forma Brevis expeditas, & quarum solam signaturam sufficere concessum fuerit, supplicationes per Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, aut in ejusdem Pontificis, seu nostra presentia signatas, necnon literas pro tempore existentium Camerarii, & Penitentiarum majoris nostrorum (dummodo in illis, & literis Apostolicis prædictis alii executores deputati non fuerint) solus, in quibus verò deputati erunt, cum illis exequi, & super illis processus debitos in forma solita, etiam cum promulgatione censurarum in similibus promulgari solitarum decernere.

*Sententia quomodo in Curia extra locum. & p. cessum.*

§. 15. Ac per te tuosque Locumtenentes, seu Vicegerentes, & Officiales, aut deputatos, & quovis alios, tam Ecclesiasticos, quàm seculares Judices, & tam delegatos, quàm subdelegatos, ac etiam causarum dicti Palatii Auditores, vel alios, aut Romanum Pontificem pro tempore

tempore existentem, tam in genere, quam in specie, ac alijs quomodolibet in eadem Curia, & extra eam pro tempore latatum sententiarum, necnon quorumcumque processuum, generalium, vel specialium, tam in die Cœnæ Domini, quam alijs, cum censurarum, & pœnarum Ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorum executionem, quas etiamsi delegatis, aut subdelegatis prædictis, vel quibusvis alijs, etiam specialiter per Nos, & Sedem prædictam commissæ fuerint, tibi cumulativè, & non privativè commissa esse volumus, atque decernimus, servatis terminis in Tribunali Auditoris Cameræ hujusmodi servari solitis, etiam singulis diebus & horis, prout in Ordinariis consuetum est facere, illasque & illos debite executioni, etiam si opus fuerit, cum auxilii brachii secularis invocatione demandare.

§. 16. Ac quascumque Communitates, Universitates, Collegia, Capitula, necnon etiam extra dictam Curiam degentes personas, pro debitis per eas in eadem Curia contractis, aut salario, seu contractu in ipsa Curia inito; degentes verò in eadem Curia, seu Curiales Ecclesiasticos, seculares, vel regulares, etiam ab ipsa Curia absentes, cujuscumque gradus, status, ordinis, & etiam Pontificalis dignitatis, vel præminentie existentes, pro quibusvis rebus, & pecuniarum summis, ad quorumvis etiam absentium, quorum intererit pro tempore instantiam, quoties expedierit, etiam per editum publicum, confitio summarie, & extrajudicialiter de non tuto ad eos accessu, ad satisfaciendum eorum debitis, & præstandum ea ad quæ pro tempore tenebuntur, monere, & citare.

§. 17. Ac litteras quascumque remissoriales, & compulsoriales, tam generales, quam speciales, ubi & quoties opus fuerit, arbitrio tuo decernere.

§. 18. Necnon etiam in vim Eugenianæ in favorem Curialium emanatæ, ac Leoninæ constitutionum, & pro cujusque illarum extensione inhibere.

§. 19. Ac monitoria, citationes, & inhibitiones ad partes, etiam per simile editum decernere, eos quoque arrestare, & carcerare, ac si tibi videbitur, quascumque pœnas, & multas eodem arbitrio tuo dimittere, & relaxare, atque pro delictorum & excessuum, necnon criminum qualitate quibusvis pro tempore delinquentibus per te, tuosque Locumtenentes, Vicegerentes, & officiales infligere, & imponere.

§. 20. Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, & à divinis suspendere, generaliter, vel specialiter Interdicere, ac sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas pro te, & Locumtenentes, ac alios tuos prædictos pro tempore latas, etiam iteratis vicibus aggravare.

§. 21. Et quod à te, vel Locumtenentibus, & alijs prædictis pro tempore excommunicati, seu alijs censurati, ab alijs quam à te, vel Locumtenentibus, & alijs tuis hujusmodi, etiam de partium consensu, præterquam in mortis articulo constituti absolvi non possunt, ad evitandas collusiones statuere.

§. 22. Et cum tibi visum fuerit expedire, Communitates, Universitates, Collegia, Capitula, & personas quascumque à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis, ac multis Ecclesiasticis, spiritualibus, vel temporalibus, tam per te, & Locumtenentes, ac alios tuos præfatos, quam per alios inflicis, in diebus Paschalibus, & Natalitiis, cum reincidentia absolvere, necnon sententias, censuras, & pœnas, ac multas hujusmodi, & quæcumque interdita suspendere, tollere, & eis relaxare.

§. 23. Obligaciones quoque in forma Cameræ, etiam per mortem debitoris, quoad illius bona tantum, etiam per viam confessionis debiti, per aliquem ex Procuratoribus in qualibet obligatione constitutis more solito faciendas, & hæredibus legitime citatis, seu alijs arbitrio suo exequi, & executioni demandari facere.

§. 24. Et generaliter omnia & singula, quæ ad officium Auditoris causarum Curie hujusmodi de jure, vel ex privilegio, aut usu, seu literis, & consuetudine prædictis olim spectabant, & quæ illi qui pro tempore fuerunt causarum Curie hujusmodi Auditores, juxta concessas eis facultates facere, & decernere, mandare, statuere, ordinare, & exequi quomodolibet poterunt, seu

consueverunt facere, dicere, mandare, statuere & ordinare, decernere & exequi, libere & licite valeas. Processus, & sententias quas tu, & Locumtenentes, ac alii à te deputati prædicti pro tempore habueritis, & tuleritis, ac reliqua omnia quæ in præmissis, & circa ea, aut quodlibet eorum feceritis, dixeritis, mandaveritis, statueritis, & ordinaueritis, rata ac grata habituri, ac facturi, ea omnia auctore Domino, ab omnibus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 25. Insuper eisdem auctoritate, & potestatis plenitudine, tam litteras Julii II. Leonis X. aliorumque prædecessorum hujusmodi, quam omnia & singula privilegia, indulgentias, facultates, jurisdictiones, & gratias officio Auditoratus, & Auditoribus prædictis quomodolibet concessa, ac cum omnibus & singulis in eisdem contentis clausulis singulas desuper confectas litteras, quorum omnium, & singulorum, ac litterarum prædecessorum hujusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum inferrentur, pariter præsentibus haberi volumus pro expressis, auctoritate, & tenore prædictis approbamus, confirmamus & innovamus, ac illa perpetua, & inviolabilis firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, eaque omnia & singula ad Officium Auditoratus, & pro tempore existentem Auditorem hujusmodi, perinde ac si in eis specialiter, & expresse, ac in individuo, & pro eis, seu in illorum favorem statuta, & ordinata fuissent, harum serie extendimus & ampliamus.

§. 26. Quodque constitutiones quæ Odoardus, & Perennis, incipiunt, & quævis alternativæ, seu moratorie, & dilaciones, etiam salutaris, per quoscumque etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clericos Cameræ, & ipsius Cameræ Camerarium pro tempore decretæ, quoad obligatos ut supra, tam respectu bonorum quam personarum nullatenus profint.

§. 27. Quinimò obligationes prædictæ debite executioni demandentur, & etiam post mortem debitoris quoad bona, etiam quacumque appellatione, & superinde obtenta commissione de hujusmodi obligatione expressam mentionem non faciente, aut discussione hæreditatis ubilibet pendente, si per creditores data fuerit idonea cautio in forma depositi de restituendo id quod receperint, prioribus, & potioribus creditoribus in eventum succumbentibus, non obstantibus.

§. 28. Ac etiam, quod tu Auditor in Capella nostra, & alijs actibus, tam publicis, quam privatis, primum locum post dictum Gubernatorem, & Oratores Principum, si Prælati fuerint, habeas, volumus, statuimus & ordinamus, tibi que pariter indulgemus.

§. 29. Ac similiter tibi contraditores, & rebelles, tibi que in præmissis non parentes, opportunis juris remediis compellendi, & ad id, si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocandi, ceteraque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, tam in dicta Urbe, quam ubique locorum faciendi, & exequendi, juxta facultates alijs tunc ad officium Auditoratus hujusmodi attributas.

§. 30. Necnon pariter tibi, tuisque in officio Auditoratus hujusmodi successoribus quoscumque pauperes extra Romanam curiam pro debitis civilibus, & vigore tuorum, & pro tempore existentis Auditoris Cameræ mandatorum carceratos, tuo & tuorum in officio Auditoratus successorum hujusmodi arbitrio, juxta facultates desuper Visitationibus carcerum Urbis prædictæ per constitutiones pie mem. Pauli III. & Pii V. Romanorum Pontificum pariter prædecessorum nostrorum, ad favorem pauperum carceratorum editas relaxandi, & relaxari faciendi.

§. 31. Necnon quoscumque pauperes, & verè miserabiles in causis tui Tribunalis, tam motis quam movendis, pro tempore comparentes, confitio prius summarie & extrajudicialiter quantum tibi sufficere videbitur de eorum paupertate & miseria, ad satisfactionem crediti, cujus creditores fuerint, usque ad summam quinquaginta scutorum inclusivè, pro quolibet creditore paupere, & miserabili hujusmodi, etiam si cæteris creditoribus priores, & potiores non extiterint, admittendi, ac eis de ipso eorum credito satis faciendi.

genera-  
m, quã  
riculari  
illi modo  
quandi.

munita-  
omni-  
extra  
am de  
pro  
adibus  
in Cu-  
& Cu-  
alijs  
in Curia  
pro  
sum-  
rius ci-  
di.

Compulsi-  
on, & re-  
sionales  
remendi.  
vum Reg.  
Leon. 11  
rum in  
Curia  
venni.  
monitoria,  
ad par-  
lectran-

bidium  
munici-  
di, & c.

munici-  
ali A.C.  
alios non  
in arri-  
mortis  
ventur.

commu-  
ni aut  
alijs ipse  
C. absol-  
t, & c.

quibus  
forma  
more poss  
de debi-  
m, extra  
bona  
quinar.  
dige iux-  
ulla pæ  
in rub-  
quibus fa-  
stibus  
datoribus  
datoribus  
quosquo  
de concess-

Indulta  
nia Audito-  
ris innovantur  
iteratis  
que tenentur  
duntaxat.

Dilaciones  
per ad  
quoscumque  
compellunt  
obligatis in  
forma  
Cameræ non  
profint.

Causa dis-  
cessum ut  
liberè pend-  
tium, & ap-  
pellationes  
non faciem  
mentionem  
de obligat.  
Camerari.  
executionem  
non retar-  
dant.

Præcedentia  
A.C. in Ca-  
pella Papa  
& alijs  
publicis.  
Contraditor  
res in prædi-  
ctis collectis

Carceratos  
vigore suo  
mandatorum  
etiam extra  
Curiam re-  
laxari, iuxta  
Pauli III.  
constit. 44.  
sep. lib. 1. &  
const. 61. Pii  
V. lib. 2.

Miserabiles  
personas in  
causarum dis-  
cessione ca-  
teris præfer-  
tux. B. 11. d.  
Pii V. n. 27.  
& capitulati  
lib. 2.

faciendi, & satisfieri faciendi, & mandandi realiter, & cum effectu.

In Curia & extra eam &c.

§. 32. Præterea quoscumque, ubi & quando, ac quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constituto summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu, ac etiam sub Ecclesiasticis censuris, & pecuniariis, aliisque pœnis imponendis, moderandis & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, ac in eventum non paritionis, sententias, & pœnas hujusmodi declarandi, aggravandi, reaggravandi, excommunicandi, interdicendi, auxiliumque brachii sæcularis, si opus fuerit, invocandi, perpetuum quoque silentium, omni & quacumque appellacione, & recurſu remotis, deſuper imponendi, ac alia omnia & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, juxta conceſſionum aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum deſuper ipſum Auditoratus officium obtinentibus, ut præmittitur, factarum tenorem, plenam, & liberam, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & impartimur facultatem, & poteſtatem, ac ita tibi mandamus, ſtatuiſmus, & ordinamus.

Causas Caſtorum ſecurum in Verbo cognoviſſe, juxta Bul. lam 1. Pii, tom. 2.

§. 33. Poſtremo, ut omnes & quacumque cauſas, tam per te quam Locumtenentes, & alios deputatos tuos prædictos, ſuper omnibus, & ſingulis articulis, negotiis, & cauſis in conſtitutione, ſeu motu proprio per prædictum Pium prædeceſſorem, pro pecuniis ad cambium, & recambium uſuratio, & malo modo per mercatores dictæ Urbis accipiendis, factis, contentis, & dependentibus ab eis, prout pro ſingulorum caſuum circumſtantiis aliâ de jure tibi faciendum videbitur, non obſtante facultate ſub forma motus proprii per prædictum Pium prædeceſſorem in favorem dicti Gubernatoris conceſſa, partibus juſtitiam miniſtrando, audiendas, in quibus non tanquam ſpecialis Commiſſarius, ſed prout Auditor Camere hujusmodi in ſimilibus cauſis, juxta tenorem facultatum ſuarum, & ordinarium ejus Curie ſtylum conſuevit, procedas, cum poteſtate citandi & inhibendi, ac quacumque inhibitiones per dictæ Urbis Gubernatorem decretas revocandi, & criminalitates contra mercatores tollendi, aliasque & alia que in præmiſſis, & circa ea fuerint neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, & aliâ in omnibus, & per omnia, juxta conceſſionum per eodem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ſuo tempore Curie cauſarum ejuſdem Camere generalibus Auditoribus factarum tenorem, per eandem præſentes tibi committimus, & mandamus.

Papa inhibet quibuſcumque iudicibus & perſonis, etiamſi Cardin. fuerint, ne ſe in oblig. Cam. ſubromittant.

§. 34. Mandantes propterea, & diſtrictius inhibentes quibuſcumque iudicibus, & perſonis quocumque nomine nuncupatis, ac quovis privilegio munitis, etiamſi ejuſdem S. R. E. Cardinales fuerint, ſub indignationis noſtræ pœna, & interdicti, necnon etiâ excommunicationis ſententiis, quas ſi ſecus fecerint, eo ipſo incurrant (& à quibus præterquâ in mortis articulo conſtituti, aliâ quam à Romano Pontifice abſolvi non poſſint) ne in obligationibus ſupra dictis, illarumque executionibus, aut aliis præmiſſis contra ipſarum præſentium tenorem quomodolibet ſe intromittere, aut te, vel Locumtenentes, ſeu alios deputatos tuos prædictos ſuper præmiſſis moleſtare præſumant.

Quodque præſentes literæ non poſſunt notari de ſubreptione, &c. neque ſub aliquibus revocationibus obſervandi.

§. 35. Ac decernentes eaſdem præſentes literas tibi in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, illaſque & in eis contenta hujusmodi nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus vel controverſiam revocari, aut adverſus eas quodcumque juris, aut facti, vel gratiæ remedium impetrari, minusque ſub quibuſvis ſimilibus, vel diſſimilibus gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus eas comprehendere poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antequam illæ emanarent, erant ſtatim reſtitutas, reſpoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo conceſſas, etiam ſub quacumque Data per te eligenda, validasque & efficaces ſemper fore & eſſe, vimque validi & efficaciſſimi contractus inter Nos, & Sedem, ac Cameram prædictam ex una, & te ex altera parte ritè & rectè facti, inſiti, & ſtipulati, ac etiam hinc inde acceptati habere, & obſervare, ac inſolubiliter obſervari debere.

§. 36. Sicque per quoscumque Judices, & Commiſſarios etiam S. R. E. Cardinales, & Camerarium dictæ Camere, ac Præſidentes, & Clericos, necnon Palatii Apoſtolicæ Auditoris hujusmodi, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa & inſtantia, ac ubique locorum judicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deſuper irritum & inane &c.

§. 37. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris, quatenus opus ſit, de non tollendo jure quaſito, necnon revocatoria facultatum ad inſtar non concedendarum, aliisque Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam per Nos, ac Prædeceſſores, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices quoscumque, quomodocumque, & quancumque editis & edendis, & etiam prædicti Pii IV. prædeceſſoris, quod privilegia, conceſſiones, & indulta Camere prædictæ præjudicium quomodolibet concernentia in Camera ipſa intra certum tempus regiſtrari, intimari, inſinuari, & notificari debeant, diſponente. Ita quod ipſas præſentes literas in eadem Camera nullo unquam tempore præſentare, intimare, notificare, regiſtrari facere, ac inſinuare minime tenearis, niſi ſi, & quando tibi videbitur, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam de rebus, & bonis Eccleſiæ & Camere prædictæ non alienandis, ac in illorum alienatione, ſeu conceſſione certas ſolemnitates & formas ſervari debere diſponentibus, ac Curie, & Palatii prædictorum ſtylo, necnon Urbis, & Camere hujusmodi, ac quarumcumque aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, reformationibus, etiam novis, & noviffimis, & decretis, ac ordinationibus, privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, & aliis quibuſcumque dictæ Sedi mediâtè vel immediâtè ſubjectis, & quibuſvis aliis quacumque dignitate, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore fulgentibus perſonis, ubiſvis locorum exiſtentibus, ac etiam Noſtris, & dictæ Sedi Nuntiis, Legatis etiam de Latere, per Nos, & recolendæ mem. Clementem VIII. ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam pro quibuſcumque cauſis, etiam motu ſimili conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, & in poſterum concedendis, confirmandis, approbandis & innovandis. Quibus omnibus & ſingulis, ac omnibus aliis hic non expreſſis, que forſan præſentibus obelle poſſent, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiſcreta mentio habenda, aut aliqua alia certa, & exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliâ in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat motu & ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine paribus ſpecialiter & expreſſè derogamus, ac plenè & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, & declaramus, necnon omnibus illis, que in præmiſſis, & quibuſcumque deſuper conceſſis literis conceſſa fuerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Deſuper irritum & inane &c.

§. 38. Per præſentes autem non intendimus reformationibus de Auditoratus hujusmodi, & aliis dictæ Curie officiis per Pium IV. & Pium V. prædeceſſores præfactos factis, necnon Concilii Tridentini decretis in aliquo derogare, vel aliâ præjudicare, ſed illas & illa ſalva eſſe, & in ſuo robore permanere, eaque omnia, ac etiam alias quas hodie per alias literas noſtras ſtatuiſmus, & ordinamus reformationes per te, & ſucceſſores tuos prædictos, atque alios ad quos id ſpectat, ſeu in futurum quomodolibet ſpectabit, omnino & inſolubiliter ſervari volumus, & mandamus.

Declarat derogari &c.

§. 39. Et inſuper etiam voluimus, quod tu, antequam officium Auditoratus cauſarum Curie Camere hujusmodi exercere incipias, de illo fideliter exercendo in manibus prædicti Petri Cardinalis, & Camerarii, ſeu ab eo ad id deputati, aut ejus Locumtenentis ſolitum præſtes juramentum.

Inbet A. jurare &c.

§. 40. Quodque presentium literarum transumptis, & exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae Ecclesiasticae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prout fides adhibeatur, & adhiberi, fidemque facere illa debeant, quae ipsis originalibus adhiberetur, & quam ipse facerent, si forent exhibitae, vel ostensae.

§. 41. Tu igitur praefatum Auditoratus causarum Curiae Camerae Apostolicae officium prompta devotione suscipiens, sic illud diligenti studio, cura, & integritate exequere, ut tua opera ad Dei laudem, & gloriam, ac eandem Ecclesiae, & Curiae bonum publicum, privatorumque commoditatem, & exemplum laudabile cedant. Teque apud nos, & Sedem praedictam, ut speramus, merito per amplius recommendent.

§. 42. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, assignationis, constitutionis, deputationis, substitutionis, subrogationis, admissionis singulorum indultorum, statutorum, ordinationum, facultatum, approbationis, confirmationis, innovationis, extensionis, ampliationis, decretorum, praeccepti, mandatorum, voluntatis, derogationis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicae 1606. 17. Kalend. Octobris, Pontific. nostri anno secundo.

XIX. Quod Moniales Congregationis B. Mariae Fulien- tis Ordinis Cisterciensis, perfruantur gratis, & exemptionibus a superioritate aliorum Praelatorum d. Ordinis, quibus Monachi d. Congregationis potiuntur.

Istam Congregationem omnium primus approbavit Sixtus V. in sua constit. 32. Religiosos, lib. 2. ubi alia indicavit.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Quae regulares personas in aliquam controversiam ex concessionibus Apostolicis vocare possunt, nostra nos decet auctoritate submovere.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Clemens Papa VIII. praedecessor noster Congregationem Reformatam Beatae Mariae Fulien- tis Ordinis Cisterciensis, ejusque Superiorem Generalem, Abbatemque & Monachos Monasterii B. Mariae Fulien- tis hujusmodi, in quo primum hujus Congregationis regularis observantia, & reformatio introducta fuerat, aliosque universos eorum Abbates, Monachos, & Religiosos, eorumque Monasteria, domos, grangias, loca & bona quaecumque, tunc praesentia & futura, ab omni superioritate, jurisdictione, gubernio, regimine, administratione, subjectione, obedientia, visitatione, correctione, & emendatione Cistercii, Clavallensis, & aliorum tunc, & pro tempore existentium Generalium, ac Morimundensis, & aliorum Abbatum, Praelatorum, & Superiorum ejusdem Ordinis Cisterciensis, quacumque auctoritate fungentium & functionum, Apostolica auctoritate motu proprio in perpetuum eximit, ita ut nullam omnino jurisdictionem, facultatem & auctoritatem in dictam Congregationem, Abbates, Monachos, Religiosos, Monasteria & loca, atque bona illius habere, exercere, aut praetendere dicti Generales, & Praelati dicti Ordinis Cisterciensis aliquo tempore possent.

§. 2. Ipsamque Congregationem Fulien- sem, ejusque Superiorem Generalem, necnon Abbates, Monachos, religiosos, Monasteria, domos, loca, res & bona praedicta, sub immediatam suam, & Sedis Apostolicae protectionem, regimen, subjectionem, gubernationem, & obedientiam recepit, prout in literis dicti praedecessoris in forma Brevis, die 4. Septembris 1599. confectis plenius continetur.

§. 3. Cumque postmodum idem Clemens praedecessor ex certis causis ad id animum suum moventibus, qui Edmundo a Cruce, tunc ac pro tempore existenti Abbati Monasterii Cistercii, & totius Ordinis Cistercii hujusmodi Praefuli quascumque Congregationes ubivis, tam in Hispaniarum, ac etiam Portugalliae Regnis, quam alibi ubilibet institutas, & quaecumque illarum ejusdem Cisterciensis Ordinis, tam virorum quam mulierum Monasteria visitandi, & reformandi facultatem concessisset, prout in aliis d. Praedecessoris, etiam in simili forma Brevis, sub datum die 15. Januarii 1603. expeditis literis etiam plenius continetur, praedictus Clemens praedecessor considerans, quod ex supradictarum literarum diversitate facile dubitare posset de sua intentione, & exinde inter Abbatem Monasterii Cistercii, & d. Congregationis Fulien- sis Generalem, aliosque Superiores & Monachos controversia, & perturbatio exoriri posset, volens propterea omnem ambiguitatem in ea parte tollere, ac Congregationem ipsam ab eadem Sede approbatam, & illi immediate subiectam, privilegio Apostolicae gratiae extollere, singulari motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus per alias, etiam in forma Brevis confectas literas, mentem & intentionem suam non fuisse per dictas posteriores suas literas prioribus suis literis praedictis in aliquo derogare, neque adversus illas praedicto Abbati Monasterii Cistercii jurisdictionem, superioritatem, vel auctoritatem aliquam, aut visitandi facultatem in Congregationem Fulien- sem praedictam, illiusque Generalem, & alios Superiores, Monachos, Monasteria, & loca regularia, ac bona quaecumque tribuere, vel impartiri. Quinimodo priores suas literas praedictas confirmans & innovans, ipsam Congregationem Fulien- sem, ejusque Generalem, & alios Superiores, Monachos, Monasteria, loca, & bona praedicta in posterioribus literis suis minime comprehendere debere, sed ab illis semper excepta esse, & cense-ri, nec ipsum Abbatem Generalem Ordinis Cisterciensis illarum vigore visitationis munus, aut alium jurisdictionis, superioritatis, vel auctoritatis actum in Congregatione Fulien- si, ejusque Generali, ac aliis Superioribus, Monachis, Monasteriis, locis, & bonis praedictis quovis modo exercere posse, aut debere declaravit, prout etiam in dictis literis plenius continetur.

§. 4. Cum autem, sicut accepimus, lites & discordiae inter praedictum Generalem, & alios Superiores dicti Ordinis Cisterciensis pro tempore existentes, & Generalem hujusmodi Congregationis Fulien- sis, sub praetextu quod tam in prioribus, quam in posterioribus literis eidem Congregationi a praedicto Clemente praedecessore nostro concessis, nulla de Monialibus dictae Congregationis Fulien- sis, quae susceperunt gerere, & continuè gerunt habitum d. Congregationis, & regularibus illius institutis se conformant, & haecenus semper fuerunt, & sunt sub jurisdictione ipsius Congregationis, mentio facta fuit, oriri formidentur. Nos omnem in praemissis dubitandi materiam amputare, & pro majore praemissorum dilucidatione, ac litibus & discordiis obviare, & dictae Congregationis quieti consulere cupientes, nection dictarum literarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, Motu simili, & de Apostolica potestatis plenitudine, ac ex certa nostra scientia, harum serie declaramus, tam in dicti Clementis, quam hujus Congregationis confirmatoriis nostris literis sub nomine totius Congregationis comprehendendi, & comprehensas esse, & cense-ri Abbatissas, Priorissas, & alias quascumque Moniales, quae gerunt, & in futurum gerent habitum dictae Congregationis, ac omnibus, & singulis exemptionibus, privilegiis, indulgentiis, & aliis gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus eidem Congregationi per quoscumque Romanos Pontifices, etiam praedecessores nostros, ac Nos, & successores nostros quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, ac in posterum concedendis uti, frui, potiri, & gaudere, illaque suppositas, & subiectas esse in omnibus, & per omnia jurisdictioni Superiorum pro tempore existentium dictae Congregationis, eodem plane modo, quo & omnes ejusdem Congregationis Monachi, nec ipsum Abbatem Generalem dicti Ordinis Cisterciensis visitationis munus, aut alium jurisdictionis, superioritatis, vel auctoritatis actum

Declaravit postea facultates datus Abbati Cisterciensi visitandi varias Congregationes & loca Ordinis, non praedicta supradicta exemptionis d. Congregationis Fulien- sis.

Et modo hie Pontifex declarat, Moniales quae comprehendendi in dicta exemptione.

Sum. VIII. in d. Ordine Cisterciensi. Monachos. Beatae Mariae. Fulien- tis. loca. bona. Monasteria. & cong.

in Sede. & pro. & infra.

*Esque tra-  
ra d' supponit  
regimini Cisterciensis  
Fratrum B.  
M. Fulienfis,  
& ab aliis  
omnibus ordi-  
ni.*

adum, in Abbatissas, Priorissas, & alias Moniales dictae Congregationis, quovis modo exercere possit, aut debet. §. 5. Et nihilominus potiori pro cautela ipsas Abbatissas, Priorissas, & alias quascumque dictae Congregationis Fulienfis Moniales, earumque Monasteria, grangias, loca, res, & bona quaecumque ab omni superioritate, jurisdictione, gubernio, regimine, administratione, subjectione, obedientia, visitatione, correctione, & emendatione Cistercii, Clarevalensis, & aliorum nunc, & pro tempore existentium Generalium, ac Morimundensis, & aliorum Abbatum, Praelatorum, & Superiorum ejusdem Ordinis Cisterciensis, quacumque auctoritate fungentium, & funduorum, & quantumvis amplissimis privilegiis, & facultatibus utentium & usurorum, Apostolica auctoritate, & eorumdem tenore praesentium perpetuo eximimus & liberamus, ita ut nullam omnino jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem in dictas Abbatissas, Priorissas, & Moniales, earumque bona quaecumque, tam praesentia, quam futura, habere, exercere, aut praetendere possint Generales, & alii Abbates, & Praelati dicti Ordinis Cisterciensis. Et denique illae etiam exemptae sint, quemadmodum Congregatio ipsa, ejusque Generales, Abbates, & Monachi, per ipsius Clementis praedecessoris, & nostras literas praedictas exempti fuerunt. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiti debere, necnon irritum, & inane decernimus, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

*Quacumque  
contraria re-  
mover.*

§. 6. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quae dictus Clemens praedecessor, & Nos in singulis literis praedictis voluimus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Transumptis  
credi iubet.*

§. 7. Et quia difficile foret praesentes literas originaliter ad omnia, & singula loca in quibus opus esset deferri, volumus, & praedicta auctoritate Apostolica decernimus, quod eandem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, aut manu Superioris Generalis, & sigillo ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

*Dat. P. A. A.  
die 10. Oct.*

Dat. Romae apud S. Marcum, die 10. Octobris 1606. anno secundo.

XXX.

Quod in promotione personarum Militiae, & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani ad magnam Crucem, habeatur ratio meritorum magis quam antianitatis promovendorum, juxta dictae Religionis statutum de Electionibus, si est in usu.

*Edita A. D.  
1606.*

*De hac regulari militia multa adnotavi supra ad Anastasii IV. const. 2. Christiana. lib. 1.*

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Dilectis filiis Magistro, & Consilio Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

*Statuto 5. de  
Electionibus  
inter alia  
cavetur,  
quod in pro-  
motione ad  
magna Cru-  
cem habenda  
ratio meri-  
torum magis  
quam  
antianitatis  
promovenda  
sint.*

Accepimus inter alia laudabilia statuta istius Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Apostolica auctoritate confirmata, statuto quinto de electione providè ordinatum fuisse, ut in promotione ad magnam Crucem ratio habeatur meritorum, & sufficientiae promovendorum, potius quam antianitatis, quo fit, ut fratres ejusdem Hospitalis, alioquin si jure antianitatis tantum ad assequenda beneficia, ac dignitates ejusdem Hospitalis aditus haberent, onera Religionis minus promptè subeuntes, virtute, ac meritis certatim anteire non contenderent.

*Quod Papa  
cavet ob-  
servari, si est  
in usu.*

§. 1. Proinde nos hoc statutum in viridi observantia retinendum esse censentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra vobis per praesentes praecipimus, & mandamus, ut statutum praedictum quintum de Electionibus, cujus tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, si est in usu, in violatè ob-

servari auctoritate etiam Apostolica mandetis, & faciatis, itaut occurrente quodocumque aliqua vacatione, atque mutatione dignitatum magna Crucis, juxta ipsius statuti dispositionem, magis de ipso Hospitali benemeriti, ceteris licet antianis, respectu temporis, minus tamen benemeritis praesertantur, omni exceptione & affectatione cessante, irritumque decernatis & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus quibuscumque aliis ejusdem Hospitalis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac etiam constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac privilegiis, & indulgentiis, ac literis Apostolicis, ceterisque in contrarium disponentibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 4. Decembris 1606. anno secundo.

De auctoritate Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Commissarii generalis Ordinis Fratrum Reformatorum, super Fratribus Minoribus Reformatis, seu de strictiori Observantia.

*Hos Fratres Reformatos approbavit Clemens VII. ut supra in ejus constit. 35. In suprema, lib. 2. ubi alia de eis, & toto Ordine S. Francisci adnotavi.*

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Dilecto filio Archangelo à Messana, Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia.

Postulat Apostolici muneris ratio, quod nullis nostris exigentibus meritis divina dignatio gerere nos voluit in terris, ut inter ceteras agri Dominici excolendi cutas, minime negligatur restitutio disciplinae Ordinis regularis, qui merito, ut flos quidam, & pretiosus lapis, inter Ecclesiae ornamenta Sanctorum Patrum praeconebatur, ut quae humanae fragilitatis vitio tempore collabuntur, pastoralis vigilantia, divina aspirante gratia corrigantur.

§. 1. Ut igitur B. Francisci Fratres Minores de Observantia nuncupati, quod nomine praeseferunt, in dies magis reipsum praesent, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium statuimus, & ordinamus, ut tu, & tui pro tempore successores Ministri generales, super omnibus reformationibus, & Fratribus Reformatis eandem Ordinarium potestatem, quam super aliis ejusdem Ordinis Fratribus habes, & exerces, similiter habere, & exercere liberè possis.

§. 2. Quodque Ministri Provinciales, qui Reformati erunt, ordinariam super Custodibus, & Reformatis similiter habeant, & exercent potestatem.

§. 3. Qui verò ex dictis Ministris de Familia erunt, eisdem Custodibus, & Reformatis praecedant, & pro eorum Superioribus censeantur, & recognoscantur.

§. 4. Custos autem, & ejus vocales ad Provinciale Capitulum accedant, & in eo in electione Ministrorum, & Definitorum vocem activam, & passivam habeant, ipsique Custos à vocalibus suae Custodiae in praedicto Capitulo eligatur, qui una cum discretis Guardianos constituet, & familias in sua custodia disponet, & ulterius, ut ipse Custos, quoties sibi necessarium videbitur, suam custodiam visitare, mutare, corrigere, & punire possit.

§. 5. In casu verò appellationis, ad te & pro tempore existentem Ministrum generalem appellandum erit.

§. 6. Rursus quotiescumque aliquis ex Fratribus Reformatis ob infirmitatem, vel aliam legitimam causam à Reformatione exire, & ad Familiam transire voluerit, in Capitulo, aut Congregatione Provinciali de consensu Custodis, & majoris partis vocalium Custodiae illi concedatur, & eorumdem consensu, necnon Ministri Provinciae Fratres de Familia ad reformationem poterunt migrare.

§. 7. Novitiis

PAVLVS QVINTVS.

217

§. 7. Novitia quaque qui in Capitulo, aut Congregatione recipiantur, utrum ad reformationem, vel ad familiam ad observantiam agendam se conferre velint, eligere libenter erit, servata tamen serie, record. Signi Pape V. predecessoris nostri constitutione.

§. 8. Præterea circa Convencus de Familia acceptandos, quicquid à dilecto filio nostro Pompeio de S. Balbina Presbytero Cardinale Aragonis nuncupato, & à eo, ac pro tempore existenti illius Ordinis Protectore, ac Generali Ministro ordinatum fuerit, observetur.

§. 9. Quocirca in virtute sanctæ obediencie omnibus, & singulis dicti Ordinis, & Reformationis prædictæ Superioribus, & Religiosis præcipimus, & mandamus, ut præmissa omnia, & singula inviolabiliter observent, tibi que in illis promptè pateant, obediant, & assistant, alioquin sententiam, sive pœnam quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ejusdem Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque superioribus, & personis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 4. Februarii millesimo sexcentesimo septimo, Pontificatus nostri anno secundo.

Sequitur extensio auctoritatis Ministri Generalis, ad Commissarium Generalem, de qua in rub.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Dilecto filio Evangelista de Gabiano, Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum Reformationis S. Francisci de Observantia. Dilecti filii, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Cupientes regimini, & gubernio Fratrum Reformationis S. Francisci de Observantia opportune prospicere, ac de tua pietate, prudentia, religionis zelo, ac in gubernando experientia plurimum in Domino confisi, tibi durante officio Commissarii Generalis ejusdem Ordinis, & absentia Ministri, seu Vicarii Generalis dicti tui Ordinis, & vice ac loco ipsius, Universos dicti Ordinis Fratres Reformatos cum eadem auctoritate, superioritate, jurisdictione, & facultatibus Ministro, seu Vicario Generali totius Ordinis S. Francisci de Observantia competentibus, & competituris, in spiritualibus, & temporalibus regendi, & gubernandi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem tribuimus, & impartimus.

§. 2. Mandantes propterea dilectis filiis Custodibus, & aliis Superioribus, & Fratribus Universis Reformatis prædictis, ut tibi debitum honorem, & reverentiam exhibentes, tua salubria monita, & mandata suscipiant, humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus (auctore Domino) usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 3. Ceterum volumus, ut quæ per fel. record. Clementem Papam predecessorem nostrum, per ejus sub plumbo in favorem eorumdem Fratrum Reformationis, seu alias expeditas literas disposita fuerunt, immutare, aut aliquo modo alterare non possis, sed illa observari facere renearis.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis Ordini prædicti Bullarum Magni Tom. III.

dictæ, ac Ministro generali, & aliis Superioribus, necnon Fratribus, tam Reformatis, quàm de Familia, & aliis quibuslibet personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis eorum tenores pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 8. Julii millesimo sexcentesimo decimo quinto, Pontific. nostri anno undecimo.

Quod Rectores Ecclesiarum Parochialium Indiarum Occidentalium, ab iis qui in Ecclesiis, & domibus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini sepeliuntur, majorem non exigant elemosynam, quàm à Concilio Tridentino præscriptam, & à Pio Quarto explicatam.

Ampliorum sanctionem edidit hic idem Pontifex pro Fratribus, & Monialibus ordinis S. Francisci de Observantia, infra in conf. 47. Expofitum.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Ad fueram rei memoriam.

Da. P. S. N. die 8. Julii

XXXII.

Edict. A. D. 1607.

Expofitum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Francisci Pereira, Assistentis Generalis totius Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, necnon Provincialis Provincie Mexicane ejusdem Ordinis novæ Hispaniæ in Indiis, quod Rectores Parochialium Ecclesiarum Indiarum Occidentalium, ne ita commodè Christi fideles, qui in Domino moriuntur, in Ecclesiis Ordinis hujusmodi, ac in propriis eorum Parochialibus sepeliri valeant, de consilio forsan suorum Superiorum ab usum introduxerunt, ut scilicet exigant majorem elemosynam ab iis qui in Ecclesiis dicti Ordinis sepeliuntur, quàm si in propriis Ecclesiis sepelirentur, ita ut fideles qui in Ecclesiis Ordinis hujusmodi sepeliri desiderant, parum ad minus Parochialibus Ecclesiis elemosynam relinquere debeant ratione eorum sepultura, quam Ecclesiis Ordinis hujusmodi relinquunt.

§. 1. Et quod pejus est, si quis pro animæ suæ refrigerio nonnullas Missas à Fratribus Ordinis hujusmodi dicendas reliquerit, præterdunt Parochi elemosynam ratione Missarum hujusmodi relictarum, inter ipsos & Fratres prædictos esse dividendam, quo fit ut non parum in eligendis sepulturis in Ecclesiis dicti Ordinis graventur scilicet, cum duplum pro sepultura solvere cogantur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, plerique Christi fideles in dictarum domorum Ecclesiis, ob difficultatem tam maggas expensas persolvendi sepeliri se facere non possint, quo fit ut Ecclesiæ hujusmodi mortuorum sepulturis, & consequenter elemosynis in dies fieri consuetis propemodum priventur; idcirco pro parte eorumdem Francisci Assistentis generalis & Provincialis Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur hujusmodi abusus omnino tollere, ac dicti Ordinis commoditatibus, & propagationi, quantum cum Domino possumus, prospicere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium deputatorum, omnibus, & singulis Parochialium Ecclesiarum universarum Indiarum Occidentalium, & Orientalium Rectoribus, nunc & pro tempore existentibus, hæc serie interdicimus, & prohibemus, ne sub excommunicationis majoris late sententiæ pœna, à qua non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi poterunt, ex nunc deinceps petitis futuris temporibus, majorem elemosynam ab iis qui in dictarum domorum Eremitarum Sancti Augustini Ecclesiis

Revereri Excl. clorum Parochialium Indiarum Occidentalium, majori exigunt elemosynam ab his qui in Ecclesiis Fratrum Eremitarum S. Augustini sepeliri volunt, quàm si in propriis Ecclesiis sepelirentur.

Præterdunt insuper elemosynam Missarum, quæ pro anima sua à dict. Fratribus dicuntur relinquunt rectoribus, cum ipsi condididerint. Hujusmodi ab usum à Papa removere Ordinis prælati supplicavit.

Qui præterea in Revereri-bus dictarum Parochialium prælati majori elemosynam petere, quàm præscriptam à Concilio Tridentino, & à Pio Quarto explicatam in sua conf. 41. num. 13. lib. 2.

Ecclesiis sepelientur, ea quam illis prescribit Concilium Tridentinum...

Executores huius constitutionis deputant.

§. 5. Quocirca dilectis filiis causarum Curie Camerae Apostolicae generali Auditori...

Contrariis quo derogat.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis...

Transumptis quoque creditur.

§. 7. Volumus autem ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis...

Dat. P. A. die 16. Febr.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die 16. Februarii 1607. anno secundo.

XXXIII. Ordinationes, & Statuta super bono regimine Congregationis Cassinensis Monachorum Ordinis S. Benedicti.

Qua ad hanc pertinent Congregationem, plene dixi in constitut. 1. Iulii II. Super Cathedrali, supra lib. 1. ibi videtur.

Edita A. D. 1607. & 1608.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Cum, sicut accepimus, in Ordine S. Benedicti Congregationis Cassinensis, alias S. Iustinae Paduanae, qui primo ab eodem S. Benedicto institutus...

Constitutio septem Provinciarum in Italia.

§. 1. Nos igitur attendentes, quod ubi gubernaculum disciplinae contemnitur, restat ut Religio naufragetur...

prudencia, & usum rerum praestantibus, quibus negotium demandavimus, de eorum consilio huiusmodi...

§. 2. Romanae videlicet S. Pauli prope, & extra muros Urbis nostrae, necnon S. Scholasticae Sublaci...

§. 3. Hetruriae S. Eugenii Senensis, necnon SS. Florae, & Lucillae Aretinensis, necnon S. Mariae Florentinae...

§. 4. Necnon Neapolitanae ipsius S. Benedicti Castri Villarum, S. Michaelis Montis Caveosi, S. Mariae Andriensis...

§. 5. Siciliae S. Placidi Messanensis, necnon S. Nicolai Catanensis, & S. Mariae Fondroni, necnon S. Flaviae...

§. 6. Ac Venetae S. Nicolai Licetoris, necnon S. Georgii Venetiarum, & S. Mariae de Pratalia, & S. Iustinae de Padua...

§. 7. Necnon Lombardiae S. Simpliciani, ac S. Petri in Glassiate Mediolanensis, S. Spiritus, & S. Salvatoris, Papiensis...

§. 8. Liguriae vero Provinciae praedictae S. Nicolai Buschetti, S. Benigni, & S. Juliani, ac S. Catharinae, necnon S. Hieronymi Cervariae Januensis diocesis...

§. 9. Et ut deinceps in definitorio aequalitas votorum habeatur, quo de cetero perpetuis futuris temporibus...

§. 10. Et ad tollendam dictorum Definitorum perpetuitatem quieti dictae Congregationis maxime contrariam, quod singulo quoque anno tres Definitores...

§. 11. Nos igitur attendentes, quod ubi gubernaculum disciplinae contemnitur, restat ut Religio naufragetur...

Romanae

Hetruriae

Neapolitanae

Siciliae

Venetiae

Lombardiae

Liguriae

Ex dictis

Constitutio

Constitutio

Constitutio





Confirmatio privilegiorum & ordinationum Pontificiarum: que premissis non contrariantur.

Apposito clausularum premissarum.

Deputatio auctoritatis.

Deregulatione contrariarum.

Fides transumptorum.

Die P. A. 1. die 6. Aprilis.

Etia A. D. 1607.

Exordium.

§. 30. Ac pro premissorum complemento, omnia & singula privilegia, libertates, immunitates, favores, antelationes, aliasque tunc spirituales, quam temporales per felicem. Eugenium, Papam IV. & Gregorium XIII. necnon Clementem VIII. Romanos Pontifices predecessores nostros, sub quacumque verborum forma & expressione super dictorum Definitorum electione, dictaque Congregationis felici statu, ac directione, & aliis super premissis quomodolibet concessa, necnon singulas literas Apostolicas desuper expeditas, ac illarum formas, & continentiam, tenores & effectus, perinde ac si de verbo ad verbum presentibus inserta essent, dummodo premissis contraria non existant, pariter perpetuo approbamus & confirmamus, illisque ac earum singulis perpetuo, ac inviolabilis firmitatis robur adjicimus, necnon omnes & singulos tam juris, quam facti, ac solemnitatum in his quomodolibet requisitarum, ac necessariorum defectus, excogitatos, vel non cogitatos, si qui principaliter, vel accessorie, aut aliis quomodolibet intervenierint in eisdem, & si de illis ad hoc, ut suppleti & sanari possint, specialis, specifica, & expressa mentio facienda esset, supplementum.

§. 31. Decernentes predictas eorum predecessorum litteras validas & efficaces fore & esse, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & ab eis ad quos nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, firmiter observari debere, nec ab illis ullo unquam tempore rescindi posse: sed ad illarum observationem obligatos fore & esse, ac sub eisdem majoris excommunicationis, & privationis vocis active & passive penis cogi, & compelli, presentibus vero de subreptione, vel obreptione, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostre, vel quopiam alio defectu notari, seu impugnari, aut aliis quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut ad viam & terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus eas quodcumque juris vel facti, aut justitie, seu gratie remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam posse, sicque ab omnibus & singulis censeri, & ita per quoscumque Judices, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicati & diffiniri debere, irritumque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 32. Quocirca dilecto filio nostro Alexandro S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Montano nuncupato, S. R. E. Vicecancellario, moderno & pro tempore existenti dicte Congregationis Casinensis apud Nos & Apostolicam Sedem Protectori, per presentes mandamus, ut premissa omnia & singula per eos ad quos spectat, & in futurum spectabit, auctoritate nostra observari curet & faciat. Contradictores quoscumque per censuras & penas Ecclesiasticas, aliasque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 33. Non obstantibus premissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 34. Volumus autem ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae hujusmodi eadem prorsus fides adhibeatur, que ipsis presentibus haberetur, si essent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anno Piscatoris, die 6. Aprilis 1607. Pontificatus nostri anno secundo.

Sequitur declaratio & moderatio predictarum, ac aliarum edicto ordinationum.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumspicere nonnunquam aliqua ex eis, qua pro bono regimine, & fo-

lita directione Religiosorum, sub Regularis vite observatione Altissimo famulantium concenserat, saniori iudicio motar, alterat, ac disponit, prout totum, temperum, & personarum qualitatibus diligenter pensatis, conspiciet Domino salubriter expedire.

§. 35. Sanè cum nos alia per quasdam in forma Serenissimi sub anno Piscatoris, die 6. Aprilis 1607. Pontificatus nostri anno secundo concessas litteras, inter alia in tota, ac universali Italia, insalubres et adnoctibus, septem Provincias Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, aliis S. Justina, nempe Romanam, Neapolitanam, Siciliam, Venetam, ac Hetruriam, necnon Liguriam, & Lombardiam, perpetuo committimus, & deputaverimus, illique, ac eorum singulis Monasteriis dictorum Ordinis, & Congregationis in Italia, ac insulis predictis consistentibus, suppositis S. Petri Mutinensis, ac ejusdem S. Petri Regiensis, Monasteriis dictorum Ordinis, & Congregationis dicte Provincie Hetruriae, etiam perpetuo subjecerimus, & supposuerimus, & quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus in dictis septem Provinciis novem Abbates Definidores ex illis respective oriundi, diversarum tamen nationum, & professionum, ac quatuor dictorum Ordinis & Congregationis Visitatores ex eisdem in Provincias oriundi, eligerentur, & in qualibet ex Provinciis predictis, tot Abbates, Priores, Cellarii, ac Magistri Novitiorum, ex ea tamen oriundi quot sunt in ea Monasteria, vel Praetura, & Officia essent. Quodque quoties contingeret Abbatem Monasterii S. Pauli prope, & extra muros Almae Urbis nostrae dictorum Ordinis, & Congregationis oriundum, vel professum esse ex Monasteriis Lombardiae, Venetae, & Liguria Provinciarum predictarum, tunc Procurator Generalis ipsius Ordinis & Congregationis oriundus, vel saltem professus ex aliquo Monasterio Romano, Neapolitano, & Hetruriae Provinciarum hujusmodi, ac vice versa esset, & esse deberet, nec ambo ullo unquam tempore ex Monasteriis earundem, sed diversarum Provinciarum predictarum esse deberent, similiter perpetuo, prout in dictis literis plenius constituetur, statuerimus, & ordinaverimus.

§. 36. Nihilominus ex relatione dictorum filiorum Anastasii à Carpenedulo, Abbatis dicte Monasterii S. Pauli, ac Joann. Baptistae Romani, Ordinis, & Congregationis predictorum Procuratoris Generalis, ad nos per illorum Capitulum Generale superiori anno celebratum, ut ex literis nobis exhibitis constat destinatum, accepimus predicta Monasteria S. Petri Mutinensis, ac ipsius S. Petri Regiensis eidem Provinciae Lombardiae, quam Hetruriae viciniora esse, idque illorum Abbatibus, ac Conventibus incommodum inferre, & illorum Regularibus institutis magis consonum esse, ut professi Monasteriorum dictorum Ordinis, & Congregationis, qui non sunt oriundi Civitatum, vel locorum, aut Provinciarum in quibus professionem emiserant, omnibus illorum dignitatibus & officiis privetur, Abbates vero, & alii Praelati dicte Provincie Siciliae à regimine ipsius Monasterii S. Pauli, ac officio Procuratoris Generalis dictorum Ordinis & Congregationis, cum de eis in predictis literis ad haec nulla mentio facta fuerit, in eorum damnum, & praesudicium excludantur.

§. 37. Nos igitur in supremo dignitatis culmine, divina disponente clementia constituti, in his remedium provisionis nostrae adhibere cupientes, dictarum litterarum veriores, & totos tenores presentibus pro expressis habentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, S. Petri Mutinensis, ac ejusdem S. Petri Regiensis Monasteria hujusmodi, illorumque Abbates, Priores, Conventus, ac alias illorum personas, nunc & pro tempore existentes, ab eadem Provincia Hetruriae perpetuo disjungimus, & separamus, illaque & illos predictae Provinciae Lombardiae etiam perpetuo subijcimus & supponimus.

§. 38. Quodque de cetero perpetuis futuris temporibus, illi qui in Monasteriis dictorum Ordinis & Congregationis Civitatum, & locorum, ex quibus non sunt oriundi, ad praesens professi existunt, non autem qui de cetero ad ipsorum Ordinis, & Congregationis habitus susceptionem, ac professionem regularem admitterentur, omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, favoribus

Relatio...

Causa...

Mutatio...

Professio...



XXXIV. Declaratio, & confirmatio privilegii fore Religio-  
forum Regularium intra claustra degentium.

De hisse Regularibus extra claustra delinquentibus punien-  
dis, Clemens VIII. edidit consil. 39. Suscepit, sup.

Edita A. D. 1607. PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

**R**eligiosorum sub suavi Religionis jugo Altissimo fa-  
mulanti quieti prospicere cupientes, quæ illam  
quoquo modo perturbare posse videntur, opportuna no-  
stra declaratione è medio tollere, ac aliàs deluper oppor-  
tunè providere curamus, prout in Domino salubriter  
conspicimus expedire.

§. 1. Cum itaque nomine dilecti filii Basilii Anguissolæ  
Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum  
in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S.  
R. E. Cardinalium Tridentini Concilii interpretum ex-  
positum fuerit, in Hispaniarum Regnis quosdam Ordina-  
rios Locorum contendere, Religiosos intra claustra  
degentes coram ipsis Ordinariis conveniri debere in cau-  
sis civilibus, cap. Volentes, de privileg. in 6. compre-  
hensis, propter illius innovationem à Concilio Tridentino  
factam sess. 7. cap. 14. quo prefatos Religiosos, eor-  
um privilegia abrogatis, defendunt comprehendi, Præ-  
terea eisdem locorum Ordinarios pariter contendere,  
eosdem Religiosos intra claustra degentes in priua in-  
stantia coram ipsis conveniri debere, ex decreto ejusdem  
Concilii Tridentini, sess. 24. cap. 20. de Reform.

§. 2. Cumque ab eodem Basilio Procuratore generali in  
eadem Congregatione supplicatum fuerit, ut super utra-  
que re responsa darent. Ab eadem verò Congregatione  
fuerit responsum, neque constitutione in generali Con-  
cilio Lugdunensi edita, quæ incipit, Volentes, neque de-  
creto Concilii Tridentini cap. 14. sess. 7. comprehendi  
Regulares, ideoque eos juxta eorum privilegia, coram  
suis Superioribus, vel Conservatoribus esse convenien-  
dos. Necnon Decretum ejusdem Concilii Tridentini di-  
cto cap. 20. sess. 24. ad Regulares non pertinere, nec eor-  
um Conservatorias imminuere, nec quoad primam illa-  
rum instantiam aliquid novi inducere, ipseque Basilius  
Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecerit,  
ut pro sui Ordinis quiete supradictas declarationes ab  
eisdem locorum Ordinariis servari debere, Apostolica  
auctoritate præcipere dignaremur.

§. 3. Nos illius hujusmodi supplicationibus inclinati,  
omnibus & singulis locorum Ordinariis in virtute sanctæ  
obedientie per presentes districtè præcipiendo manda-  
mus, ne Fratres & Religiosos dicti Ordinis Carmelita-  
rum contra dispositionem declarationum prædictarum  
perturbare, vel inquietare quoquo modo audeant, vel  
presumant, irritum nihilominus, & inane decernentes  
quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate,  
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca dilectis causarum Curie Cameræ Apo-  
stolicæ generali Auditori, & nostro, & Apostolicæ Sedis  
in Regnis Hispaniarum Nuncio per presentes commit-  
timus & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum præ-  
sentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, &  
quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Reli-  
giosorum, eorumve Superiorum fuerint requisiti, solem-  
niter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis  
præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos  
eorundem præmissorum effectu pacificè frui & gaudere,  
non permittentibus eos deluper à quoquam quavis aucto-  
ritate quomodolibet indebitè molestari. Contradiutores  
quoscumque per censuras & penas Ecclesiasticas, alia-  
que opportuna juris & facti remedia, appellatione post-  
posita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fue-  
rit, auxilio brachii secularis.

§. 5. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII.  
predecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita  
de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis au-  
doritatem præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque  
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceteris-  
que contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem ut præsentium transcriptis, etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Notarii  
figillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica consti-  
tute munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ eisdem  
præsentibus haberetur, si originaliter forent exhibitæ,  
vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub anno Pio-  
catoris, die 24. Augusti millesimo sexcentesimo septimo,  
Pontificatus nostri anno tertio.

Contra Canonicos Regulares Congregationis S. XXII  
Salvatoris Ordinis S. Augustini, dignitates, &  
officia ipsius Ordinis conquestis extra Religio-  
nem favoribus ambientes, eorumque compli-  
ces, & fautores. Necnon Superiores eisdem in  
electionibus favores attendentes.

Congregationem istam probavit Gregorius XII. in supra in  
ejus consilio. 2. Excusat, lib. 1. ubi alia eam concernentia  
tibi indicavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

**Q**uoniam nemo debet sibi assumere honorem, nisi  
vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vite  
instituto valde alienum est, ut religiosi mendicatis, sæ-  
cularium præsertim personarum studiis, ad dignitatum  
gradus sibi aditum patefacere contendant, unde magna  
in Ecclesia Dei mala provenire solent.

§. 1. Nos pro numeris nostri debito huic malo quan-  
tum in nobis est, opportunum remedium adhibendum  
censuimus. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Con-  
gregatione Canonicorum regularium S. Salvatoris Ordinis  
S. Augustini, dignitatum & officiorum in dicta Reli-  
gione ambitione ducti, pro iis consequendis, Ecclesia-  
sticorum, & secularium Principum, aut aliarum persona-  
rum studia requirant, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-  
dinalibus, aliisque Prælatibus commendatitias literas, aliis-  
que favores, & gratias procurent, quibus adjuti, gradus  
& dignitates in eadem Religione consequi valeant.

§. 2. Propter nos dictæ Religionis officia & digni-  
tates pro meritis cujusque, absque ambitu conferri cupi-  
entes, motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deli-  
beratione nostris, omnes, & singulos Canonicos regula-  
res dictæ Congregationis & Ordinis, cujuscumque sta-  
tus, gradus, conditionis, præeminentiæ, qualitatis & digni-  
tatis existentes, qui de cetero pro Prælaturis, gradi-  
bus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, fun-  
ctionibus, & aliis officiis Congregationis, & Ordinis præ-  
dictorum consequendis, ad Principum, & Prælatorum,  
ac aliarum quorumcumque personarum, tam Ecclesiasti-  
carum, quam secularium de gremio dictæ Congregatio-  
nis non existentium, etiam Cardinalatus honore, & qua-  
cumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperia-  
li, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, aut  
aliis viis illicitis ad hujusmodi Prælaturas, gradus, hono-  
res, dignitates, administrationes, & alia officia obtinen-  
da aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis ra-  
tionibus ea obtinere quæsierint, ac iis obtentis usi fue-  
rint, illorumque complices & fautores, ad quascumque  
Prælaturas, dignitates, officia, gradus, honores, admini-  
strationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda  
perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Præ-  
laturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administra-  
tionibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso pri-  
vamus, & sic privatos voce tam activa, quam passiva  
carere determinamus, & declaramus.

§. 3. Atque in virtute sanctæ obedientie, ac sub ex-  
communicationis lætæ sententiæ pena omnibus dicto-  
rum Congregationis & Ordinis Superioribus, Prælatibus,  
Canonicis quocumque titulo nuncupatis, etiam Priori  
generali, præsentibus & futuris præcipimus, districtè  
que mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, li-  
teris vel favoribus adducti, vel aliàs ad instantiam, seu  
requisionem vel contemplationem Principum, etiam  
Imperatoris, Regum, Ducum, & Republicarum, vel  
Prælatorum, etiam S. R. E. Cardinalium, aut aliarum  
quarum

Ordinariis  
quidam  
quod Reli-  
giosorum  
eis conveni-  
rentur, ex  
cap. Volentes  
de privileg.  
in 6. cap. 20.  
sess. 24. Con-  
cil. Trid.

Sacra Con-  
gregatio sup-  
ra prædicta  
Concil. Trid.  
ordinarium de-  
crevit.

Ipsaque Pont.  
fuit approbat.

Et ita servari  
mandat.

Quibuscum-  
que non ob-  
stantibus.

Edita A. D. 1607.

Edita A. D. 1607.

Edita A. D. 1607.

Canonici  
regularis  
salvatoris  
ad ordi-  
das de  
res Ord-  
favores  
sonarum  
tra relig-  
requiritur

Franci  
ambrosii  
Pontificis  
gravis  
nis in  
cit.

Superioribus  
quo in  
dignitatibus  
jussu  
vires at-  
dere, vel  
nas aliq-  
remittit  
prohiberi  
pena in-  
dientia  
excommu-  
nicationis  
sententia

quorumcumque personarum, tam secularium quam Ec-  
clesiasticarum, extra dictum gremium existentium, ad cu-  
julvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates,  
administrationes, functiones & officia dictæ Congrega-  
tionis promovere, vel pœnas aliquas remittere audeant  
vel præsumant.

§.4. Decernentes electiones & promotiones ad Mona-  
stera, seu Prioratus vel officia dictorum Congregationis  
& Ordinis contra præsentium dispositionem, quod ab sit,  
quandocumque faciendas, & pro tempore obtentas,  
nullas proflus, invalidasque fore, & esse, nullisque viri-  
bus subsistere.

§.5. Ac omnes & singulos in præmissis delinquentes,  
nulla alia mōitione præcedente, & absque processu  
desuper habendo, sententias & pœnas præmissas irremis-  
sibiliter eo ipso incurrere.

§.6. Et ad illos sententias, & pœnas præmissas dam-  
nabiliter incurrisse legitime probandum, solas præmissa-  
rum personarum instantias, preces & favores, etiam ore-  
tens potestatis, plenam, indubiam & sufficientem in judi-  
cio & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius  
adminiculum requiri.

§.7. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios  
quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii  
Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis  
& eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi  
facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, ac ir-  
ritum & inane si secus super his à quoquam quavis au-  
doritatis, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in  
Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis genera-  
libus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus,  
ac Congregationis, & Ordinis prædictorum etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præ-  
missorum quomodolibet concessis, approbatis, & inno-  
vatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro-  
pressis habentes, illis alias in suo robore permanens,  
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, &  
contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Canonicis  
regularibus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim  
ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi  
vel excommunicari non possint per literas Apostolicas  
non facientes plenam, expressam, ac de verbo ad verbum  
de indulto hujusmodi mentionem.

§.9. Ut autem harum litterarum notitia ad omnes dictæ  
Congregationis S. Salvatoris Ordinis S. Augustini Cano-  
nicos regulares facilius deveniat, volumus eas etiam in  
Capitulis generalibus ac Congregationibus, dietis  
nuncupatis, lectas sic archate, ac si legitime unicuique in-  
timate fuissent, illarumque exemplis, etiam impressis,  
manu prioris generalis ipsius Congregationis subscri-  
ptis, & ejus sigillo munitis eandem proflus fidem ha-  
beris, quæ præsentibus haberetur, si eadem exhiberen-  
tur.

Dat. Romæ apud S. Marcum, &c. die 12. Septemb. 1607.  
anno tertio.

XXVI. Confraternitatis Doctrinæ Christianæ erectio in  
Archiconfraternitatem in Basilica S. Petri  
Principis Apostolorum de Vrbe, cum indul-  
gentiarum, privilegiorumque largitione.

De instituentis his Confraternitatibus, habes supra Pii  
Quinti consilium. 117. Ex debito, lib. 2. ubi alia indicantur.  
De forma autem aggregandi alias Confraternitates, aucto-  
ritate consilium. 113. Clementis VII. Quocumque, his  
supra.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad futuram rei memoriam.

EX credito nobis pastoralis officii munere, pijs locis  
quæ majora in dies in spiritualibus, & temporalibus  
ad Dei gloriam, & animarum salutem incrementa sus-  
cipiunt, ulteriora subsidia, ampliora concedimus privi-

legia, ne quicquam illarum rerum prætermittamus, quæ  
ad Christianam propagandam religionem conducere vi-  
dentur.

§.1. Ob has causas considerantes nos jure optimo à  
Sacro Tridentino Concilio, & summis Pont. prædeces-  
soribus nostris statutum, & jam multos adhuc annos  
maximo Ecclesie Dei commodo observatum fuisse, ut  
pueri singulis Dominicis, & aliis festivis diebus fidei ru-  
dimenta, obedientiam erga Deum & parentes, aliasque  
Christianas virtutes ab iis ad quos spectat edocerentur,  
ut hac ratione qui ad mundi voluptates sequendas natu-  
ra proni sunt, Christiana pietate eruditi, de virtute in vir-  
tutem proficientes, tales evaderent, qui ad Populi Chri-  
stiani mores reformandos, & Catholicæ fidei incremen-  
tum idonei efficerentur Ministri.

§.2. Atque hoc consilio, cum nonnulli probitatis  
Viri zelo charitatis accensi pro divini cultus augmento  
in hac Alma Vrbe nostra ceterarum Matre, & Magistra,  
Tridentino Concilio publicato, in quibusdam Ecclesiis  
pueros & adultos quoscumque summa pietate ac dili-  
gentia Doctrinam Christianam docere cœpissent, hoc  
piam opus, præstante Domino, exiguo temporis spatio  
adeo incrementa suscepisse, ut Congregatio sub doctri-  
næ Christianæ nomine jam pridem instituta fuerit, ex  
quibus licet aliqui tantum in communi vivant cum suo  
Præposito, in Ecclesia S. Agathæ Regionis Translybe-  
rinæ, in unum tamen omnes sub uno Protectore conve-  
niunt, atque sub uno Præsede huic saluberrimo operi sin-  
gulis festivis diebus sedula incubuerunt, & incumbunt  
diligentia.

§.3. Nos pro nostro Pastoralis officii munere hoc  
pium, Christianæque Reipublicæ necessarium opus, ex  
quo hæcenus uberrimi fructus provenerunt, ac multo  
uberiores posthac proventuros speramus, ex animo am-  
plectentes, illudque in dies augeri magis ac magis cu-  
pientes, Congregationem prædictam in Vrbe institutam,  
necnon singulas illius personas & Ecclesias, nempe S.  
Martini Regionis Arenulæ, & S. Agathæ Regionis Tran-  
slyberinæ, eidem Congregationi Apostolica Auctoritate  
cessas, sub nostra & Sedis Apostolicæ protectione susci-  
pientes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Aposto-  
lica potestatis plenitudine in celeberrima Basilica Prin-  
cipis Apostolorum de Vrbe, Congregationem Doctrinæ  
Christianæ hujusmodi, in Archiconfraternitatem Apo-  
stolica auctoritate tenore præsentium perpetuo erigimus  
& instituímus.

§.4. Illiusque sic erectæ & institutæ perpetuum Ad-  
ministratorem, & Protectorem dilectum filium nostrum  
Mieronimum tituli S. Blasii Præbyterum Cardinalem  
Pamphiliun nuncupatum, ac pro tempore existentem  
in Vrbe, & ejus districtu Rom. Pont. Vicarium harum  
serie constituímus, & deputamus.

§.5. Ac ipsius Archiconfraternitatis Confratribus  
pro tempore existentibus aggregandi dictæ Archicon-  
fraternitati alias qualvis ejusdem Doctrinæ Christianæ in  
qualibet Mundi parte canonicè erectas & institutas, ac  
instituendas Confraternitates, illisque privilegia, indul-  
ta, favores, exemptiones, gratias & indulgentias infra-  
scriptas sibi per nos concessas, ac pro tempore à Sede  
Apostolica concedendas communicandi.

§.6. Necnon de Administratoris & protectoris prædi-  
cti consensu, quæcumque statuta felix regimen & gu-  
bernium dictæ Archiconfraternitatis concernentia, licita  
tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & decretis  
Concilii prædicti, constitutionibusque Apostolicis mi-  
nimè contraria condendi, illaque sic condita, pro re-  
tam, & temporum qualitate, in toto vel parte, ac toties  
quoties opus fuerit, immutandi, & in eorum locum alia  
de novo edendi, licentiam, facultatem, & auctoritatem  
concedimus & impartimur.

§.7. Ut autem devotio Christi fidelium ad dictum  
opus exercendum in dies magis augeatur, de omni-  
potentis Dei misericordiam Beatorum Petri, & Pauli Apo-  
stolorum ejus auctoritate consiliis, Oranibus & singulis  
utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, &  
confessis, ac sacra communione refectis, qui pro Ministris,  
operariis & Confratribus dictam Archiconfraternita-  
tem ingredientur, die primo illorum ingressus, seu eo

Concil. Trid.  
& Pont. inf.  
serunt in illa  
tu Congra-  
ternitates  
doctrina  
Christiana

Et pridem in  
Vrbe institu-  
ta quæ fuit  
Congregatio  
Luce quæ fuit  
& S. Petri de  
Vrbe

Hic modo  
Pont. d. C. n. p.  
fraternitas  
origi in Ar-  
chiconfra-  
ternitatem  
in Basilica  
S. Petri de  
Vrbe

Insuper pro  
reductis de-  
putat, sub no-  
mine Pontifi-  
cis Vicarium.

Eidem Ar-  
chiconfrater-  
nitati facult-  
tatem alias  
Confraterni-  
tates aggreg-  
andi, & in-  
dulgentias  
communis. &  
di concedit.

Ad hoc videt  
etiam bullas  
Clem. VIII.  
c. 1. & 2.

Indulgentiis  
Menariis  
confratribus  
in die ingres-  
sus largiuntur.

die quo dicta Archiconfraternitati ascripti fuerint, plenariam.

§.8. Necnon eisdem sic descriptis, qui verè pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in festo quod ab ipsa Archiconfraternitate, & aliis Confraternitatibus aggregatis seu aggregandis, pro earum præcipuo & principali respectivè eligeretur, sumperint, etiam plenariam.

§.9. Quique verè pœnitentes, & confessi dictum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumperint, aut id facere non valentes, animo contrito nomen Iesu saltem corde in mortis articulo invocaverint, similiter plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam dicta auctoritate eorundem tenore præsentium concedimus.

§.10. Præterea eisdem Confratribus, qui verè pœnitentes, & confessi semel quolibet mense Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumperint, septem annos, & totidem quadragenas.

§.11. Quique in causa fuerint, ut pueri, famuli, & aut quævis aliæ personæ ad discendam Doctrinam Christianam eant, ducentos dies.

§.12. Qui verò diebus Stationum Urbis hanc Doctrinam in Ecclesiis docuerint, etiam illi qui ad eandem discendam accesserint, easdem indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si Ecclesias Stationum personaliter visitarent.

§.13. Eisdem etiam indulgentias Visitatores dictæ Archiconfraternitatis, qui ex commisso sibi officio visitabant illas Scholas, quas in illo die visitare poterunt, consequantur.

§.14. Insuper eisdem Confratribus, qui diebus feriatis hanc doctrinam Christianam aut publicè, aut privatim explanaverint, centum dies.

§.15. Necnon omnibus & singulis Præceptoribus, qui diebus festivis discipulos suos ad Doctrinam Christianam duxerint, eosque illam docuerint, septem annos.

§.16. Quique diebus feriatis in propriis Scholis eandem doctrinam explicaverint, centum dies.

§.17. Sacerdoti etiam dictæ Archiconfraternitatis, qui in Ecclesia seu Oratorio illius Confraternitatis verbum Dei prædicaverit, aut collationes fecerit, licet illo die non intervenerint in aliqua Schola docendi causa, septem annos.

§.18. Omnibus autem, & singulis Patribus, & matribus familias, qui in suis domibus liberis, famulis, & familiaribus utriusque sexus Doctrinam Christianam explanaverint, qualibet vice id fecerint, centum dies.

§.19. Item Confratribus, qui per Civitatem viros, mulieres, aut pueros ad eandem Doctrinam Christianam ducendi causa circumierint, septem annos.

§.20. Eisdem autem Confratribus, qui extra Civitatem ad illam docendam per Castella, & Villas exierint, decem annos.

§.21. Item eisdem Confratribus, qui disputationibus, quæ in Scholis dictæ Archiconfraternitatis fieri solent, interfuerint, ducentos dies.

§.22. Omnibus item, & singulis Christi fidelibus, qui per mediam horam Doctrinam, aut docendi, aut discendi gratiâ studuerint, centum dies.

§.23. Eisdem etiam Confratribus, qui infirmos dictæ Archiconfraternitatis visitaverint, quoties id fecerint, ducentos dies.

§.24. Quoties verò Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum ad infirmos deferretur, comitati fuerint, septem annos.

§.25. Eisdemque Confratribus, qui corpora Confratrum, & Confororum defunctorum ac defunctorum ad sepulturam associaverint, aut exequiis, anniversariis, officiisve, quæ pro eis celebrantur, pro eorum animabus preces fundentes interfuerint, tres annos.

§.26. Ac quoties divinis officiis, & Congregationibus publicis vel secretis dictæ Archiconfraternitatis intervenerint, ducentos dies.

§.27. Eandemque Indulgentiam consequantur quandoque processionibus à locorum Ordinariis sub vexillo dictæ Archiconfraternitatis præscribendis interfuerint.

§.28. Item omnibus, & singulis utriusque sexus, & cujuscumque ætatis Christi fidelibus ad Doctrinam Christianam discendam in dictis Scholis convenire solitis, qui peccata sua quolibet Beatæ MARIÆ Virginis, aut alio festo à Superioribus dictæ Congregationis determinando, confessi fuerint, tres annos: iis verò, qui ad communicandum habiles sunt, si dictum Eucharistiæ Sacramentum devotè sumperint, quinque annos.

§.29. Præterea quolibet die dicta Congregatio in quavis Civitate, vel Terra publicabitur, omnibus, & singulis utriusque sexus Confratribus dictæ Confraternitatis verè pœnitentibus, confessis ac communicatis septem annos, & totidem quadragenas de eis injunctis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis misericorditer in Domino concedimus, & relaxamus.

§.30. Nostræ propterea intentionis esse declaramus, quod indulgentiæ, gratiæ, & indulta prædicta intelligantur, ac sint concessa cuivis Confraternitati canonicè erectæ seu erigendæ in qualibet Orbis parte, statim ac prædictæ Archiconfraternitati, juxta constitutionem fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri fuerit aggregata, nec absque aggregatione hujusmodi gratiarum & indulgentiarum prædictarum particeps ullo modo esse possit.

§.31. Declarantes nihilominus quod cum una Confraternitas dictæ Doctrinæ Christianæ unius civitatis aggregata fuerit, intelligantur & sint omnino aggregatæ reliquæ omnes utriusque sexus ab Ordinario loci erectæ & erigendæ, eorundemque indulgentiarum & gratiarum prædictarum particeps sint.

§.32. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.33. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dictæ Archiconfraternitatis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Tusculi sub annulo Piscatoris, die 6. Octobris 1607. Pontificatus nostri anno tertio.

Congregationi Clericorum Regularium Somaschæ, alias Sancti Majoli, quæcumque gratiæ & privilegia Ordinibus Mendicantium concessa & concedenda communicantur, & de novo conceduntur, quatenus sint in usu, non revocata, nec sacris Canonibus, aut Concilio Tridentino contraria.

Illam Congregationem primò approbavit Pius V. Vt supra in eius constit. 78. Injunctum, lib. 2. licet antea à Paulo III. esset in societatem recepta, ut supra in eius constit. 21. lib. 1. ubi alia notavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo divina Majestas ad pastorale fastigium nos quanquam immeritos evexit, illud quantum in nobis semper fuit, supremo auxilio freti agere conati sumus, ut piorum hominum Congregationes, quæ ad divini cultus augmentum & animarum salutem institutæ sunt, & in observatione institutorum suorum piè & religiose persistunt, magis quotidie in hujusmodi suo pio proposito confirmarentur.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, dilectorum filiorum Congregationis & Clericorum regulariû Somaschæ, aliàs S. Majoli nuncupatorum fortiores quotidie vires, adjuvante Domino in militantis Ecclesiæ Castris appareant, ut Clerici Congregationis hujusmodi eo ferventiùs adhuc pugnare studeant, quo majoribus se viderint spiritualibus gratis fore munitos, ipsos & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, &c. censentis, præter alia

Et in festo præcipuo C. Fraternitatis.  
Et in articulo mortis.  
Alias indulgentias Confratribus quolibet mense communicatis concedit.  
Inducendum alium ad discendam Doctrinam.  
Disputationibus Doctrinæ Stationum Urbis.  
Visitatoribus Scholarum Doctrinæ.  
Do. onibus eandem diebus feriatis.  
Præceptoribus eandem diebus feriatis.  
Explicantibus eam in Schola diebus feriatis.  
Sacerdoti Archiconfraternitatis in eius Ecclesia prædicanti.  
Parantibus Doctrinam domi familiarium docentibus.  
Convocantibus alios ad Doctrinam.  
Confratribus per Castella euntibus.  
Disputationibus Doctrinæ in universitatibus.  
Doctrinam docendi, vel discendi, vel studendi.  
Infirmos Confratres visitantibus.  
Eucharistiâ ad eos communicantibus.  
Corpora defunctorum associantibus aut exequiis interessentibus.  
Congreg. vel divinis officiis Archic. assistentibus.  
Processionibusque per Civitates inducantibus.

Discreti  
Doctrinæ  
C. com.  
casti  
festo  
de  
monstr.  
Confr.  
is  
aggreg.  
Tempt.  
eandem.  
Dilecti  
quod  
aggreg.  
omnino  
aggregatæ  
fraterni  
pro quæ  
Dicitur  
castra  
origina  
Ordinæ  
particip.  
sint.  
Dicitur  
confraterni  
Fides  
simpli  
Dat. 7.  
die 6.

aliis quocumque privilegiis & gratiis, iisdem Congregationi & Clericis hactenus quomodolibet concessis, omnia & singula privilegia, prerogativas, concessiones, favores, facultates, declarationes, immunitates, exemptiones, libertates, ceteraque gratias, preeminencias & indulta cuiusvis generis existentia, spiritualia & temporalia, qualiacumque illa sint, (excepta tamen exemptione à jurisdictione Ordinariorum) quibusvis Mendicantium Ordinum Congregationibus, eorumque professoribus, ac eorum Monasteriis, Ecclesiis, Domibus & Regularibus locis, necnon dilectis filijs eandem Religionem & Congregationem Generalibus, Praepositis, Superioribus, Praelatis & Capitulis, tam Generalibus quàm Provincialibus, Fratribus, Novitiis, Conventibus, Donatis, ac quibusvis eorum, & earum personis, in quibuscumque Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, etiam per viam communicationis vel extensionis, aut aliis quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, seu per nos & successores nostros, aut alios auctoritatem habentes concessa sunt & conceduntur, ac quibus singula Congregationes praedictae, earumque Monasteria, Ecclesiae, Domus & loca, ac Superiores, Fratres & personae huiusmodi de iure, usu, consuetudine, vel privilegio, aut concessione Apostolica, vel alia quavis auctoritate, in genere, vel specie, ac tam conjunctim quàm divisim, aut aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, vel poterunt quomodolibet in futurum, quatenus concessionum tenores praesentibus pro expressis habentes, ac si de verbo ad verbum inferrentur, etiam si talia sint & forent, quae specialem & individua requirerent mentionem, seu particularem insertionem, (quatenus sint in usu, & non sint revocata, neque sub ulla revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus & Concilio Tridentini decretis non adversentur) ad eandem Congregationem Somaesam, seu S. Majoli, ac singulos illius Conventus, illorumque Superiores, Praepositos, Praelatos & quascumque personas, auctoritate & tenore praedictis perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, & suffragari volumus & declaramus.

§. 12. Denique ratione commendarum, quæ juxta tenorem erectionis prædictæ fundabuntur, quasque obtinebunt, solita jura, & responsiones ærario dictæ Militiæ prout aliarum Militiarum Milites persolvere solent, etiam solvere debeant & teneantur.

§. 13. Quia verò ex Francorum Regis Christianissimi subditis d. Militiæ Milites juxta prædictæ erectionis tenorem esse debent, sub quibuscumque ducibus absque expressa dicti Magni Magistri licentia, sub pœna privationis habitus dictæ Militiæ nullo modo militare possint, perpetuò statuimus & ordinamus, sicque à Militibus prædictis observari præcipimus & mandamus.

§. 14. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, die 16. Februarii 1608. Anno 3.

**XLII.** Quod Rex Franciæ perpetuus Administrator Militaris Ordinis sancti Spiritus, etiam exteros Catholicos ad Militiam admittere possit. Et tam ipse, quam alii ejusdem Militiæ Sacramentum Eucharistiæ infra octavam ante generalem ejus Congregationem, & ad habitus admissionem sumere debeant.

Edita A.D. 1608. Status Ordinis Militaris S. Spiritus cavetur, quod exteri qui habitum illius Regni Franciæ incola non sunt non recipiantur, & tam Rex quam exteri die Congregationis generalis Eucharistiæ sumere debeant.

Non autem hunc Ordinem etiam ad exteros, quoslibet exteros, & Eucharistiæ sumptionem magis servandam ante diem Congregationis, vel admissionis ad habitum communi sumere posse, & si ipsi pro opportuna providerent.

**PAVLVS PAPA QVINTVS.** Charissimo in Christo filio nostro Henrico Francorum Regi Christianissimo, Sal. & Apost. bened.

§. 1. Majestatis tuæ nomine nobis nuper expositum fuit, quod Statutis Militaris Ordinis sancti Spiritus, cujus majestas tua perpetuus Administrator esse dignoscitur, inter alia cautum est, ne exteri, qui habitum, & Regni Franciæ incolæ non sunt, in Milites dictæ Militiæ recipiantur, die verò generalis Congregationis dicti Ordinis, quando etiam aliquis ad habitum per ejusdem Militiæ Milites gestari soliti susceptionem admittitur, ut tam Majestas tua, quam Officiales dicti Ordinis & Milites, & quisquis ad habitum admittitur, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere teneantur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Majestas tua, quæ sicut & prædicti Officiales, ac Milites, statuta huiusmodi observare voto, & juramento se abstrinxerunt, ad Spiritus sancti gloriam, & Catholicæ fidei exaltationem dictum Ordinem extra Regnum Franciæ longius diffandi, & in exteros fidei prædictæ zelo conspiciendos, ac alias juxta ejusdem Ordinis statuta qualificatos extendi posse plurimum desideret. Cumque etiam dicto die generalis Congregationis, & admissionis ad habitus susceptionem, aliis negotiis, & officiis magna cum mentis agitatione potius, quam orationi & spirituali contemplationi vacari solet, sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum aliquot diebus ante, longè majori cum reverentia, & spirituali fructu sumi posset. Idcirco eadem Majestas tua nobis humiliter supplicati fecit, ut in præmissis de benignitate Apost. providere dignaretur.

§. 3. Nos igitur, qui illa quæ ad Spiritus sancti gloriam & Catholicæ fidei exaltationem cedunt, ac fidelium devotionem agent, ejusdem sancti Spiritus gratia suffragante, promovere desideramus, Ordinis prædicti propagationi, & Militum ejusdem animarum salutem, quatenus cum Domino possumus, consulere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, votum & juramentum prædicta, illis in cæteris omnibus in illi contentis firmis remanentibus, auctoritate Apostolica tenore presentium relaxamus. Vtique Majestas tua, & prædicti Officiales, ac Milites, exteros etiam non habitatos, nec Regni Franciæ Incolas, Catholicos tamen, & gratia, & communionis Sedis Apostolicæ habentes, dicto statuto non obstante, in Milites dictæ Militiæ admittere, illique admitti (durammodo tamen in earum admissione, aut alias quomodocumque, qui non Majestatis tuæ, sed aliorum Principum, aut Dominorum subditi & Vassalli existant, votum aliquod, aut juramentum non emittant, aut præstet, quod potestati aut superioritati, vel jurisdictioni, aut alii cuiuscumque juri Principum, seu Dominorum, quorum subditi, aut Vassalli erunt, quomodolibet ad veretur) libere & licite possint. Necnon ut Majestas tua, Officiales & Milites prædicti, & quisquis ad dictæ Militiæ habitus susceptionem admittitur, non ipso die Congregationis generalis, & quo habitum suscipit, sed infra Octavam præcedentem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipere valeant & teneantur, (ita tamen, ut ante diem Congregationis & admissionis ad habitum huiusmodi, tam Officiales & milites, quam ad habitum admittendi, se prædictum, Sacramentum infra dictum tempus suscepisse legitime ostendant) eadem auctoritate concedimus, & indulgemus. Et votum, ac juramentum Prædicta ad hunc effectum commutamus, & pariter relaxamus, ac statuimus, & ordinamus.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac dictæ Militiæ statutis, etiam juramento, & c. roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum, & c. die 16. Februarii 1608. Pontificatus nostri Anno 3.

Quod sacrum opus, Agnus Dei in cera signandi, & fractum renovandi, perpetuò spectet ad Monachos dumtaxat Congregationis B. Marie Fulienfis in Vrbe, Cisterciensis Ordinis S. Benedicti.

Hujus Congregationis institutionem, & alia attende supra in Sixti V. cons. 32. Religiosos, lib. 2. ubi notavi.

**PAVLVS PAPA QVINTVS.** Ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem in supremo Sedis Apostolicæ solio divina dispositione constitutum, ad ea munera in quibus sacra, & sancta ex Catholicæ religionis ritu tractanda sunt, viros ex electu peculiatari cura, & sollicitudine assumere, qui æque vitæ integritate, ornatu, ac usu, & peritia præditi, in muneribus huiusmodi hinc cum utilitate & fide, illinc cum rerum dignitate versari possint, & velint.

§. 1. Quod prudenti consilio à fel. record. Clemente Papa VIII. prædecessore nostro factum fuit. Nam cum animo destinasset ad opus sacrum, Agnus Dei in cera signandi, & fractum renovandi, certas, & idoneas personas deputare, quæ ad hoc pium, & devotum munus deligerentur, religiosos Congregationis B. Marie Fulienfis dignos & idoneos judicavit, ac etiam pro insigni sua pietate, toto sui pontificatus tempore delegit.

§. 2. Religiosi autem ipsi delatum munus aggressi, expectationi d. Clementis Prædecessoris abundè responderunt.

§. 3. Quod permovit pie mem. Leonem Papam XI. etiam prædecessorem nostrum, ut ipsos religiosos in eomunere confirmaret.

§. 4. Cujus vestigiis nos inherentes, ac existimantes ipsos Religiosos in prædicto munere retinendos, ac specialia aliquo Sedis Apostolicæ privilegio & decreto in eam sententiam cohonestandos, Motu proprio, non ad ipsorum

Regi con...  
Catholicis...  
Omnibus...  
Congreg...  
Eucharist...  
sumere...

Quibus...  
que non...  
stantibus...  
Dat. P. A...  
die 16. Febr...

XLIII

Edita A. D. 1608.

Clem. VIII. delegit...  
religiosos...  
signandi...  
cera de...  
B. Marie...  
fulienfis...  
1608. Pontificatus...  
Leo idem...  
eisdem...  
munus...  
probavit...  
Hic...  
Pont. r...  
damus...  
illud...  
tu d. de...  
dar.

Ipforum religiosorum, vel alicujus alterius nobis pro eis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, ac de Apost. potestatis plenitudine, d. Congregationi, illiusque religioſis nunc de pro tempore existentibus, munus & officium factum Agnus Dei in cera signandi, & fractum renovandi, in Monasterio S. Pudencianæ, & Prioratu S. Bernardi de Vrbe dictæ Congregationis, ac quolibet eorum, vel alibi (si ita nobis, & Rom. Pontifici pro tempore existen. visum fuerit) per religioſos ad id à moderno, & pro tempore existente ejusdem Congregationis Generali deputandos debitis temporibus obeundum & exercendum auctoritate Apostolica tenore præsentium, perpetuè committimus & mandamus, ac etiam concedimus, & assignamus, ipsosque religioſos ad opus, munus & officium hujusmodi, ab illis modo & forma præmissis obeundum, & exercendum, cum plena, libera & omnimoda facultate, & auctoritate omnia & singula circa illud necessaria faciendi, & exquendi, perpetuè constituimus, & deputamus.

§. 5. Distinctius propterea præcipientes & inhibentes omnibus & singulis quorumcumque Ordinum, Congregationum, Societatum, & hospitalium Monachis, Fratribus, & religioſis, ac cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis & auctoritatis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ, ne in opere, munere, & officio hujusmodi, per se vel alium, seu alios se ingerere, vel immiscere, seu religioſos dictæ Congregationis Fulienſis desuper quoquoque prætextu vel causa molestare, perturbare, seu inquietare quovis modo audeant, seu præsumant.

§. 6. Ac irritum decernentes, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstant. præmissis, & quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 18. Martii 1608. Pont. nostri anno 3.

LIV. Facultas Christianissimi Regis Franciæ, perpetui Administratoris Militaris Ordinis S. Spiritus, Statuta pro illius prospero regimine necessaria, & utilia edendi, corrigendique & immutandi.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Charissimo in Christo filio nostro Henrico Francorum Regi Christianissimo, Salutem & Apost. bened.

Majestatis tuæ votis, quæ ex Catholicæ religionis zelo prodire conspicimus, libenter annuimus.

§. 1. Hinc est quod nos supplicationibus ejusdem Majestatis tuæ, quæ Militaris Ordinis S. Spiritus perpetuus administrator existit, nomine nobis humiliter potestatis inclinati, tibi & pro tempore existenti dicti Ordinis Administratori, seu Magno Magistro, ut quæcumque statuta prædicti Ordinis, prout rerum & temporum qualitas, & ratio exegerit, ac tibi administratori, seu Magno Magistro pro tempore existenti expediens videbitur, corrigere, seu in meliorem formam reducere, reformare, alterare, mutare, & interpretari, ac alia dicti Ordinis, illiusque Militum, rerum & bonorum prosperum statum, regimen, & gubernium, felicemque directionem & administrationem concernentia, ac aliis Ordini & Militibus prædictis necessaria, & utilia, licita tamen & honesta, facrisque Canonibus & Concilii Tridentini decretis, necnon constit. & ordinat. Apostolicis non contraria, de novo ac ex integro cõdere, & facere liberè, & licitè possis, & valeas, ac possit, & valeat, plenam, & liberam facultatem & licentiam ac auctoritatem, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & elargimur.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum, &c. die 17. Aprilis 1608. Anno 3.

V. Canonizatio S. Franciscæ Romanæ, ex oblatiſ Sortribus Ordinis S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti.

Bullarij Magni Tom. III.

Cælestis aquæ flumen, quod ab inexhausto vitæ fonte procedens, perpetuo fuit impetu, qui lætificat Civitatem Dei, eum abundantius effunditur, & hortos plantationum supernæ Sapientiæ, hoc est fidelium mentes, septem charismatum donis felici inundatione fecundat, tunc sanè qui magnus est semper, magnus nimis apparet, & mirabilis in altis Dominus, in Sanctis suis videlicet, qui terrena abnegantes desideria, ac solem Justitiæ industri Dominum nostrum Jesum Christum, vitæ puritate sine reprehensione nitidi, virtutum luminibus igne charitatis accensi, quasi stellis ornati, excelsi spiritu, in carne ambulantes, & secundum carnem non militantes, cœli prætiosi Domino, & Dei sedes efficiuntur.

§. 1. Quæ sanè dextera Excelsi opera multò illustriora resplendent, multoque cernitur admirabilior magnificentia Domini, eum erga vascula infirmiora, & sexum consilii imbecillioris apponens cor suum, misericordiarum suarum divitias superabundanter elargitur.

§. 2. De quo cœlesti dono merito omnis Ecclesia, sed Romana præcipuè in Domino gloriatur. Quæ cum inenarrabili Dei beneficio cunctis prælata Ecclesiis, principatum accepit Ecclesiarum, & beatorum Principum Apostolorum doctrina fuerit unà cum sanguine irrigata, in hoc etiam agnoscit felicitatem suam, quod ut fortissimorum Martyrum purpuratis populis, ut venerabilium Sacerdotum beatis cœtibus, castissimarumque Virginum splendidis choris, ita etiam sanctarum Mulierum cœlestibus numeris, quasi multiplici rutilantium honore gemmarum coronâ decora, Orbi universo præfulget.

§. 3. In hac igitur Ecclesia, matre Ecclesiarum & magistra sanctitatis, renovans Dominus castitatis, & multarum excellentium virtutum vetusta Romanarum mulierum fidelium exempla, ducentis ferme ab hinc annis in ornamentu totius domus suæ, & Ecclesiæ universæ, luscitavit mulierem, vera fortitudine fortem Franciscam nomine. Hæc enim per gratiam Spiritus Sancti, naturæ usum, & sexus, infirmitatem transgrediens, accincta robore, & in spiritu ambulans, desideria carnis nõ perfecit, sed odit animam suam in hoc mundo, ut in vitam æternam custodiret eam, & per altissimam humilitatem elegit abjecta esse in domo Domini, ac propter verba laboru ejus custodire vias duras, curvens per arduas Christianæ perfectionis semitas in odorem unguentorum spõsi, quam obrem introduxit illam Rex in cellaria sua, ubi exultat, & latatur in eo, ubi non occidit ultra Sol ejus, & Luna ejus non minuetur. Hujus virtutes, fidei puritas, vitæ, mortisque sanctitatis, aliæque hujusmodi cœlestia dona, miraculorum insignibus cõprobata testimoniis, adeo excellentia fuerunt, ut Ecclesiæ Catholicæ auctoritate illustratione diutius desitui planè non deberent, sed proponenda aliquando essent imitanda fidelibus, ut glorificaretur per illam Dominus Pater misericordiarum.

§. 4. Quam etiam ob rem nonnulla de ejusdem virtutibus, & miraculis hic duximus ex legitimis actis referenda. Dilecta Dei filia Francisca ex Paulo Buxio, & Jacobella de Broffedeschis Romanis, nobilibus genere, sed longè nobilioribus prole conjugibus nata, & è Laurentii mariti familia de Pontianis vocata, data est Ecclesiæ suæ à Domino circa annum 1384. Quæ ut erat sorte gratiæ Spiritus sancti sortita animam bonam, vel in infantia sua signa futuræ sanctitatis dabat. Aversabatur gaudia hujus sæculi, ejusque ætatis ludos, & illecebras abhorrens, solitudine magnopere capiebatur. Crescens confortabatur spiritu, & quam amabat, solitudine fruebatur, in dies magis orationi vacando.

§. 5. Undecimum annum nata, ut jugum Domini citò portare inciperet, Christo Virginitatem consecrare, & Monasterium ingredi proposuit, sanctoque proposito hujusmodi convenienter vivendo, quasi solitariam vitam agebat, & jam in cœlis conversari incipiebat. Verùm quia voluntas Dei erat, ut conjugalis status perfectionis grã de documentum daret, parentes quibus subdita erat, nubere viro diviti, & nobili eam voluerunt. Illa verò haud desit nupta cogitare quæ Dei sunt, sed in sãcto, & immaculato conjugio virum habuit tanquam non haberet, &

Misericordia Domini et in terris sanctorum suis multa sunt.

Etiam in imbecilliſimo mulierum.

Hinc omnino magis Romana cunctis Ecclesiis, multorum sanctorum doctorum decore illustrata.

Et mox Beata Francisca de Pontianis Romana sanctitate illustris reddita.

Cujus multarum virtutum præclararum aliquam modò recenseatur. Inſe enim sancti illcebras fugit, & in solitudine orationi vacavit.

Nupta virum habuit tanquam non haberet.

& quemadmodum Sara obediebat Abrahe , sic illa viro semper obediens fuit.

*Devoti meditationibus assidue suis operibus studuit.*

§.6. Curis familiaribus à spiritualibus minimè distrahebatur, sed rebus domesticis dispositis, non egrediebatur foras cum Dina, ut videret filias alienigenas, sed ipsas horas in secreto cubiculi sui devotè orando, & meditando quotidie transigebat. Abstinebat spectaculis, nuptiarum celebratibus, nec ingrediebatur domum conviviij, neque etiam cognatorum, ejusque oblectamenta, & deliciae erant Ecclesiis, & Hospitalia frequentare, verbi Dei prædicationibus, & divinis Officiis cum devotione intendere.

*Religiosam domum pro mulieribus Oblatis Ordinis Benedicti in Vrbe instituit.*

§.7. At qua ratione in dies magis Christo placeret indagans, quod sibi viro alligata non licebat, id ut Sorores suæ in Christo Romanæ mulieres præstarent, curavit. Itaque complures à seculari ad arctioris vitæ institutum revocòs, domum religiosam Oblatarum sub Regula S. Benedicti Congregationis Montis Oliveti in Vrbe instituit. Et cum dedisset Domino innupta, dedisset nupta fructus suos, multiplicans Deus cum illa misericordiam suam, fructificare etiam eam voluit in sancta viduitate.

*Quarum numero post obitum ascripta sunt, id quod summi summi vitam ducit.*

§.8. Itaque defuncto marito, paucis annis ante suam dotmitionem, variis servitutis obsequiis non destitit Christo famulari. Proinde sanctum claustralis vitæ propositum sollicitè adimplere volens, absque mora Oblatas, quas ipsa Christo pepererat, nudis pedibus adit, ac vinculo de collo pendente, prona in terram, multisque cum lachrymis quasi peccatrix indigna, non tanquam earum patrens suppliciter illas orat, ut se ipsarum numero adscribant. Adscripta, verbo, & exemplo magnopere, ut par erat, in Sororibus profecit, donec consummato curriculo, ad coronam justitiæ accipiendam de manu Dei, ætatis suæ annuo LVI. virtutum donis onusta, & signis ac prodigijs clara, à Domino evocata est.

*Humilitate, & in promissum charitatem claruit.*

§.9. Cujus ex multis, ac præclaris virtutibus humilitas in primis, per quam ad solidam, verampque celsitudinem pervenitur, maximè enituit. Non illi, etiam dum in conjugio vixit, quanquam nobili & opulento viro collocata, serica, non auro contexta, sed vilis, & lanca vestis. In Claustrali vita, esset licet omnium Oblatarum mater, item domi, quasi domina ministrari nunquam, sed memor Domini verbi, ministrare omnibus amabat, ac tanquam ancilla tractari, & ancilla videri delectabatur, alioque honoris titulo, quam peccatricis, immunditiæ vasculi, formineque vilissimæ, & abjectæ se minimè insignivit. Nec verbis tantum, sed re etiam propter Christum, ut abjecta esset, sedulo curabat, ita ut sæpè suburbana vinea sua revertens, lignorum fasces in capite pauperibus portaret, interdum a sellum lignis, & sarmentis, in usum similiter pauperum onustum, per Urbem ageret, ostendens videlicet omnia esse facilia charitati, qua etiam beatam mulierem abundè fuisse à Spiritu Sancto donatam, præter hujusmodi perfectionis opera, cujus est vinculum charitas, illa præterea declarant. Super egenos & pauperes benignè, & multifariam respiciebat, largas elemosynas, hospitalium præsertim infirmis erogabat. Visitabat eos frequenter, neque solum afferrebat corporis cibaria, sed monita etiam salutis, & ad Ecclesiæ sacramenta suscipienda illos inducebat. Pium afflictos consolandi officium, ad amorem Dei, & mundi contemptum cohortando, assidue præstitit. Orabat frequenter pro peccatoribus ferventi spiritu, maximeque in id incumberebat ejus sollicitudo, ut Romanas matronas à pompis sæculi, & ornatus vanitate abduceret.

*Patientia & fortitudine multa enituit.*

§.10. Et quoviam, ut Beatus inquit Gregorius, pœna interrogat, si quietus veraciter amat, sicut non extollatur prosperis, sic tribulationibus agitata, non solum æquo animo, patienterque ferebat, sed novè etiam, Sanctorum emulando virtutem, Domino gratias agere. Nam exilio mariti, bonorumque magna jactura, & domus universæ morte aliquando graviter tentata, ejus querelæ benedictiones illæ frequentes fuere, Dominus dedit, Dominus abstulit, sic nomen Domini benedictum. Potuit similiter in eo qui illam confortabat, non solum adversis mundi hujus, sed Principis quoque tenebrarum visibilibus insultibus fortiter resistere. Sæpè enim inter orandum à Diabolo verberibus afflicta, ad terram allisa, cæcæque in facie, induta loriceam justitiæ, &

sumpto scuto fidei, tentatorem sic impetentia elisit, ut illi formidabilis evaderet, sed à Angeli præsidio, quem familiarem, protectorem & comitem singulari Dei beneficio habebat, ab hujusmodi inimici tentationibus defensam in actis consignatum apparet. Vnde factum putatur, ut post S. Franciscæ dormitionem, statim ejusdem imagines cum Angelo plerentur, & usu retentum fuerit.

*Ab ipso...*

§.11. Nec minori virtute in Christo Jesu cum hoste domestico pugnavit. Sed exemplo electorum Dei admirabilem in modum castigavit corpus suum, & in servitium redegit. Cibum illi semel in die herba & legumina, aqua porum præbuerunt. Sive vigilaret, sive dormiret, asperum lanæum indusium non exuebat, duroque cilicio, ac ferreo cingulo super nuda membra mortificabat, accedebant flagella ferreis aculeis aspera, quibus corpusculum, quanquam aliunde attritum, severissime atterebat. Sed quoniam tanti illi erat obedientia, ut jussa ageret etiam quod nolebat, confessarii mandato ab hujusmodi corporis cruciatibus modicè temperavit. His autem modis cum qui foris est, hominem affligens, ex quo ille qui intus est, firmior redditur, magno mentis ardore divina omnia, præsertim Domini passionem contemplabatur, tantumque lachrymarum profundebar, ut doloris sensu acerbissimo confici putaretur. Sæpè cum orasset, maxime sumpto Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, spiritu in Deo elevata, ac cœlestium contemplatione raptâ immobilis persistebat.

*Miraculis...*

§.12. Hujusmodi virtutes ardentis fidei munere stabilitas, miraculorum clarissimis luminibus manifestare volens mirabilis Dominus, multa grandia signa, multaque mirabilia operari per Sanctam suam, & viventem, & dormientem dignatus est.

*Egrum...*

§.13. Nam ut multis pauca referantur, primùm super ægros manus imposuit, & bene habuerunt. Siquidem comitiali morbo gravissimo quinque annorum ægrotus adolescens, Menicus nomine, Tartaglia cujusdam filius, cum illum ad sanctam mulierem Rentius avunculus duxisset, ut orationibus ejus juvaretur, & illa manu super ægroti caput imposita, bene sperare jussisset, quando divina bonitate consideret amplius morbum non passurum, confestim sanatus est.

*Hernia...*

§.14. Ejusdem manus contactu puerum, Lælii de Cinqve Romani filium, hernia cum ruptura laborantem, & mox chirurgo tradendum, extrema remedia adhibituro, statim similiter ancilla Christi sanavit.

*Brachii...*

§.15. Ac Sanctæ auxilium implorando, obviam illi facta foemina quædam, Angelella nomine, quæ ex articulari morbo brachij usum absque spe sanitatis perdidit, illic convaluit.

*Panis...*

§.16. Dedit quoque admirabiliter per illam Dominus escam esurientibus, & opera quæ ipse fecit, innovavit. Cum in Monasterio ageret jam Oblata, contigit aliquando ut sororibus, tunc numero quindecim, sub refectionis horam, panis paucula solum fragmenta, quæ vix tribus reficiendis sufficiebant, esse cognosceret: quamobrem, ceteris valde sollicitis, sola ipsa immota Dominum provisorum inquit, positisque fragmentis super mensam benedixit, & comederunt omnes agentes gratias Deo, ac saturate sunt, tantumque panis superfuit, ut canistrum impleretur.

*Vna...*

§.17. Ad hæc, cum ex eisdem sororibus complures extra Urbem, ligna parandi causa, mense Januario essent, ac præ labore sitirent, & ad aquam hauriendam ullam ex iis procul ire Francisca honestum non duceret, in Domino sperare illas jubet, Dominumque provisorum pariter affirmat: tum verò statim ad vicinam arborem conversæ vitæ, & in ea tantum vineæ aspiciunt, ut suam unaqueque botrum, jussu Francisæ gratias Deo agentis, decerpere, ac strim extinguere poterit.

*Aqua...*

§.18. Elementa quoque non semel B. Francisæ sanctitatis testimonium dederunt. Primùm enim, cum vigilia Sanctorum, Apostolorum Petri, & Pauli à visitanda Apostoli Pauli Basilica, nonnullis ex sororibus comitata revertretur, in proximam vineam suam cum flexisset, ibique ad aquæ rivum sedisset, mentemque levasset ad Deum, in cœlesti raptâ, super labentem aquam, minimè advertens, genua flexit, nec modico tempore aqua circumseptâ

*Septa...*

legit peritiam, postquam vero ad se rediit, hinc vestigia  
ex aqua egressa est, non secus ac si illam non attigisset.  
Simili deinde miraculo eodem anno, & loco, B. Virginis  
Marie Horis recitans, ancilla Dei honorificata est, ma-  
ximo enim imbre in aperto oppressa, eoque nihilomi-  
nus perseveravit, & comitibus omnibus modis, sola ma-  
defacta non est.

§. 19. Potens etiam fuit celestis gratie dono secreta  
cordium cognoscere. Eodem Laurentium Tuccii filium  
adolescentem, à proposito occidendi gladio linguæ Fræ-  
ciscum Selavium educatorem suum revocavit, Christiana  
charitate illum corripendo, & à concepto peccato de-  
hortando, quod nulli revelaverat.

§. 20. Simili spirita mortem inopinatum incolumis in-  
fantis quæ prævidens, vitam illi æternam procuravit.  
Nam hora secunda noctis, que diem natalem ejusdem in-  
fantis sequuta est, domo præter mortem egressa, stimulo  
charitatis, & gratia Spiritus sancti, que tarda necesse mo-  
lissima, impellentibus, intemptiva sollicitudine, ut ce-  
teris videbatur, cum nulla accelerandi baptismi appare-  
ret causa, ut statim baptizaretur curavit, post baptismum  
verò subito infantem morbus, quem mori cõsequuta est,  
oculto Dei iudicio invasit. Et his quidem signis inter  
cetera clarificavit Dominus famulam suam in servitute  
corruptionis vite hujus degenerem.

§. 21. Postquam verò ab hæc servitute in libertatem  
glorie liberata est, ipso die dormitionis ejus, que Ver-  
bem universam commovit, & duobus sequentibus, qui-  
bus diebus ejus corpus inhumatum fuit in Ecclesia S.  
Marie Novæ nuncupate, simili miraculo, quo Sancto-  
rum suorum corpora non semel honoravit, Franciscæ  
etiam corpus honorare dignatus est Dominus. Tantis  
enim odoribus fragavit, ut omnia odoratis floribus re-  
ferta visa fuisset, acta testentur.

§. 22. Multa exinde ancille Dei sanctimonie præcla-  
ra miracula fidem fecerunt. Complures enim gravissimis  
& extremis morbis operam, quam in medicinz auxiliis in-  
venire non poterant, in ejus, vel libri Horarum B. Marie  
Virginis, vel vestium contactu, per ejus merita, & in-  
tercessionem præsentaneam invenerunt.

§. 23. Constat enim inter cetera Viterbiensem femi-  
nam Augustinam Angeli lippitudinæ, que visum illi ad-  
emerat, panno oculis adnoto, que sacrum Franciscæ cor-  
pus contactum fuerat, subito sanatum.

§. 24. Et Hieronymum quendam Aromatarium qui  
peste laborabat, in articulo mortis ejusdem sanctæ Veste  
superinjecta, ac voto eidem facto, subito similiter con-  
valuisse.

§. 25. Aliam verò feminam febrim cum pleuritide ad  
perniciem procedente affectam, cui medicus neque ad se-  
quentem diem vitam promittebat, Franciscæ velo lateri  
imposito, dolore statim liberatam, & postmodum è lecto sa-  
nam consurrexisse.

§. 26. Multi etiam sanctæ mulieris auxilio & interces-  
sione devotè solum invocatis, è morbis similiter variis &  
gravibus divina gratia evaserunt. In his mulier quædam  
nomine Magdalena de Clarellis, peste & ipsa laborans,  
que quamquam chirurgi scalpello lesa, brachii dolore  
ita cruciaretur, ut non putaretur à morte procul abesse,  
eodem hora convalescit qua mater ad Franciscæ sepul-  
chrum pro filie sanitate oravit.

§. 27. Insigni quoque miraculo ceterum sanitate, B. Fræ-  
ciscæ intercessione à Domino donatus fuit puer annorum  
quatuor, Pauli Totti filius, qui cum gravibus ulceribus  
incessu prohiberetur, mater quod puerum minime sanescere  
medicinz remediis cerneret, illo in ulnis susce-  
pto, cum ad sanctæ imaginem in Ecclesiam B. Marie  
Transyberinæ, pro ejus sanitate devotè oratum venisset,  
nondum finita oratione, ecce ex ulnis deponi puer rogat,  
depositus ambulare incipit, ac domum pedibus redit, sol-  
tisque ligaminibus, & motis emplastris, non solum sanis  
curibus, sed etiam ut divina magis per Sanctæ sue merita  
eluceret potentia, sine cicatricibus invenitur.

§. 28. Hujus itaque tam excellentis sanctitatis lucerna,  
quoniam sub modio esse volebat Dominus, sed aliquando  
super candelabrum Apostolicæ auctoritatis decreto con-  
stituendum præordinaverat, factum est, vel paucis mensi-  
bus post felicem Sanctæ obitum, ut bon. me. Andreas Epil-

opus Anzimanus, f. l. rec. Lugduni Pape IV. prædecessore  
ris nostri tunc in Vrbe in Spiritualibus Vicariis, et archi-  
episcopum super ejus vita, & miraculis committeret Ep. Leo-  
poldo Baveni, ac Priori Monasterii Sanctæ Crucis in Hiero-  
solytanis Ordinis Carthusiensis, qui multorum testimo-  
niis suscipitis, summam inquisitionem egerunt.

§. 29. Deinde verò biennio, ac nonnullis mensibus cla-  
rissimè, & causa h. me. Cardinali de Albertis delegata, in-  
stantibus Procuratore, & Syndico Monasterii S. Marie No-  
væ, anno 1443. processu causa hujusmodi coram bon.  
mem. Dominico Cardinale Firmiano nuncupato, subdele-  
gato Cardinalis de Albertis, ritè instituto, triginta &  
octo testes super octoginta articulis recepti sunt.

§. 30. Defuncto Eugenio prædecessore prædicto, anno  
1451. meritis B. Franciscæ exigentibus, f. l. rec. Nico-  
laus Pape V. pariter prædecessor noster, qui Eugenio in  
Apostoliam successerat, ac Canonizationis ejus negotium  
aggressus, inquisitionem peragi per Spoletanum, & Min-  
donensem Episcopos mandavit, coram quibus Procurato-  
re, & Syndico prædicti testes ad numerum centum &  
triginta duorum sunt producti, & super novis articulis  
ritè, & ritè recepti, ac processus accuratè & legitime  
formatus.

§. 31. Ac licet rem transigi, & B. Franciscam Sanctam  
deklarari, nec tunc temporis, neque postea tot annis suc-  
cesserit, tamen Dominus Sanctæ sue summum honorem  
in terris debitum, ad hanc usque diem occulta dispensa-  
tione differri volens, ut permittit interea aliis honoribus  
desistit, nunquam enim devotio fidelium erga ancillam  
sua refrixit in Vrbe, quinimo die transitus ejus au-  
thoritate Apostolica, & Populi Romani pia sollicitu-  
dine in honore, & in Curia Caprolina festus habitus fuit,  
donec f. l. rec. Clemens Pape VIII. prædecessor noster,  
pro sua Pastoralis providentia, spiritu Dei motus, piis  
ejusdem Populi Romani precibus benignè aures præ-  
bentes, Canonizationis B. Franciscæ opus, ad decorem, &  
utilitatem domus Dei jaraudium ceptum, consummandam  
censuit.

§. 32. Itaque bonæ mem. Seraphino S. Salvatoris in  
Lauco, necnon dilectis filijs nostris Hieronymo S. Blasii  
de Annulo Pamphilio, & Jo. Gartia SS. Quatuor Coro-  
natorum tit. S. R. E. presbyteris Cardinalibus Millind nū-  
cupatis, tunc Sacri Palatii Apostolici causarum Audito-  
ribus commisit, ut viderent, an secundum Sacrorum Ca-  
nonum decreta, & Ecclesie Romane receptum morem  
Canonizatio hujusmodi celebrari posset. Illis verò, &  
in eorum locum iisdem ad Cardinalatus honorem, coram  
exigentibus meritis promotis, postea subrogati dilecti  
etiam filij Franciscus Pessa, Horatius Lancellotus, &  
Jo. Baptista Phamphilus, ejusdem Sacri Palatii causarii  
pariter Auditores, processus, & acta omnia ab exordia  
causa ut res postulabat recensentes, probationes diligen-  
ter perpenderunt, novoque processu ritè confecto, san-  
ctitatis, & miraculorum B. Franciscæ, ab ejus obitu ad an-  
num usque 1604. quo anno hæc agebantur, continuam  
constantemque famam probari voluerunt.

§. 33. Verum viam universæ earnis ingresso Clemente  
prædecessore, & humilitate nostra ad summum Apostola-  
tus gradum, nullo suffragio meritorum à Domino evocata,  
nec cessante Populo Romano sancta sedulitate instare, ut  
causa Canonizationis hujusmodi absolveretur. Nos ex  
officii debito Pastoralis, que ad Dei laudem, & fidelium zeli-  
ficationem sunt, quantum in Domino possumus, promovè-  
re cupientes, ac non ambigentes id genus esse triumphan-  
tem Canonizationis honorem, per quem sapientiam  
Sanctorum narrant populi, & laudem eorum nunciant Ec-  
clesie; patriæque nostre Inclytæ Urbis Romæ charitate  
cogente, ne filie sue merita veneratione quasi in via co-  
rona destitueretur prædecessorum nostrorum vestigiis in-  
sistentes, rei tantæ in nomine Domini perficiendæ consi-  
lium cepimus. Quapropter cognita ex eorundem audi-  
torum relatione, illorum pro Canonizatione sententias  
illæ, & universæ causam à venerabilibus fratribus nostris  
S. R. E. Cardinalibus sacris ritibus, & Ceremoniis præfe-

§. 34. Qui re diu multumque discussa, ac disputata, B.  
Franciscæ vitæ excellentem cum fide sanctitatem, & præ-  
clara miracula ex omnibus processibus, primo exceptis;

*Marginal notes on the left side of the page, including 'Ampli...', 'Pro...', 'Tribus...', 'Eo desunt...', 'Qui tunc...'*

*Marginal notes on the right side of the page, including 'Pro...', 'Duo post...', 'Dico ubi...', 'Tribus...', 'Eo desunt...', 'Qui tunc...'*

facilique legimus ad rem de qua agebatur...

Hic Pont. horum em- nium relati- nem in Con- sistorio Secre- re habuit, et etiam semel- tiam Card- nos ipsos am- nos horum est ad pau- opribus de- viis & de super- munitium implorantib.

Tandem in d. B. Conf. s. r. Palati comprobatur.

Hodieque tandem ser- vatis serva- dis, B. Fran- ciscam su- am esse pro- nuntiat, et canonizat.

Insque in honore colen- das confirmat, & festum die 9. Martii cele- brari iubet.

Indulgentias eiusdem so- lachrum vi- si antibus largitur.

§. 28. Itaque eorum sententia una cum... §. 37. Deinde coram eadem Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe presentium... §. 38. Quorum sententia audita, Nos gratias Deo agen- tes, quod ancillam suam per ministerium nostrum hono- rificari velle dignaretur, Canonizationis diei declaratio- nem nobis reservavimus, omnesque ad devote interim nobiscum orandum, & elemosynas, & jejuniis, ac sacrifi- ciiis caelestem Spiritum sancti favorem in eam rem infir- mitati nostrae procurandam, iterum adhortati sumus. §. 39. Ac tandem rite peractis omnibus, quae Sancto- rum Patrum auctoritas, Sacrorum Canonum statuta, & saepe Romanae Ecclesiae antiqua consuetudo in re hu- jusmodi praescribunt, hodie in sacra B. Petri Principis Apostolorum Basilica, ad quam una cum iisdem fratribus nostris, S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Romanae Curiae Prae- latis, Officialibus, ac familiaribus nostris, Clero seculari ac regulari, hymnum Ave maris stella, B. Mariae Virginis, Cantorum coetu resonante, solemni ritu processimus, maxima populi frequentia. Post praedictorum Conserva- torum, pro Canonizationis decreto per eundem Advoca- tum conclusas petitiones repetitas, post sacras Lita- nias, Hymnosque decantatos, precibusque in spiritu hu- militatis premissis, ac Spiritus sancti gratia rite implorata, ad honorem Sanctae & individuae Trinitatis, ad Fidei Catholicae exaltationem, & Religionis Christianae augmentum, auctoritate eiusdem Sanctissimae Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostrae de Venerabilium fratrum nostro- rum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscopo- rum & Episcoporum in Urbe presentium consilio, & unanimes consensu, B. Franciscam Romanam, ex Oblatis Monasterii Turris Specularum Urbis, Ordinis S. Be- nedicti, Congregationis Montis Oliveti, cuius corpus Romae in Ecclesia S. Mariae Novae nuncupatae in pace quiescit, de cuius Sanctitate vitae, fidei sinceritate, & miraculis plene constat, & constat, Sanctam esse desi- nimus, ac Sanctarum mulierum catalogo adscribendam decrevimus, prout praesentium tenore adscribimus, decer- nimus, & adscribimus, illamque omnes fideles venerari mandavimus, & mandamus. §. 40. Statuentes, ut ab universali Ecclesia in eius ho- norum Ecclesiarum & Altaria, in quibus sacrificia Deo offer- rantur, edificari, & consecrari possint, & singulis annis die 9. Martii festum ipsius, & officium Sanctarum in Urbe Virginum, nec Martyrum, ad Breviarium Romani praescri- tum devote celebretur. §. 41. Praeterea eadem auctoritate omnibus vere po- nitibus & confessis, ac sacra communione refectis, qui annis singulis eodem die festo ad sepulchrum in quo Cor- pus eius requiescit, devote accedunt, necnon Ecclesias, & Altaria in ipsius honorem constructa devota pariter visitaverint, eisdem indulgentias, & peccatorum remissi- ones concessimus, & elargiti sumus, prout concedimus, & elargimur, quae ceteris diei Ordinis Ecclesiae in diebus

§. 42. Denique etiam... §. 43. Confitemini... §. 44. Ceterum... §. 45. Nulli ergo... Ego Dominus... Ego Antonius... Ego Marianus... Ego Laurentius... Ego Bartholomaeus... Ego Pompeius... Ego Bonifacius... Ego Dominus... Ego Robertus... Ego Dominus... Ego Antonius... Ego Ianicus... Ego Iohannes... Ego Iacobus...

Hic Pont. horum em- nium relati- nem in Con- sistorio Secre- re habuit, et etiam semel- tiam Card- nos ipsos am- nos horum est ad pau- opribus de- viis & de super- munitium implorantib.



Ego Hieron. ep. S. Basilii de anno 10 Presbyr. Cardinalis  
 Pamphilius  
 Ego Ferdin. de S. Ludovici Presbyr. Card.  
 Ego Scipio de S. Chrysogoni Presbyr. Cardinalis Dur.  
 Ego Ludovicus de S. Pancratii Presb. Cardinalis Mont.  
 Ego Theobaldus de S. Petri in Monte Aureo Presb. Card.  
 Ego Joann. Constan. de S. Quatuor Presbyr. Cardinalis  
 Ego Marcellus de S. Quirici, et Juliane Presbyr. Card.  
 Ego Franc. de S. Maria in Via Latina.  
 Ego Alexander S. Laurentii in Damaso, diacon. Cardin.  
 Ego Andreas S. Augustini in foro Piscatum Diacon. Cardin.  
 Ego Joann. Baptista S. Mariae in Cosmedin, diac. Cardin.

... et levare, ac in suo usus, & utilitatem convertere libere & licite valerent, prout in ejusdem Pii Quarti predecessoris hinc licentia, prioribus nimirum sub Kalendis Februarii, posterioribus vero sub Nonis Julii, dat. Romae sui anno tertio confectis, plenius continetur.

§. 2. Successive vero pia mem. Pius Papa V. etiam predecessor noster, per suam qua incipit Sacrosanctum, de super edictam constitutionem revocavit, & abolevit, & quaecumque privilegia, facultates, dispensationes, & indulta percipiendi similes pensiones, fructus, & alias res Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum, & officiorum Beatorum hancorum, secularium, & Regularium dicti S. Stephani, ceterisque Militiis, & Hospitalibus, eorumque Militibus, Fratribus, & personis, tam Clericis, quam conjugatis, quibusvis modo, & forma, ac quibuscumque de causis concessa, & approbata, ita quod ipsi, si conjugati, sive bigami, sive Clerici, sive etiam Presbyteri, nullas de cetero recipere, sed eas solas quas tunc habebant, recipere, & eas quoque per futurum contractum matrimonii extinctas censere, prout in eadem constitutione, latius continetur.

Pius V. in dultum ab- solvendi pen- siones Mil- itibus istis abbas, & oblatas per contractum Matrimonii vocare non crevit, ut supra in con- stit. 73. Sa- crofanctum lib. 2.

LI. Ampliatio privilegiorum Militie S. Stephani circa annuos pensiones Ecclesiasticas, habitumque a Militibus deferendum.

De Institutione, utique statu hujus Militie, attende supra confectis. 60. Pii IV. His qua, cum his qua tibi indicavit lib. 2.

§. 3. Postmodum recol. mem. Sixtus Papa V. similiter predecessor noster, considerans suis potissimum temporibus hujusmodi Milites, pro Dei, Christiani nominis gloria, & fidei Catholice defensione, non solum sepius in diversis expeditionibus contra, &c.

Sixtus V. Bulla Pii V. quoad istos Milites re- vocavit, ut supra in con- stit. 104. Circa- spectu, lib. 2.

omittere residuum, quia tota bulla est supra in loco hic in mar- gine indicato.

PAULUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam.

Un generosa Militum militie S. Stephani Papae, & Martyris, sub felici religiosissimi Principis Ferdinandi Magni Hetruriae sibi subjectae Ducis, & dictae Militie Magistri auspicio, gubernio, & directione plurimum progredientis gesta, laudabileque & gloriosas contra nefarios Turcarum ausus reportatas victorias animo perpendimus, dignum, quin potius debitum arbitramur, ut eisdem Milites, utpote Domini Nostri Jesu Christi athletas acerrimos, peculiari beneficentiae nostrae largitate prosequamur, eorumque comodis, & congrua sustentationi opportunè consulamus, ut ipsi exinde ad majora ab ipsorum Turcarum copiis itropha reportanda alacriores reddantur, & promptiores.

§. 4. Cum autem, sicut Nobis innotescit, dicta Militia sub felicibus ipsius Ferdinandi Magni Ducis auspiciis, fortium & strenuorum Militum, tritemiumque, & aliorum Navigiorum bellicis, & nauticis apparatus optime instructorum numero copioso sit aucta, ipsique illius Milites piratarum infidelium oras Tyrreni maris passim infestantium excursionibus, & depradationibus armata classe obstantes, non solum Italian ipsam pluries ab ineurionum hujusmodi damnis, & incommodis, magno ejus bono, egregia animi fortitudine tutati sint, sed etiam in ipsorummet infidelium dominia & regionis magnis ausibus, summo cum vitae fortunarumque discrimine irruentes, graves eis clades, Oppidorum expugnaciones & direptiones intulerint, ac partis non semel de illis insignibus victoriis, eorumdem audaciam represserint, vires fregerint, impios conatus contuderint, ac perinde sese magna sui gloria, & nominis Christiani commendatione formidabiles eis reddiderint. Hisce & aliis rebus praeclare gestis, de ipsa Italia, atque adeo tota republica Christiana optime meriti, & apud etiam exteras nationes inelytam magnanimitatis, relique militaris peritiae famam adepti sint, ipsaque Militia tum dicti Ferdinandi Magni Ducis, qui majorum suorum virtutibus insistent in hoc ejus eminentiori animi studio, & cura incumbit, praestanti virtute, & potentia, tum etiam priorum Militum fortitudine eximia, clarior & illustrior in dies evadat: & quoadmodum hucusque republicae Christianae adversus infidelium incuriones magno propugnaculo fuit, ita etiam de cetero in expeditionibus contra eosdem infideles, pro fidei Catholicae defensione pari, vel majori adjumento esse possit.

Iste modus Pont. ex cau- sis hic annuo- ciat.

§. 1. Alias siquidem felicitis record. Pius Papa Quartus predecessor noster, post erectionem, & institutionem dictae Militie sub regula sancti Benedicti, per clarae memorie Cosmum tunc Florentiae, & Senarum Ducem, in Ducatu Florentiae de licentia Sedis Apostolicae ipsi Cosmo Duci per literas ejusdem Pii predecessoris attributa ante factam, eidem Cosmo Duci Magno Magistro, necnon Conveni, Militibus, Priori, ceterisque ministris Ecclesiae dicti Conventus, & aliis personis, etiam in factis, etiam Presbyteratus ordinibus constitutis, etiam quaecumque, quotcumque, & qualiacumque, cum cura, & sine cura, beneficia Ecclesiastica obtinentibus, eorumque beneficiis, praecceptoris, sive Commendis, robus & bonis diversae exemptiones, etiam à jurisdictione Ordinationum, libertates, immunitates, etiam à contributione decimarum, & onerum, indulta, privilegia, facultates, indulgentias, & gratias spirituales & temporales benigne concessit, & largitus fuit, atque inter cetera indulget omnibus, & singulis dictae militie Militibus, etiam conjugatis, ac etiam bigamis, aliisque praedictis, ut singuli singulas pensiones annuas usque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera, super quosvis Cathedralium, & Metropolitanarum, aliorumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Canonica- tuum, & praebendarum, dignitatum, personatum, ad- ministracionum, & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quosvis Ordinum Regularium fructibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis aliis sibi canonicè reservandas accumulativè, cum quibusvis aliis pensionibus annuis, quas illos ex quovis alio privilegio Apostolico pro tempore percipere contingeret, ad vi-

§. 5. Nos idcirco eam magis in dies florere, ac novis incrementis augeri desiderantes, illisque Milites pro insigni eorum virtute, ac in nos & Sedem Apostolicam devota propensione, speciali aliqua Apostolica benefi- cencia gratia cohonestare volentes, omniumque & sin- gularum literarum, & constitutionum praedictarum te- norem praesentibus pro expressis habentes, necnon dic- tum Ferdinandum Magnum Ducem, ac Conventus hu- jusmodi singulares personas à quibusvis excommuni- cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesia- sticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab ho- mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo- modolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, dicti Ferdinandi Magni Ducis Nobis desuper porrectis supplicationibus inclinati, fa- cultatem, & indultum percipiendi & exigendi pensiones

Gratias & facultates à Pio IV. Sixto V. percipiendi pensiones Militibus, tam Laicis quam Clericis, quibus bigamis con- cessae testi- mus. & ad summam ducati 400. extendi. & ad favorem illegitimi. 8.

Vertical marginal notes on the left side of the page, including names like 'Hieronymus', 'Ferdinandus', and 'Scipio'.

annuas usque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera huiusmodi, Militibus predictis, tam Laicis, quam Clericis, etiam conjugatis, etiam bigamis, aliisque etiam Presbyteris per Pium IV. concessa, et per Pium V. revocata, deindeque per Sixtum V. predecessores predictos adversus ipsam revocationem in integrum restituta, reposita, et revalidata, ac de novo etiam concessa, ut praefertur, ac singulas eorum Pii Quarti, et Sixti Quinti predecessorum desuper concessas literas, usque ad summam quadringentorum ducatorum auri de Camera huiusmodi in totum. Ita quod omnes et singuli Militibus dictis Militibus, nunc et pro tempore existentes, tam Laici, quam Clerici, etiam conjugati, et bigami, aliisque etiam Presbyteri, etiam illegitimi, ex quovis reprobato, vel damnato coitu procreati, deinceps in perpetuum quascumque pensiones annuas, usque ad summam praefatam quadringentorum ducatorum auri de Camera, super quibusvis Cathedralium, et Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Canoniciarum, praebendarum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, et sine cura, secularium, et quorumvis Ordinum Regularium huiusmodi fructibus, redditibus, proventus, iuribus, obventionibus, et emolumentis, ac distributionibus etiam quotidianis, alias eis canonicè reservandas, etiam accumulativè, cum quibusvis aliis pensionibus annuis, quas ex quovis alio privilegio, seu indulto, aut dispensatione Apostolica eis in genere, vel communiter, seu eorum cuilibet nominatim, et sigillatim, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, ante et post datam praesentium, quodcumque concessa, aut concedenda, usque ad quascumque summam dictis quadringentis ducatis longe maiorem de praesenti percipiunt, et pro tempore percipient, ad vitam retinere, percipere, exigere, levare, et recuperare, inque suos usus, et utilitatem convertere liberè, et licitè valeant, et ex iis, tam Laici, quam Clerici, conjugati, et non conjugati, ratione pensionis huiusmodi, quas sic pro tempore perceperint, ad incidendum in habitum, et tonsuram clericalem, deferendumque vestes saeculares, iuxta praefatam Sixti predecessoris constitutionem minime teneantur, neque ad id obligati existant, aut aliqua ratione cogi, aut compelli possint, neque ipsarum pensionum, vel illarum loco fructuum, reddituum, et proventuum huiusmodi reservationes, ob non delationem habitus, tonsuræ, aut vestis huiusmodi, seu per contractum matrimonium, seu per bigamiam quancumque, etiam supervenientem, aut per exercitium militiæ, et quoscumque actus bellicos Clericis, et Ecclesiasticis personis, de iure, et per sanctos Canones prohibitos, nimirum militares, et sanguinis effusione, membrorum mutilatione, et morte infidelium subsequuta, minime cessent et expirent, aut cessata, vel extincta dicantur cessare possint, sed ipsi Militibus nihilominus ut prius pensiones, ac fructus, redditus, et proventus huiusmodi percipere, et exigere possint, et valeant, dummodo habitum clericalem, vestes nimirum laicales communes, cum insignibus Crucis dictæ Militiæ consuetis, iuxta alias dicti Sixti Quinti predecessoris super declaratione huiusmodi habitus militaris, sub dat. videlicet pridie Kal. Februarii, Pontificatus sui anno quarto, que incipiunt, Pastoris, editas literas deferant, utque constitutioni eiusdem Sixti Quinti predecessoris plenè satisfacere intelligantur, et censeantur, auctoritate Apostolica tenore praesentium extendimus, et ampliamus, et quatenus opus sit, usque ad dictam summam quadringentorum ducatorum huiusmodi de novo concedimus.

*Clas. pro-  
scriptum  
opinio.*

§. 6. Decernentes facultatem, et indultum huiusmodi, et literas Pii Quarti, et Sixti Quinti predecessorum eorundem desuper editas, ex nunc perpetuè extensas, et ampliatas esse et fore, nec praemissa, ac praesentes literas de subreptionis, obreptionis et nullitatis vicio, seu intentionis nostræ, vel quovis alio defectu notati, impugnari, invalidari, aut ad viam et terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, gratia vel facti remedium impetrari, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concedi posse, aut debere, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratia-

rum suspensionibus, revocationibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, a Nobis et successoribus nostris, ac Sede Apostolica quavis de causa, quacumque iusta, pro tempore emanata, et emananda comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, et quales illas emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quocumque posteriori Duce, per dictum Ferdinandum Magnum Ducem et Magistrum, et Milites dictæ Militiæ, pro tempore existentes quoscumque eligenda concessas esse et cense, sicque per quoscumque Iudices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, et Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, subiecta eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, ubique iudicari, et definiri debere, itaque quoque et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Florentino et Pisano Archiepiscopis, ac dilecto filio causarum Curie Camerae Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios praesentes literas, et in eis contenta quaecumque, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ferdinandi Magni Ducis, ac Conventus et Militum predictorum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos, et eorum quemlibet eisdem praesentibus, et in eis contentis quibuscumque, pacificè frui, et gaudere. Non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari: contraditores per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, et facti remedia, appellatione postposita compellendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 8. Non obstantibus recolendæ mem. Bonifacii Papae Octavi pariter predecessoris nostri de una, et in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas aliquis vigore praesentium ad iudicium trahatur, necnon Pictavien. Concilii contra illegitimos, ac dicti Pii Quinti predecessoris revocatoria, ac illa qua inter alia vetuit gratias huiusmodi suis excludi temporibus, et quod sibi licere non est passus, etiam suis successoribus non licete iudicavit, necnon praefatis Sixti Quinti predecessoris, et quibusvis aliis constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, et quancumque Ecclesiarum, Monasteriorum, et Ordinum predictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, Monasteriis, et Ordinibus, eorumque Praesulibus, Capitulis, Conventibus, Superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis et innovatis, quibus omnibus, et singulis, ac aliis, que praesenti gratia obesse possent, etiam pro illarum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialia, specifica, individua, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice demtatè specialiter et expressè plenissimè derogamus, ac derogamus esse volumus et decernimus, et contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter, aut divinum ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ 1608. 14. Kalend. Julii, Pontificatus nostri anno quarto.

Quod

VII. Quod Rectores Ecclesiarum Parochialium India- rum Occidentalium & Orientalium, ab his qui in Ecclesiis & domibus Fratrum, & Monialium Ordinis S. Francisci de Observantia sepeliuntur, eam tantum quazant eleemosynam, quaz à Con- cilio Tridentino præscripta, & à Pio V. expli- cata fuit.

Non absumptem edidit constitutionem pro Fratribus Eremitis S. Augustini, qua est supra. Quinimo & pro his Fratri- bus de Observantia Clem. VIII. suam ediderat const. 96. Expositum, his supra.

Hanc constitutionem confirmavit cum deputatione In- quisitorum hæreticæ pravitatis pro ejusdem execu- tione, S. D. N. Urbanus VIII. in const. 21. aliis felic. record. inf. tom. 4.

A. D. PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

EXpositum nobis nuper fuit pro parte dilecti filii Mat- thei de Recalde Vicecommissarii generalis Indiarum Occidentalium, Ordinis fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, quod Rectores Parochialium Ecclesia- rum Indiarum Occidentalium, & Orientalium, ne Christi fidelium qui pro tempore ab humanis decedunt, cadavera ita commodè in Ecclesiis Fratrum, & Monialium dicti Ordinis Ecclesiasticæ sepulturæ tradi valeant, ut in eorum Parochialibus Ecclesiis valerent, de consi- lio forsan suorum Superiorum absumptum introduxerunt, ut majorem scilicet eleemosynam ab illis exigant, qui in Ecclesiis dicti Ordinis sepeliuntur, quàm si in propriis Ecclesiis sepelirentur, itaut Christi fideles qui in Eccle- siis hujusmodi sepeliri desiderant, parum ad minus Paro- chialibus Ecclesiis eleemosynam relinquere debeant rati- one eorum sepulturæ, ei quam Ecclesiis Ordinis hu- jusmodi relinquunt.

§. 2. Et quod pejus est, si quis pro animæ suæ refrige- rio nonnullas Missas à Fratribus prædicti Ordinis cele- brandas reliquerit, præterdunt Parochi eleemosynam ratione Missarum hujusmodi relictam, inter ipsos & Fra- tres prædictos dividendam esse.

§. 3. Et ulterius iidem Rectores de mandato forsan suorum Ordinariorum, filios quorum patres in Eccle- siis dictorum Fratrum & Monialium sepulti sunt, aut se- pulchram particularem pro se & suis habent, nulla consuetudine legitima suffulti, in eorum Parochialibus Eccle- siis sepeliri, & dictos patres ad hoc ut in dictis Paro- chialibus Ecclesiis sepeliantur, cogere & compellere conentunt, & quotquot Fratres regulares defunctum aliquem ad Ecclesiasticam sepulturam in suas regulares Ecclesias comitantur, tot etiam sæculares sacerdotes, aut clericos assumi volunt, in maximum domorum & Mo- nasteriorum dicti Ordinis præjudicium, eo quod multi- plicia hujusmodi funerum impensæ difficultate deter- riti, in dictis regularibus Ecclesiis sepulturam eligere nequeunt; unde fit ut dicti Ordinis Ecclesias mortuo- rum sepulturis, & consequenter eleemosynis, etiam quæ in suffragium animarum fieri consueverunt, paulatim des- titutas ita verendum sit.

§. 4. Quare dictus Mattheus Nobis humiliter suppli- cari fecit, ut domorum & Monasteriorum, necnon Fra- trum & Monialium dicti Ordinis illarum partium indem- nitati consulere, ac aliis in præmissis opportuna provi- dere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur hujusmodi abusus è medio tollere, ac dicti Ordinis, ejusque religiosorum utriusque sexus, ut majores in Vineâ Domini fructus in dies afferre stu- deant, commoditatibus, quantum tum Domino possu- mus, prospicere cupientes, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina- lium consultationibus & negotiis Episcoporum, & Re- gularium Præpositorum, omnibus & singulis Parochia- lium Ecclesiarum in partibus Indiarum, tam Occidenta- lium, quàm Orientalium Rectoribus, nunc & pro tem-

porè existentibus, harum serie interdiximus & prohibe- mus, ne sub excommunicationis majoris late sententiæ pœna, à qua non nisi à Nobis, seu à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi possint, ex nunc deinceps perpetuis futuris tem- poribus majorem eleemosynam ab his qui in dictarum domorum utriusque sexus Ordinis S. Francisci Ecclesiis sepulturam eligunt, & sepeliuntur, ea quam illis præscri- bit Concilium Tridentinum sessione 25. cap. 13. juxta ex- plicationem à fel. record. Pio Papa V. prædecessore no- stro emanatam, sub datum Romæ apud Sanctum Pe- trum, anno Incarnationis Dominicæ 1567. 17. Kalend. Junii, Pont. sui anno 2. quovis prætextu aut occasione, etiam de consilio, consensu, & mandato suorum Ordinariorum exigere.

§. 6. Nec filios quorum patres in Ecclesiis dictorum Fratrum & Monialium sepulti sunt, aut sepulturam particu- larem pro se, & suis habent, in eorum Parochiali- bus Ecclesiis sepeliri, & dictos patres ad hoc ut in di- ctis Parochialibus sepeliantur, cogere valeant, seu præ- sumant.

§. 7. Quocirca dilectis filiis Curie causarum Camera Apostolicæ generali Auditori, ac Indiarum Occidenta- lium Societatis Jesu Provincialibus pro tempore exi- stentibus per præsentem committimus & mandamus, qua- tenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Superiorum & Fratrum cujuscumque domus & Mona- sterii dicti Ordinis illarum partium fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, præsentem literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faci- ant auctoritate nostra illorum omnium & singulorum effectu pacificè frui & gaudere, non permittentes eos de- super à quoquam quavis auctoritate quomodolibet inde- bite molestari, contradicere quoscumque, & præmissis non parentes, eisque auxilium, consilium, vel favorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè quomodolibet præstantes, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, alia- que opportuna juris & facti remedia, appellatione post- posita compescendo, invocato etiam si opus fuerit auxi- lio brachii sæcularis.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis consti- tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesia- rum, domorum, & Monasteriorum, & Ordinis hujus- modi, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, privi- legiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Ecclesiis, ac illarum Rectoribus, aut quibuscumque aliis, sub quibuscumque tenoribus & formis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, die 25. Junii 1608. anno quarto.

De ambitu Fratribus Eremitis Ordinis S. Augu- stini interdicto.

Alia de his Fratribus indicavi supra in Alex. IV. const. 6. Etiam, lib. 1. Quibus adde const. 80. nuperimè editam cir- ca sermionum in electione Superiorum hujus Ordinis.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Admonemur Pastoralis officii nostri debito diligen- tius prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi sæculo renunciarunt, ad dignitates & officia per emendatâ suffragia ambitiosus pateat accessus.

Nec ad sepeliendum in Parochialibus cogere posse, qui in domibus de Ordine sepulchram elegerunt. Executores huius consti- tutionis designati.

Contrariis derogat.

Transumptis quoque creditis mandati.

Dati. P. A. 4. die 25. Junii.

Edita A. D. 1608.

Executores.

*Ambitus prohibitorum Prælati huiusmodi Ordinis.*

§. 1. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectis filiis Priori Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinibus S. Augustini Fratrum Eremitarum Prælati, nunc & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus & mandamus, ne ad instantiam & requisitionem quatumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque seculari dignitate & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiusvis dicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, & administrationes, functiones, vel prælaturas ejusdem Ordinis concedere audeant.

*Favores & quærentibus pœna.*

§. 2. Quinimo dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hac via, & his mediis per conquisitos favores & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus.

*Prohibitionis ampliatæ.*

§. 3. Insuper dictis Religiosis, & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque, sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdiciamus, ut non solum in præmissis omnibus favores hujusmodi minimè procurare, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant, seu presument.

*Derogatio contrariis.*

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

*Transumptum fides.*

§. 5. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*Dat. P. A. 4. die 4. Julii.*

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 4. Julii 1608. Pont. nostri anno quarto.

**XLIX. Ampliatio jurisdictionis S. R. E. Cardinalis Archiepiscopi, & Judicis causarum Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, & Capituli interesse concernentium.**

*De hac jurisdictione extat sup. cons. 45. Gregor. XIII. lib. 2. Cum scis, ubi notavi.*

*Edicta A. D. 1608.*

**PAVLVS EPISCOPVS,**  
*Servus servorum Dei: Dilecto filio Scipioni, tituli Sancti Chrysogoni Presbytero Card. Burghesio nuncupato, salutem & Apostolicam benedictionem.*

*Notandum.*

**A**d ea circumspeditioni tuæ multis nominibus de Sede Apostolica benemeritæ, & Nobis plurimum gratæ & acceptæ concedenda libenter inducimur, per quæ felici Ecclesiæ Lateranensi opera tua prospici, & personarum ipsius Ecclesiæ, erga quam peculiarem geris devotionis affectum, commoda in dies augeti, & illarum jura conservari possint.

*Confirmatio omnium privilegiorum, quæ alius Archiepiscopi concessa fuerunt.*

§. 1. Cùm itaque nos nuper Archiepiscopatum dictæ Ecclesiæ certo, quem haberi volumus pro expresso, modo vacantem, Tibi qui noster secundum carnem ex sorore germana nepos existis, per te quoad vixeris, tenendum, regendum, & gubernandum Apostolica commendaverimus auctoritate, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur, ipsius Ecclesiæ indemnitati, utilitati, & bono regimini salubriter consulere, prout ex debito Pastoralis officii tenemur, ac dilectorum filiorum illius Capituli, Canonicorum, ac ministrorum commodis, ac jura conservacioni, & ne ad diversa tribunalia

dictæ personæ trahantur, earum quieti, & litium dispensatione perire cupientes, necnon de tui integritate, providentia, & circumspectione plurimùm in Domino confidentes, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis desuper oblata petitione instantiam, sed ex mera nostra deliberatione, ac certa scientia, omnes & singulas jurisdictiones, potestates, privilegia, exemptiones, libertates, prerogativas, antelationes, indulgentias, etiam super collatione beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, auctoritates, & facultates per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, aliis S. R. E. ejusdem Lateranensis Archiepiscopatus, qui pro tempore fuerunt, quod Ecclesiæ ipsas, & illarum personarum intuitu, & ad eorum instar, etiam in genere, vel in specie concessa, ad te quandiu dictum Presbyteratum obtinueris, tumque, & dictæ Ecclesiæ Vicarium per te deputatum, & pro tempore à te deputandum, dicta auctoritate tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

§. 2. Et nihilominus motu, & scientia similibus, & inhærentes aliis facultatibus, & privilegiis per felic. rec. Gregorium Papam XIII. & alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros Archiepiscopis, & Canonicis, ac beneficiatis dictæ Ecclesiæ Lateranensis pro tempore existentibus hæcenus concessis, quas & quæ salva & illæsas, ac salva & illæsa esse, ac suam valoris firmitatem obtinere, illasque, & illa ampliare & extendere volumus & intendimus, omnes & singulas causas, etiam beneficiales Ecclesiasticas, spirituales, merè profanas & mixtas, etiam compromissas, tam civiles, quam criminales (citra tamen pœnam sanguinis, & corporis afflictivam) inter dictos Capitulum, Canonicos, & Beneficiatos, ac Clericos, necnon Capellanos, Ministros, servientes respectivè, seu quæcumque eorum ex una, & quascumque alias personas, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præminentie existentes, necnon Hospitalia, pia loca, & Collegia, Communitates, vel Universitates ex altera partibus, sive inter dictum Capitulum, & Canonicos, vel eorum quemlibet, ac Beneficiatos, Clericos, seu Capellanos prædictos, vel quoscumque eorum, coram quibuscumque Judicibus ordinariis, extraordinariis, Commissariis, & executoribus, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac causarum Palatii Apostolici, & Curie Cameræ Apostolicæ Auditoribus, & Locumtenentibus, super quibuscumque rebus, bonis, & pecuniarum summis, etiam vigore obligationis in forma Cameræ Apostolicæ vertentes & pendentes respectivè, quorum omnis & singulorum status & merita, nominaque & cognomina, ac qualitates, tam partium & personarum prædictarum, quam etiam rerum super quibus lis pendet, præsentibus pro expressis habentes, ad nos per easdem præsentibus pro expressis habentes, ad nos per easdem præsentibus avocantes, illasque in statu, & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, & quas in futurum moveri denuò contigerit, tam activè, quam passivè, etiam per prædictos Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos & Capellanos, seu eorum quemlibet, contra quascumque personas, Conventum, Collegia, Capitula, Universitates, Societates, Hospitalia, & loca quæcumque secularia, & quorumvis Ordinum, Militiarum, & Hospitalium regularia privilegiata, etiam per prædictos Capitulum, & Canonicos, contra Beneficiatos, Clericos, & Capellanos prædictos, super quibuscumque pecuniarum summis, bonis Ecclesiasticis, censibus, Canonibus, tritici, grani, vini, pecuniarum, aut aliarum rerum responsionibus, prædiis, rebusque, & bonis ad quæcumque pecuniarum summam, numerum, & quantitatem, ac valorem ascendentes, ad d. Lateran. aut illi unitas, vel annexas Ecclesiæ, & Parochiales, seu Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Ministros, etiam privatis, ac ratione singularum personarum quomodolibet spectantibus, aut eorum interesse directè, vel indirectè, communiter, vel divisim ad eorum quemlibet concernentibus, rebus aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, & deducendis, ac illorum occasione, cum omnibus & singulis suis incident. emerg. annexis & connexis, Tibi, tuoque Vicario nunc & pro tempore per te deputato, summarè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola veritate facti inspecta, & quatenus opus sit, executivè, etiam manu

mano regia, obsequio... nonnullorum substantialium, & alienis... tunc iudiciali observatione, sine consecratione regi- stri, sive extracuriali, quacumque appellatione posside- ctum non sit, sicut, audiendas, cognoscendas, velle- das, sineque dubio terminandas, dicta auctoritate va- rumdem temporis presentium committimus & mandamus, eisdem presentibus perpetuis temporibus duraturis.

§. 3. Cum potestate dictas partes respective, & omnes alios, quos opus fuerit, sua committitur, vel diuina in- teresse perantes, omnes in executione citationis nomi- nandos, in Romana Curia, vel extra, am per edictum pub- licum, confiteo summarie & extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, et omnibus iudiciis supradictis, & quibus, & quocumque opus fuerit, etiam sub censuris Eccl- uasticis & pecuniariis tuo arbitrio moderandis, & appli- candis, etiam per simile edictum inhibendi, causasque ipsas coram quibusvis eorum de facto forsan inductas, seu introducendas ab eis auocandi & reassumendi, etiam in eventum non partitionis, pœnas & censuras prædictas damnabiliter incurrisse, & incidisse declarandi, illasque etiam iteratis vicibus aggravandi & reaggravandi, inter- dictum Ecclesiasticum apponendi, & brachii secularis auxilium habendi & invocandi, loco unius sententia, seu sententiarum prædictarum, mandata executiva in forma solita & consueta decernendi, illudque & illa, & quicquid per te & Vicarium prædictum, vel alterum ves- trum iudicatum fuerit, exequendi. Expensas quascum- que taxandi & moderandi.

§. 4. Ac in causis omnibus & singulis præmissis, vel earum qualibet, seu quolibet præmissorum, etiam sin- gulis diebus & horis, præterquam in honorem Dei fe- riatis, procedendi.

§. 5. Necnon Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Capellanos prædictos, seu eorum quemli- bet à vinculo juramenti, ad effectum agendi, aliisque censuris & pœnis, quatenus oportuerit absolventi, om- niaque, & singula alia faciendi, gerendi, & exercendi in præmissis necessaria, seu quomodolibet opportuna.

§. 6. Ac insuper, si in præjudicium auctoritatis, jurifi- dictionis, & facultatum præfatarum contingat causas sub diversis pretextibus à Te, seu dicto Vicario auocari, ac aliis iudiciis committi, omnes & quascumque com- missiones, tam Gratia, quam Iustitia, interesse Ecclesie Lateranensis, Capituli, & personarum huiusmodi quo- modolibet concernentes, aliter quam manu nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis, te ad id vocato signatas, & inhibitiones earum prætextu emanandas, processusque per eosdem habendos, & inde secuta qua- cumque, nullius roboris, vel momenti esse, & illis non obstantibus, te, dictumque Vicarium, ut ad ulteriora in causis huiusmodi procedere possis, atque ad parendum commissionibus prædictis, earumque prætextu emanatis inhibitionibus minimè teneri, ac ob non partitionem, censuras, aut pœnas aliquas minimè incurrere posse de- claramus.

§. 7. Decernentes easdem presentes ad tui vitam, seu quamdiu Archipresbyteratum huiusmodi obtinueris, tam nostris quam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum temporibus durare, suamque vim & roboris firmitatem obtinere, nec easdem presentes sub quibus- vis similibus, vel dissimilibus facultatum, & gratiarum derogationibus, revocationibus, aut aliis contrariis dis- positionibus, per Nos vel Romanos Pontifices succe- ssores nostros præfatos, etiam motu simili, & ex certa no- stra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine edendis comprehendendi, nec per eas immutari, suspendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci posse, sed eas perpetuo validas, & efficaces fore, ac quoties hu- jusmodi contraria emanabunt, toties illas in pristinum, & eum in quo antea erant, statum restitutas, & sub po- steriori data per te, seu dictum Vicarium eligenda, de novo concessas censeri, & quicquid illarum vigore aliis ritè gestum, statutum, factum, mandatum, indultum, & exequutum fuerit, perpetuam vim, & roboris firmitatem obtineat, ac de subreptionis vitio, seu intentionis nos- træ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos juris, seu in jus, vel controvertiam revocari non posse.

§. 8. Siquis per quoscumque Judices, & causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, su- blectis eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi & in- terpretandi facultate, in quavis causa & instantia iudic- cari, & diffiniri debere, necnon irritum & inane, si se- cus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus & ordinationi- bus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, stylo Palatii, & Regula Cancellarie Apostolicæ prohibente mandata exsequutiva aliis quam sub plumbo expediri, facultatibus, & jurisdictionibus nostro in Urbe, & ejus districtu in spiritualibus Vicario generali, Senatori, & causarum Curie Cameræ Apostolicæ generali Auditori, seu S. R. E. Cardinalibus, & quibusvis dictæ Urbis Judi- cibus supradictis, & aliis quibusvis personis, sub quibus- cumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam de- rogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, effi- cacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & fortioribus decretis, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine patibus, etiam consistorialiter per Nos, seu quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nos- tros in contrarium forsan quomodolibet concessis, con- firmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innova- tis, etiam si cautum sit in eis expressè, quod illis nullatenus, vel non nisi sub certis inibi forsan expressis & nomi- natis modis & forma derogari, seu contra illa quic- quam concedi possit, & aliter factæ pro tempore dero- gationes, & cõcessiones nullatenus eis quibus conceden- tur suffragari possint, seu debeant, nulliusque roboris, vel momenti existant. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau- sulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad ver- bum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obser- vata, presentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, etiam motu & scientia similibus, specialiter & expressè derogamus, & derogatum esse, nec illa eisdem presentibus quicquam adversari, vel obstare volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incar- nationis Dominicæ 1608. sexto Idus Julii, Pont. nostri anno quarto.

Quod Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Re- demptionis Captivorum non recipiant Fratres Minores S. Francisci Capuccinos, neque alios strictioris Regule.

Eandem ferè constitutionem ad favorem omnium Fratrum Minorum edixit Clem. VIII. supra in sua constit. 46. Nuper ad nos. Quo verò ad Capuccinos, vide indicata su- pra in Clem. VII. constit. 21. Religionis, lib. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper ad nos perlatum est Religiosos Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, præ- textu cuiusdam indulti Apostolici dicto Ordini antiqui- tate concessi, ac demùm per sel. rec. Clementem Papam VIII. prædecessorem nostrum per suas in huiusmodi for- ma Brevis literas datas 15. Decemb. 1596. Pont. sui an- no 5. aboliti, & revocati, aut forsan alterius, Professores Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, & alios regule strictioris, in eorum so- dalitatem, seu Domo, aut Conventus recipere.

§. 1. Quare cum id sæpius meritis pœnas eludendi causa fiat, & ex hoc multa scandala in populo generen- tur, & alia multa incommoda nascantur. Nos huiusmo- di scandalis obviare, & quieti Religiosorum ampliùs prospicere cupientes, ne quis Prælatorum, seu Superio- rum

Vertical marginal notes on the left side of the page, including 'Causa huiusmodi', 'Prohibita', and other references.

Vertical marginal notes on the right side of the page, including 'Causa huiusmodi', 'Prohibita', and other references.

rum, aut Fratrum Conuentum, seu domorum dicti Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, tam in Regnis Hispaniæ, quam alibi constitutum, quavis ille dignitate, præminencia, prerogativa, vel munere fungatur, præsertim cuiusvis indultus, seu privilegii Apostolici, ea recipere audeat, vel præferat, causa quarti voti, quod ipsi Professores Ordinis B. Mariæ de Mercede huiusmodi faciunt, Apostolica auctoritate, tenore præsentium districte prohibemus.

Derogatio contrariis.

§. 3. Non obstantibus privilegiis, seu indultis huiusmodi, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis B. Mariæ de Mercede juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illi sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 4. die 7. Julii

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 7. Julii 1608. Pont. nostri anno quarto.

L. I. Quod Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienfis, Ordinis Cisterciensis, possint ubique de sola Ordinariorum licentia nova Monasteria construere.

Consonas Concilio Tridentino, dispositio in c. 3. sess. 25. in fine.

Istam Congregationem primò approbavit Sixtus V. ut sup. in ejus constit. 70. Super, lib. 2. ubi alia notavi.

Edita A. D. 1608.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Recordium.

Ministerio sacri Apostolatus officii licet immeriti præfidentes, ad ea per quæ cunctorum fidelium, præsertim religiosorum sub reformatione ad arctiorem regularis disciplinæ observantiam introducta vacantium profectui, & eorum locorum regularium propagationi provideatur, libenter intendimus, & ea quæ his quodammodo obstat videntur tollimus, & aliis in his officiis nostri partes favorabiliter impartimur, prout rerum, temporum, & personarum qualitatibus diligenter pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienfis, in omnibus mundi partibus in die fructus afferunt, idcirco eorum propagatio multè profutura speratur.

§. 1. Cum igitur, sicut cum magno spirituali gaudio nostro accepimus, dilecti filii Religiosi, & Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienfis Ordinis Cisterciensis, tam in Galliæ, quam Italiæ, aliisque Mundi partibus pergant assidue Deo & Ecclesiæ suæ sanctæ, non solum ipsi Deo per orationem & contemplationem sedulo vacando, verum etiam animarum salutem exemplo, & doctrina sollicitè procurando, gratum exhibere famulatum, cumque in dies fructus uberores ex dictæ Religionis propagatione, benedicente Domino sperandi sint: Nos ea quæ religiosorum prædictorum adjumento esse possunt, concedenda, & ad ea quæ illis in hoc impedimentum aliquod adferre dignoscuntur, removenda merito propensiores sumus.

His ergo Personis loca ubique de sola Ordinariorum licentia construere, & perire posse.

§. 2. Quapropter dictam Congregationem Fuliensem specialis gratiæ favore prosequi volentes, illiusque singulares personas à quibusvis excommunicationis, &c. censentibus, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, ac certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E.

Cardinalium, negotiorum Episcoporum, & Regularium Præpositorum, ejusdem Congregationis Fulienfis Generali, Abbati, Prioribus, & Religiosis ubique locorum, juxta litterarum solum record. Signi Pape V. prædecessoris nostri super erectione Congregationis huiusmodi, sub datum Idibus Novemb. Pontific. sui anno 3. expeditarum formam & tenorem, quas præsentibus pro expressis, ac si de verbo ad verbum insererentur, haberi volumus, ac dictam Congregationis constitutiones & statuta, Monasteria, Domo, Conventus, Oratoria, Grangias, & alia quæcumque loca, juxta Conc. Trid. decreta, de sola Ordinariarum licentia, nullo aliarum personarum cuiusvis Ordinis, etiam Regularium requisito consensu, construere, fundare, & erigere, ac etiam per alios jam fundata & erecta recipere possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus & impartimur.

§. 3. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tholosano & Episcopo Parisiensi, seu eorum Officiali & Vicario in spiritualibus generali respectivè, ac dilecto filio Curie causarum Camere Apostolicæ generali Auditori per præsentibus committimus, & perpetuè mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentibus nostras literas, & in eis contenta quæcumque, quoties pro parte d. Congregationis Fulienfis Religiosorum, vel cujuslibet eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra ab omnibus inviolabiliter observari, dictaque Congregationis Monachos, ac eorum singulos illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel quemlibet eorum per quoscumque desuper quomodolibet indebitè molestari, vel perturbari, contradicere, & rebelles quoslibet per sententias, censuras, & pœnas etiam pecuniarias, eorum arbitrio imponen. moderari, & applicari. ceteraque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam, &c. brachii secularis.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac sel. rec. Clementis Pape VIII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit, Quoniam ad institutum, sub dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Pisc. die 23. Julii 1603. Pont. sui anno 12. necnon pie mem. Bonifacii Pape VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliqua auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnò in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus, ac cuiusvis alterius Ordinis, etiam juramento, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis aliis Ordinibus, ac eorum Superioribus & personis, sub quibuscumque senten. & formis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si alicui communitè, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultam, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non, &c. mentionem.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut manu Generalis, & sigillo dictæ Congregationis Fulienfis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, in iudicio, & alibi ubi opus fuerit, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, die 14. Augusti 1608. anno quarto.

Contra mulieres ingrediendi Monasteria Monialium licentiis abutentes.

His idem Pontifici huiusmodi licentiis usque tunc concessis revocatis.

PAVLVS QVINTVS.

revocavit, sui Pontificatus anno octavo, ut infra in con-

§. D. N. Urbanus VIII. declaravit, quod consensus Monialium, sine quo mulieres saeculares licentia ingrediendi Monasteria uti non possunt, expresse, capitulariter, & per secreta suffragia praestandus sit, in constit. 29. Sacrosanctum, infra tom. 4.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Ad futuram rei memoriam.

Facultatum plura Monasteria Monialium ingrediendi abusus tollere volentes.

§. 1. Tenore praesentium statuimus & ordinamus, quod nulla persona cujuscumque gradus, status & conditionis, ac praeminentiae existat, etiam si Ducali, Marchionali, aut alia dignitate praefulgeat, vigore licentiarum plura Monasteria, domos, & loca Monialium pluribus vicibus ingrediendi, etiam absque clausula (in totum, seu in universa, non autem in eorum aliqua, vel singula) à Nobis, vel praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sub quovis tenore, vel forma, etiam motu proprio coefferatur, & expeditur, aut in posterum forsan concedendum, & expediendum, aliqua vel singula Monasteria pluribus vicibus ingredi possit, sed licentiae hujusmodi respectu universorum, non autem aliquorum, vel singulorum Monasteriorum suffragentur, ita ut cui bis in Anno, seu amplius plura Monasteria ingredi conceditur, bis, vel amplius tantum universa, non autem eorum aliqua, vel singula ingredi liceat, etiam si praedicta Monasteria in diversis Civitatibus, Terris, Diocesis, & locis existant.

§. 2. Iisdemque mulieribus, aliter quam ut praefertur easdem licentias interpretari, vel illis uti, sub censuris & poenis à Concilio Tridentino, & Apostolicis constitutionibus intra septa Monasteriorum Monialium absque licentia ingredientibus infligendis, ipso facto incurrendis, eadem auctoritate prohibemus.

§. 3. Praemissis, & aliis quomodolibet in contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus.

§. 4. Volumus autem ut harum literarum exemplis, etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 1. Septembris 1608. Pontificatus nostri anno 4.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1600. indit. 7. die vero 11. mensis Febr. Pontificatus nostrum Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pauli divina Providentia Papa Quinti anno quarto, retrospectiva littera Apost. affixa, & publicata fuerunt ad valvas Principis Apost. Cancell. Apostolicae, in acie Campi Flora, & aliis locis solitis & consuetis Urbis, per me Dominice. de Rubens, Sanctiss. D. N. Papa Curf. Pro D. Magistro DD. Curf. Franciscus de Bonis Curf.

I. Deputatio S. R. E. Cardinalis, in Protectorem Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci, cum suae facultatis declaratione.

Easdem ferè facultates habent alii aliarum Religionum Protectores, sed haec congruentius ponendas duxi, quia de hoc Ordine, & non de aliis sunt in hoc opere constitutiones, nempe constitutio 4. Gregorii XI. Cunctos, sup. lib. 1. & constitutio 4. Sixti Quarti, Sancta, eodem lib.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Dilecto filio nostro Marcello tituli SS. Quirici, & Juliane, Presbytero Cardinali Lances nuncupato.

§. 1. Cum Ordo Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Protectore ad praesens destitutus reperitur, Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tua industria, singulari prudentia, doctrina, & integritate, ac Religionis zelo plurimum in Domino fiduciam habentes, motu proprio, non ad ipsius

Bullarii Magni Tom. III.

Ordinis, aut ejus Superiorum, vel alterius pro eis Nobis super hac oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione nostris, Te ex cujus protectione ob tuas eximias virtutes Ordinem praedictum commodi plurimum suscipitur esse condimus, praedicti Ordinis, ac illius Domorum, Conventuum, & Fratrum quorumcumque apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem, cum omnibus facultatibus, jurisdictionibus, honoribus, & oneribus solitis, ac quibus alii Ordinis hujusmodi Protectores uti sunt, ac uti quomodolibet potuerunt, seu etiam debuerunt, ad tui vitam facimus, constituimus, & deputamus.

§. 2. Volumus autem, ac tibi in virtute sanctae obedientiae per praesentes easdem injungimus, & mandamus, ut Superiorum dicti Ordinis auctoritatem, quantum fieri poterit, conservare cures. Et propterea cum ipsi Superiores eorum officii debito satisfecerint, ac gubernio subditorum sufficienter incubuerint, tunc negotiis eorumdem Fratrum te non immisceas. Quando autem ab ipsis fueris requisitus, ut in eisdem negotiis auctoritatem interponas, vel necesse fore cognoveris, ut eandem auctoritatem tuam in eisdem negotiis exerceas, tunc id liberè facere possis, sed quoad potueris per te ipsum hoc facere cures, adhibito ad scribendum, quando opus fuerit, in eisdem negotiis, seu causis, loco Notarii, aliquo ex Fratribus dicti Ordinis.

§. 3. Mandantes propterea praedictis Superioribus, necnon universis Fratribus, & personis quibuscumque Ordinis hujusmodi in virtute sanctae obedientiae, ut Te in eundem Protectorem juxta praesentium tenorem recipiant, & ea qua decet reverentia prosequantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 4. Ceterum Te in Domino hortamur, ut hujusmodi protectionis munus ita obire studeas, ut apud Deum bonorum operum retributorem, aeternum praemium, & à Nobis condignam laudem valeas promereri.

Datum Romae apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1608. Pontificatus nostri anno 4.

Quod Fratres Capuccini, sunt verè Fratres Minores S. Francisci, ejusque filii, & eorum constitutiones ejusdem S. Francisci Regulae consentaneae sunt.

Capuccinorum institutionem primò approbavit Clem. VII. in sua const. 21. Religionis, ubi alia de eis tibi indicavi, lib. 1.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesiae militantis regimini, auctore Domino, nullo suffragio meritorum praesidentes, ex injuncto nobis officii debito providere tenentur, ut qui sub B. Francisci vexillis, qui inter strenuos Christi Duces gloriæ splendore coruscant, in hujus vitae militia sub strictioris ejusdem Beati Francisci Regulae disciplinae Altissimo obsequium praestant, & per corporis castigationem, per divitiarum contemptum, sui que ipsius abnegationem, jejuniis, orationibus, sacris praedicationibus, aliisque religiosis operibus vacantes, verbo & exemplo veros sese B. Francisci imitatores, & germina ostendunt, tales ab omnibus absque ulla controversia habeantur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, à nonnullis revocetur in dubium, an fratres Ordinis ejusdem S. Francisci Capuccini nuncupati, sint verè Fratres Minores, & etiam quoniam Regulam S. Francisci profitentur, filii S. Francisci, cum tempore S. Francisci instituti non fuerint, patiterque an eorum constitutiones aliquid habeant, quod Regulae S. Francisci repugnet.

§. 2. Nos dubia hujusmodi Apostolicæ declarationis oraculo decidere cupientes, cum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio matura deliberatione habita, hac nostra perpetuè valitura constitutione, auctoritate Apostolica declaramus, fratres Capuccinos esse verè fratres Minores, ac etiam (quamvis tempore S. Francisci minime instituti fuerint; cum tamen ejus regulam profiteantur, atque eorum instituta congruant, tam Regulae statutis

Declaratio sua auctoritate. Ad hoc attende alias constit. in vobis indicatas.

Obedientia. Obedientia praestanda.

Hortatio ad eundem.

Dat. P. A. S. die 7. Octob.

L I V.

Edicta A. B. 1608.

Procedimus.

Causa hujusmodi.

Capuccini sunt verè Fratres Minores S. Francisci.

quam eisdem Regule declarationibus, que habentur in constitutione felic. memori. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri in generali Concilio Viennensi edita, que incipit Exiit de Paradiso, filios S. Francisci.

*Ex omnibus consiliis suis consentanea regule Sancti Francisci. Clausula sublata. &c. Excutores deputantur.*

§. 3. Eorum præterea constitutiones nihil continere, quod non sit Regule S. Francisci prædictæ consentaneum.

§. 4. Sicque ab omnibus & singulis censeri, ac reputari, & iudicari debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 5. Quocirca omnibus & singulis Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis Nunciis per præsentem mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte fratrum Capucinatorum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus & singulis juxta præsentium continentiam & tenorem, pacifice frui & gaudere. Non permittentes eos delibere à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradiutores quoslibet & rebelles, ac præmissis non patentes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo: necnon legitimis super his habendis servatis processibus, illos sententias, censuras & penas prædictas incurrisse declarando, illasque iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

*Contraria remouentur.*

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, & auctoritate prædicta decernimus, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*Dat. P. A. 4. die 15. Oct.*

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 15. Octobris 1608. Pontific. nostri anno quarto.

**L.V. Quod unus ex Confratribus Congregationis Joannis Dei nuncupatur, in qualibet domo ejusdem Congregationis ad Presbyteratum promoveri, & Sacramenta ministrare possit.**

*De hujus Congregationis institutione habes supra in Pii V. consilio. 143. Licet, lib. 2. ubi cætera indicavi. Adde nunc distinctam esse Congregationem horum Fratrum in Regnis Hispaniarum, eosque verè Religiosos regulares existere, ut sancitum fuit infra in ejus consilio. 69. Romanus, ubi in specie duos Presbyteros in qualibet illorum domo permisit.*

Vide etiam hujus Pauli consilium. 100. Romanus, ubi notavi.

*Edita A. D. 1609.*

**PAYLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.**

*Exordium.*

Inter alias nostræ Pastoralis sollicitudinis curas, quibus premimur, hæc una præcipue est, ut non solum Christi fideles in egestate constituti corporalibus cibis reficiantur, sed spiritualibus præsertim alimoniis confoveantur.

*Clem. VIII. istis Confratribus ascensum ad sacros ordines interdixit in eius consilio. 44. sup. lib. 2. unde Congregatio magna damnata incurrat.*

§. 1. Cum itaque, sicut dilectorum filiorum Vicarii generalis, & Confratrum Congregationis Joannis Dei nomine Nobis nuper expositum fuit, omnes domus regulares Congregationis prædictæ magna incommoda & damna patiantur ex eo, quod quadam constitutione felic. memori. Clementis Papæ Octavi prædecessoris nostri, data die nona Septembris millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Pontificatus sui anno Quinto, inter alia Confratribus dictæ Congregationis ascensus ad sacros ordines interdictus est, siquidem Presbyteros seculares, qui pauperum in domibus prædictis exceptorum confessiones audiant, & sacramenta ministrent, ac agonizantium animas omnipotenti Deo commendent, habere valde dispensiosum, & quod deterius est, dicti Presbyteri seculares post celebratum ab iis sacrosanctum Missæ sacrificium

in prædictis domibus secularibus pro majori parte diei, & nocte tota absint, in maximum præjudicium animarum dictorum pauperum. Ideò Vicarius & Confratres prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, ut aliquibus dictæ Congregationis Confratribus licentia sacros ordines suscipiendi, & in illis etiam in Altaris ministerio ministrandi concedere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur piis eorum votis favorabiliter annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, necnon singulares dictæ Congregationis personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati. Quod in qualibet domo dictæ Congregationis unus Confrater dumtaxat arbitrio nunc & pro tempore existentis ejus Congregationis apud Nos & Apostolicam Sedem Protectoris, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus ordines à suo Ordinario, vel de ejus licentia à quocumque maluerit Catholico Antistite gratiam & communionem præfatæ Sedis habente, ad titulum hospitalitatis hujusmodi promoveri, & promotus in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, dummodo tamen prævio diligenti examine ad hoc idoneus reperiatur sit, neque aliud obstat Canonicum impedimentum, & ante sex annos saltem Congregationis hujusmodi regulam professus fuerit, liberè & licitè valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam concedimus & indulgemus.

§. 3. Urque sic promoti nullum officium, munus, aut administrationem in d. Congregatione gerere, aut exercere possint, sed Missæ celebrandis, ac sacramentis ministrandis tantummodò vacare debeant.

§. 4. Et si eorum aliquem suis ita exigentibus demeritis d. Congregationis habitu postea privari contigerit, ipso facto, & absque ulla declaratione ab ordinum hujusmodi exercitio statim suspensus sit, & esse censeatur, eadem auctoritate statuimus.

§. 5. Decernentes præsentem litteras nullo unquam tempore, &c. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices, &c.

§. 6. Non obstantibus prædicta, ac quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac d. Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, & Fratribus, ac quibusvis aliis personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permanentis, ad effectum omnium & singulorum præmissorum, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, aut sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die prima Julii 1609. Pontificatus nostri anno quinto.

**Quod cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Societatis regulares personæ, ad eas tantum re- & se transferant Indiarum partes, ad quas ab eorum Superioribus ad fidem Catholicam prædicandam, sive Ecclesiastica Sacramenta ministranda delegantur.**

*Ad*



Ad hoc vide etiam Injunctas Pont. confirm. 90. Sedis.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Ad futuram rei memoriam.

Accepimus non sine animi nostri molesta, Religio- nos qui Religionis Catholicæ propaganda, & alias in Vinca Domini laborandi causa, ad Indiarum partes & certas illius Provincias à suis Superioribus delegantur, destinatas sibi Provincias, & loca non petere, verum vel in ipso itinere immorari, vel aliud desectete, non sine Religionis ejusdem dispendio, & salutis animarum detri- mento.

§. 1. Quare nos pro nostra Pastoralis officii sollicitudi- ne omnium saluti intendentes, Apostolica auctoritate tenore presentium, omnibus & singulis cujuscumque Ordinis, & Congregationis, ac Societatis Regularibus personis, qui ad partes Indiarum ad fidem Catholicam prædicandam, sive alia Ecclesiastica ministeria exercen- da, & in messem Domini operarii mittentur, sub excom- municationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus & mandamus, ut memores voti obedientiæ per eos emissi, ad eas Provincias & loca rectè se transferant, ad quæ ab eorum Superioribus Missi fuerint, nec quovis prætextu, abique eorumdem Superiorum licentia (legitimo tamen impedimento cessante) in itinere immorentur, vel ad lo- ca eis non destinata declinent.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi- bus Apostolicis, necnon Ordinibus, quorum illi professi fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, in contrarium præmissorum quomo- dolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus om- nibus & singulis, eorum tenores presentibus pro expres- sis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo ro- bore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & ex- pressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mun- tis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, presentibus ad nostrum, & Sedis Apostolicæ be- neplacitum duraturis.

Datum Romæ apud S. Marcum, die 8. Julii 1606. an- no quinto.

II. Quod causæ Hospitalis Mendicorum de Urbe in secunda instantia ab uno ex iudicibus ordinariis Urbis, per Cardinalem illius pro tempore Pro- tectorem eligendo cognoscantur, firmo remanente Notario ejusdem Hospitalis.

Erexit hoc Hospitalis Sixtus Quintus, ut supra in sua con- firm. 57. Quamvis, lib. 2. Et jurisdictionem ejus lites in prima instantia cognoscendi, Doctori ab illius Admini- stratoribus deputando concessit in alia confirm. 86. Po- stulæ.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Dilecto filio nostro Alexandro S. Laurentii in Damaso Dia- cono Cardinali Montisale nuncupato, S. R. E. Viceregel- lario, salutem & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Aliàs felic. record. Sixtus Papa Quintus præde- cessor noster, indemnitati Hospitalis pauperum Mendicantium per eum apud Pontem Sixtum nuncupa- tum de Urbe erecti, consulete cupiens, inter alia motu proprio, & ex certa scientiâ sua perpetuè statuit & ordi- navit, quod ex tunc de cæteris perpetuis futuris tem- poribus pro tempore existentibus, dicti Hospitalis Admi- nistratores, unum utriusque juris Doctorem dictum in Ju- dicem causarum Hospitalis prædicti eligere, seu depu- tate possent & valerent.

Bullarij Magni Tom. III.

§. 2. Decernens quod à pro tempore existentis Docto- ris, ut præmittitur elogi & deputati sententiis senten- tiam pro quavis parte lites appellare, & alia reme- dia intentare eorum pro tempore existentis Urbis Guber- natore, seu alio Judice ab ipso Governatore deputandoy ei verò parti quæ semel appellasset, secundò, vel ulterio- rius, sublata esset omnis, & quæcumque appellatio, sed duæ sententiæ conformes plenariam executionem ob- tinerent, ac si essent tres conformes.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, Administratores, Of- ficiales, & Ministri prædicti, ut expeditionem dictarum causarum in secunda instantia coram Governatore, seu Judice ab ipso Governatore deputando prosequi possint, registra & extracta tam magnis expensis conficere, & nonnunquam pecuniis ad id necessariis sibi deficientibus, causas ipsas in maximum eorum præjudicium deserere cogantur: Nos propterea eorumdem Administratores, Officialium, & Ministrorum prædictorum indemnitati in præmissis consultum esse cupientes, ac illos, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, &c. censentis, discretionis tuz, quem rec. mem. Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster, Hospitalis Protectorem, cum auctoritate, facultatibus, jurisdictione, superioritate, hono- ribus, & oneribus aliis similibus piorum locorum Pro- tectoribus, de jure, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodocumque competentibus, ad tui vitam deputa- vit, ut aliquem ex iudicibus ordinariis Urbis, qui omnes & singulas causas, lites, quæstiones, & controversias in secunda instantia per appellationem, seu aliàs à senten- tiis prædicti Doctoris coram Governatore, seu ejus de- putato, vigore prædictarum literarum, ut prædicatur in- troducatur, & quæ introduci deberent, firmo remanente Notario per Administratores in prima instantia deputato, audiat, cognoscat, & sine debito terminet, deputare li- berè & licitè valeas, facultatem & auctoritatem Aposto- lica auctoritate tenore presentium concedimus & im- partimur.

§. 4. Non obstantibus literis prædictis, ac constitutio- nibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Hospitalis statutis, etiam juramento roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis iudicibus & Tribunalibus concessis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specifica & expressa mentio faci- enda, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro expressis sufficienter, & ad verbum in- sertis habentes, illis aliàs, &c. permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica consti- tutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præ- sentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marcum, die 10. Julii 1609. anno quinto.

Moderatio Indultorum S. R. E. Cardinalium, super LVIII. collatione beneficiorum Ecclesiasticorum.

Aliam habemus moderationem Pii V. in confirm. 37. lib. 2. Sanctissimus. Ac aliam Gregorii XIV. in const. 19. San- ctissimus, eodem lib.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. Noster D. Paulus Sdivina Providentia Papa V. providè attendens quod vacatione beneficiorum Ecclesiasticorum Sedis Aposto- licæ dispositioni reservatorum, etiam apud illam pro tempore occurrente, ex quibusdam indultis & facultati- bus S. R. E. Cardinalibus super dispositione benefi- ciorum hujusmodi concessis, Sedes ipsa omnium parent, & alumna septennumero impeditur quo minus solitam ejus benignitatem erga pauperes, & personas de se be- nemeritas, ac aliàs sibi gratas, & acceptas, liberaliter exercere possit.

§. 1. Volens propterea super his opportuna provisio- nis remedium, ut pat. est, adhibere, simulque contentioni- bus & litibus circa facultatum & indultorum præfatorum

Acutis sen- tentia semel tantum ab Gubernato- rem Urbis appellari posse decre- vit ibid.

Ipsa modò Pont. confirm. si his ex- pressè ab Cardinali Hospitalis Protectore auctoritate deputandi unum de iudicibus ordinariis Urbis, qui omnes & singulas causas, lites, quæstiones, & controversias in secunda instantia per appellationem, seu aliàs à sententiis prædicti Doctoris coram Governatore, seu ejus de- putato, vigore prædictarum literarum, ut prædicatur in- troducatur, & quæ introduci deberent, firmo remanente Notario per Administratores in prima instantia deputato, audiat, cognoscat, & sine debito terminet, deputare li- berè & licitè valeas, facultatem & auctoritatem Aposto- lica auctoritate tenore presentium concedimus & im- partimur.

Contrariis quo derogat.

Transumptis etiam impressis.

Dat. P. A. J. die 10. Julii.

Moderatio Indultorum S. R. E. Cardinalium, super LVIII. collatione beneficiorum Ecclesiasticorum.

Ad D. Dilcto filio nostro Alexandro S. Laurentii in Damaso Dia- cono Cardinali Montisale nuncupato, S. R. E. Viceregel- lario, salutem & Apostolicam benedictionem.

interpretationem oriri solent obviare, fel. rec. Pii etiam V. & Gregorii XIV. Romanorum Pontificum predecefforum suorum vestigijs in ea parte inherendo, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, omnia & quaecumque indulta, concessiones, facultates, & privilegia conferendi quaecumque apud Sedem Apostolicam prestantiam vacantia, aut in posterum vacatura beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum regularia quomodocumque qualificata, etiam inter quascumque personas legitima, ad collationem, provisionem, presentationem, electionem, & quaecumque aliam dispositionem, tam dictorum Cardinalium, ratione Patriarchalium, Metropolitanarum & Cathedralium, ac aliarum Ecclesiarum (non tamen earum quibus in titulum, aut denominationem sui Cardinalatus presunt, circa quas aliquid de novo disponere non intendit) necnon Monasteriorum, Prioratuum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, quae quomodolibet obtinent, & in posterum obtinebunt, ac etiam quorum collatio, & provisio, & quavis alia dispositio illis ex causa facta per eos cessionis, regiminis & administrationis, seu commendae, aut resignationis Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum huiusmodi beneficiorum, Apostolica auctoritate reservata, &c. existit, vel in posterum reservabitur, quam etiam aliorum quorumcumque inferiorum collatorum, aut collatricum, conjunctim vel divisim, de jure, privilegio, consuetudine, aut alijs quomodolibet pertinentia, ac etiam illa commendandi, & alijs de eis disponendi, vel de consensu ipsorum Cardinalium requirendo in provisione eorundem beneficiorum apud Sedem eandem, ut praefertur vacantium, per Sanctitatem suam facienda, & quod sine consensu huiusmodi factae provisiones, aut quavis alia dispositiones nullae & irritae sint, omnibus, & singulis Cardinalibus praefatis per quoscumque Romanos Pontifices, ac Sanctitatem suam, & dictam Sedem, etiam motu, scientia, potestatisque plenitudine similibus, & Consistorialiter, ac etiam ex pactis inter dictos Pontifices, & Cardinales diversis temporibus factis, firmatis, & juratis, necnon quibusvis onerosis, & alijs causis concessa, ac etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, innovata, & extensa, quibuscumque concepta formalis, ac etiam restitutivis, mentis attestativis, praeservativis, derogatorijs, derogatorijs, alijsque efficacissimis & insolitis clausulis, etiam vim contractus inducentibus, ac irritanti, & quod sine eorum consensu derogationes pro tempore factae nemini suffragentur, alijsque decretis suffulta, quorum omnium tenores Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, specialiter & expresse revocavit, literasque Apostolicas desuper concessas, & quoad ea in quibus illa effectum nondum sortita erant, & deinde sequuta quaecumque confirmavit, annullavit, viresque & effectum de cetero non habere decrevit. Salva tamen remanente facultate eosensu per ipsos Cardinales in provisionibus Apostolicis beneficiorum per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium, etiam apud Sedem praedictam vacantium praestandi, juxta formam Regulae Cancellariae Apostolicae super hoc editae, & in casibus eorum in ipsa Regula expressis. Voluit ulterius, quod eadem beneficia per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium posthac, tam apud eandem Sedem, quam extra Romanam Curiam vacantia, etiam ad alicujus alterius Cardinalis collationem, vel alia dispositionem pertinere deberent, etiam tunc cessent aliae Apostolice reservationes hactenus editae, nihilominus in posterum dispositioni Sanctitatis suae reservata censentur, ita ut in provisionibus talium beneficiorum super expeditionibus literarum illius Cardinalis, cujus tunc familiaris defunctus extitit, si ipse Cardinalis tunc praesens in eadem Curia fuerit, consensus omnino requiri debeat, non autem beneficia huiusmodi, etiam eodem Cardinale ab ipsa Curia absente, seu praefuncto, vel alijs conferre impedito, ad collationem, seu quamvis aliam dispositionem Cardinalis ordinarii collatoris ullo modo pertineant, neque ejusdem Cardinalis ordinarii collatoris, etiam in dicta Curia tunc praesentis consensus quoquo modo requiratur. Eademque constitutiones, & Regulas Cancellariae, etiam declaratorias super beneficiis familia-

tium praedictorum Cardinalium editas, & edendas, tam quoad Cardinales indulta huiusmodi habentes, quam non habentes, atque aded indulta ipsa ad terminos praesentis constitutionis reduxit, & moderavit fuit.

§. 2. Insuper statuit & ordinavit, quod in quibuscumque facultatibus, & indultis, quae desuper singulis Cardinalibus praefatis, praesentibus & futuris super huiusmodi beneficiorum, ut praefertur vacantium, & vacaturorum dispositione, aut de consensu ipsorum Cardinalium in provisionibus eorundem beneficiorum requirendo per Sanctitatem suam, & quoscumque alios Romanos Pontifices successores suos, dictae Sedem pro tempore concedentur, idem praesens constitutum ad unguem omnino observari debeat, ornesque literae Apostolicae desuper, tam per Cancellariam praefatam, quam Cameram Apostolicam, ac etiam via secreta, sub annulo Piscatoris, absque limitationibus, & moderationibus praedictis, ac alijs praeter, & contra formam atque tenorem praesentis constitutionis huiusmodi, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam cum praesentium speciali, & expressa derogatione pro tempore expedite nullius sint roboris vel momenti, nec cuiquam suffragentur.

§. 3. Decernens sic in iis, ceterisque omnibus praemissis per quoscumque, etiam caesarem Palatii Apostolici Auditores, ac etiam ipsos Cardinales, sublata eis quavis aliter iudicandi atque interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, aut definiti debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his per quoscumque, etiam praetextu indultorum, facultatum, & concessionum huiusmodi, scienter, vel ignorantem attentari contigerit.

§. 4. Statuto, & ordinatione, decreto, & declaratione suae Sanctitatis in crastinum ejus assumptionis ad summi Apostolatus apicem editis, quod Cardinales in constitutionibus & Regulis per eam post priorum suarum constitutionum, & Regularum editionem, & publicationem in posterum faciendis non includantur, nisi illae eorundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsae edendae constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editae fuerint, necnon praedictis, & quibuscumque alijs Regulis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus.

Placet Motu proprio, publicetur & describatur C. *Placet Motu proprio, publicetur & describatur C. Letta & publicata fuit supradicta Constitutio Roma in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicae 1609. die vero Iovis 22. Octobris, Pont. S. D. N. D. Pauli divina Providentia Papa V. anno quinto. Marcus Antonius Ascensius Procustos. Pro D. Plinio Boniojano Cancell. Apost. Custode.*

De distinctione duarum Provinciarum Castellae, & Bxticae. Et electione Vicarii Generalis, Ministrorum Provincialium, Definitorum, & aliorum Ministrorum Congregationis Fratrum Reformatorum Discalceatorum Sanctissimae TRINITATIS Redemptionis Captivorum in Regno Hispaniarum.

Ulam Congregationem primo probavit Clemens VIII. in sua constit. 62. Ad militantiu, hic supra. Inter Ordines Mendicantium ascripsit Paulus V. Votorumque emissionem praescripsit in duabus subsequens constit.

Ordinem vero instituit Innocentius III. in sua constit. 1. Operante, lib. 1. ubi materiam indicavi. De hac materia vide S. D. N. Urb. VIII. constit. 59. Accepto, & const. 60. Licet, infra tom. 4.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuum rei memoriam.

EX debito pastoralis officii nobis ex alto commissi inter alia nos summa ope niti decet, ut in domibus Religiosorum tales viri ad officia, & munera publica eligantur, ex quorum opera ipsae Domus felicia suscipiant incrementa.

§. 1. Cum alijs fel. rec. Clemens Papa VIII. praedecessor noster, ex certis causis adductis, unam Provinciam, seu Congregationem Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimae

Dei  
quod  
fuit  
dicitur  
etiam  
de  
de  
Clem  
in  
Hisp  
G. g.

13 pro- in sua mitivam Regulae dicti Ordinis observarent, in Regnis Hispaniarum in perpetuum motu proprio erexerit, eamque sic erectam ab aliis Provinciis praedicti Ordinis modificatione Regulae perpetuo se junxerit, prout in literis d. Praedecessoris in forma brevis, die 20. Augusti Pontific. sui anno 8. confectis plenius continetur.

§. 2. Nos ut dicta Congregatio felicioribus in dies augetur progressibus prospicere cupientes, ac eisdem Fratres Discalceatos Congregationis hujusmodi a quibusvis excommunicationis, &c. censentes, necnon literarum dicti Praedecessoris, perinde ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, supplicationibus dictae Congregationis Nobis hac in parte humiliter potestatis inclinatis, ex sententia dilectorum filiorum nostrorum Octavii tituli Sanctae Sabinae Bandini, & Joannis Garzia tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyterorum Cardinalium Millini nuncupatorum, quibus hoc negotium mature examinandum, & nobis referendum commisimus, harum serie perpetuo statuimus, & ordinamus, quod in futurum perpetuis futuris temporibus in hac Congregatione Ministri à Conventibus ejusdem amplius non eligantur, sed de triennio in triennium in Capitulo Provinciali ab universo Capitulo dumtaxat eligantur: quod si dissoluto jam Capitulo intra triennium rursus Ministerium aliquod vacare contigerit, Minister ab ipsifinet Provinciali, & diffinitoribus, non autem per alios de eorum commissione, eligatur, duret vero usque ad sequens Capitulum Provinciale, ubi cessant omnia ministeria praedicta.

§. 3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales ubique judicari, ac diffiniri debere, necnon irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis eidem Congregationi in contrarium praemisorum quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem fides habeatur, quae praesentibus ipsis haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum, 24. Decembris 1609. Pontific. nostri anno quinto.

Sequitur plenior dispositio super praedictis.  
PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Militantis Ecclesiae solio, & Apostolicae potestatis plenitudine, nullis nostris exigentibus meritis, sed sola Dei benignitate constituti, circa statum Religionum, & saecularium Congregationum ad divinae Majestatis gloriam, animarumque salutem providere institutarum, illarum praesertim, quarum professores se ad strictioris vitae normam & disciplinam solemniter voto devinxerunt, per nostrae considerationis intuitum, quid pro hujusmodi laudabilis earum instituti felici & salubri directione ac progressu conferat, diligenter prospicimus, & desuper providentiae nostrae partes propensius studiis interponimus, prout temporum & locorum rationibus debite pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Aliis siquidem per felic. record. Clementem Papam VIII. praedecessorem nostrum accepto, quod nonnulli Pii Religiosi Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Professores, &c.

Omittitur tenoris residuum, quia ipsam constitutionem habes hic supra.  
Bullarii Magni Tom. III.

§. 2. Cum autem, sicut nomine Congregationis praedictae nobis nuper expositum fuit, Congregatio ipsa benedicente Domino non mediocriter adauca & propagata, & quamplurima illius Monasteria, domus & regularia loca in diversis dd. Regnorum partibus, cum bonae fidei odore, ac pietatis & charitatis, necnon spiritualium operum incremento, animarumque salute fundata & instituta fuerint, illaque annua per unum Ministrum Provinciale regi & gubernari commode nequeant, ac operae pretium & expediens sit, ut ibidem aliquot Provinciae ejusdem Congregationis invicem distinctae, juxta augmentum & numerum Monasteriorum & domorum hujusmodi instituantur, aliaque infra scripta fiant & ordinentur.

§. 3. Nos pro pastoralis officii nostri debito ipsius Congregationis pium institutum propensae voluntatis affectu prolequi & confovere, illiusque prosperitati, & bono regimini consulere volentes, ac universos & singulos Fratres Reformatos & Discalceatos praedictos à quibusvis excommunicationis, &c. censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ex omnibus Monasteriis, domibus & regularibus locis Congregationis hujusmodi in dictis Regnis nunc fundatis & institutis, & quae in posterum dante Domino fundari & institui contigerit, duas Provincias, unam videlicet Castellae, alteram vero Bataviae nuncupandas, & in proximo futuro Capitulo dictae Congregationis generali, prout hujusmodi Monasteriorum, & domorum numeris, ac locorum opportunitas suaserit, & alijs expedire videbitur, invicem distinguendas & separandas, quarum quaelibet per unum proprium Ministrum Provinciale ex Fratribus Reformatis & Discalceatis praedictis eligendum, regi & gubernari debeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo erigimus & instituimus.

§. 4. Praeterea statuimus & ordinamus, quod in eodem proximo futuro Capitulo generali, dilecti filii Minister Provincialis & Diffinitores dictae Congregationis, ac etiam singulorum illius Monasteriorum & domorum Ministri ad praesens existentes, sine Procuratorum Conventualium interventu, antequam ad electiones infra scriptas procedant, quaecumque statuta, ordinationes infra scriptas procedant, quaecumque statuta, ordinationes & decreta, ad omnipotentis Dei servitium, ac ejusdem Congregationis, illiusque regularis instituti prosperitatem, stabilitatem & observantiam, necnon generalis & Provincialium Capitulorum celebrationem, ac quorumcumque Praetorum & Superiorum electionem, piorumque & spiritualium ministeriorum propagationem pertinentia, ac alia in praemis, & circa ea eorum judicio magis convenientia & necessaria, à nobis tamen, vel pro tempore existente Romano Pontifice approbanda, ac postquam sic approbata fuerint, & non antea, per omnes & singulos ad quos pro tempore spectabit, inviolabiliter observanda facere & concedere.

§. 5. Et deinde unum Praetorem, Vicarium generalem nuncupandum, cujus officium & potestas per sex annos duret, qui Congregationis praedictae, illiusque Provincialium & Ministeriorum, tam Provincialium, quam Conventualium Superior existat, & Ministro generali totius Ordinis praedicti subsit, prout nunc Minister subsit, plenamque potestatem dictam Congregationem gubernandi praedicto tempore durante habeat.

§. 6. Necnon futuros diffinitores generales, ac Ministros, tam Provinciales, quam Conventuales eligere liberè & licitè possint.

§. 7. Et quoad electionem Vicarii generalis hujusmodi nostri, & Sedis Apostolicae Nuncius in dd. Regnis commorans, illi pro hac prima vice dumtaxat praesidere, ipsiusque Vicarii generalis sic electi confirmatio ad Nuntium praedictum spectare, in alijs vero deinceps quolibet sexennio celebrandis Capitulis generalibus ejusdem Congregationis, illius Vicarius generalis tunc munere suo defuncturus, seu in defectum ejusdem Vicarii generalis, illius vice, & loco primus Diffinitor generalis ejusdem Congregationis, qui ibidem tunc praesens fuerit, electioni Vicarii generalis praesidere debeat.

§. 8. Et excepto primo dicto Vicario generali, ceteri omnes futuri ejus in officio Vicariatus generalis hujusmodi successores, confirmationem suam electionum à

Qua 272  
multum  
pag. 10  
vix. 10  
que 10  
vix. 10

Duas Pro-  
vincias di-  
stinguere  
sunt in fu-  
ture Capitu-  
lo, & ex  
quodlibet  
per unum  
Ministru  
Provincia  
lem guber-  
nari praet-  
erit.

Et in eodem  
Capitulo Mi-  
nistru Pro-  
vincialium  
Diffinitores  
& alios ad  
morum Mi-  
nistros, sta-  
tuta quaeli-  
bet facere  
conferunt,  
qua ad bene  
regendam Co-  
gregationem  
& celebra-  
tionem Cap-  
itulorum  
Superiorum  
que electio  
congrua di-  
judicabunt.

Postea ad  
electionem Vi-  
carii gene-  
ralis aucto-  
ritate praesentis  
qui totius  
Congregat.  
Superior exist-  
at, &  
Ministro ge-  
nerali totius  
Ordinis sub-  
sit.

Necnon ad  
electionem  
Diffinitorum  
& Provin-  
cialium.  
Electio à  
Vicario Nunc-  
cium Sedis  
Apostolicae  
debe sub-  
sistere.  
Vicarius ge-  
neralis tunc  
primus rator  
est à p. 10  
pro tempore  
totius Congre-  
gationis  
mandat

Ministro generali Ordinis predicti potere & obtinere curabunt.

*Oratio con-  
tra post de-  
clinationem offi-  
cium suum  
lib. 2. cap. 1.  
de deola-  
ra.*

*Classis  
huius bullae  
praeservan-  
das apponit.*

§. 9. Statim autem ut electi fuerint, auctoritatem & potestatem predictas habebant, ac omnia & singula, quae ad dictum officium Vicariatus generalis quomodolibet pertinent, juxta Clementis praedecessoris hujusmodi, ac praesentium literarum continentiam, & tenorem exercere, & exequi valeant.

§. 10. Decernentes praesentes literas nullatenus de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu, etiam ex eo quod Minister generalis dicti Ordinis, & quicumque alii interesse forsan habentes, ad praemissa vocati non fuerint, nec illis confenserint, notari, vel aliis quomodolibet impugnari, neque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a Sede praedicta emanatis, & in posterum emanandis comprehendere posse, sed illas semper validas & efficaces esse & fore, ac suos plenarios & integros effectus sortiri, sicut per quoscumque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes iudicari & diffiniri debere, necnon irritum, & attentari. Non obstantibus praemissis, necnon Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, & universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Generali, & Provincialibus Ministris, Superioribus, Diffinitoribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac aliis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, aliis de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum mentio, seu quavis alia expressio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferri forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*D. P. A. 9.  
die 14. Aug.*

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, &c. die 14. Augusti 1613. anno nono.

LX.

Ascriptio Fratrum Reformatorem Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, inter alios Ordines Religiosorum Mendicantium, cum privilegiorum communicatione.

*Hujusmodi Mendicantium privilegia attende supra in Pii V. constit. 11. Dum ad uberes, lib. 2. & constit. 41. Esti Mendicantium, cum ibi notatis.*

De hac autem Congregatione, habes etiam hujus Pont. const. hanc praecedentem, & subsequentem, ubi dixi.

*Edita A. D.  
1609.*

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Exordium.*

Ecclesiae Catholicae regimini nullis nostris meritis à Domino praepositi, ex debito pastoralis officii Viros Religiosos, qui sub sanctae religionis jugo gratum Christo obsequium praestant, libenter favoribus & gratiis prosequimur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

*Congregat.  
pauca, quod  
inter Ordines  
Mendicantium  
Pauca  
sua cum as-  
cribit.*

§. 1. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Fratres Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Discalceatorum, ipsi actu mendicant, & propterea inter ceteros Ordines Mendicantium adscribi, eorumque privilegiorum & gratiarum participes fieri desiderant. Quare nobis humilliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

*Pauca  
adnumeratio*

§. 2. Nos igitur dictos Fratres specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum quolibet à quibus-

vis excommunicationis, &c. censentes, ex sententia dilectorum filiorum nostrorum Octavii tituli S. Sabinae Bandini, & Joannis Gaspari tituli S. Sordani Quatuor Coronatorum Presbyterorum S. R. E. Cardinalium Millini nuncupatorum, quibus hoc negotium maturè examinandum, & nobis referendum commisimus, dictam Congregationem inter ceteros Mendicantium Ordines auctoritate Apostolica tenore praesentium adscribimus, ac illam, illiusque Fratres sub Mendicantium nomine comprehendere debere decernimus & declaramus, ac propterea omnia & singula privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias, tam per nos, quàm quoscumque Rom. Pont. praedecessores nostros, & Sedem Apostolicam quomodolibet Mendicantium Ordinibus concessa, eorum omnium, ac tam sub plumbis quàm in forma brevis confectarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis & insertis habentes, ad ipsam Congregationem Discalceatorum hujusmodi, ejusque Fratres, domos, Ecclesias & loca quaecumque, de novo quoad ea quae eorum regulae primitivae, & institutis, ac constitutionibus non repugnant tantum, eadem auctoritate extendimus & ampliamus. Necnon omnia & singula Concilii Tridentini decreta pro Mendicantium Ordinibus declarata & modificata, etiam pro Congregatione hujusmodi, ejusque Fratribus declaramus & modificamus: omnia praeterea privilegia speciali quoque nota digna, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, concessiones, gratias tam spirituales, quàm temporales, & indulta, etiam per modum extensionis, vel communicationis, cum particula exclusiva, quorum omnium & singulorum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, universis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordini praedicto, illiusque domibus, Ecclesiis & Superioribus, ac Fratribus concessa, praedictae Congregationi, ita ut illius Fratres non solum ad praedictorum instar, sed pariformiter, & aequè principaliter, perinde ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, hujusmodi privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, concessionibus, gratiis & indultis ( dummodo tamen praedictis Mendicantium institutis, & privilegiis non adversentur ) uti, frui, possit & gaudere libere & licite possint & valeant, dicta auctoritate perpetuè pariter concedimus, communicamus & extendimus.

§. 3. Distinctius in virtute sanctae obedientiae, ac aliis arbitrio nostro infligendis poenis inhibentes quibusvis locorum Ordinariis, & aliis quibuscumque, ne dictam Congregationem, illiusque Religiosos contra hic eis concessa privilegia, desuper quoquo modo molestare, inquietare, vel perturbare audeant, seu praesumant.

§. 4. Decernentes quoque praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari ullatenus posse, minusve sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, modificationibus, limitationibus, restitutionibus, & aliis contrariis dispositionibus, tam per nos quàm alios Roman. Pontifices successores nostros quomodolibet, cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque decretis, pro tempore factis & faciendis, quorumcumque tenorem existant, includi, sed illis non obitan, in suis robore, & effectu persistere, & quoties illae emanabunt, toties in primum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & sub data per ipsos Fratres Discalceatos eligendi de novo concessas esse.

§. 5. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, &c. attentari.

§. 6. Quocirca venerabilibus fratribus Toletan. & hispalen. Archiepiscopis, ac dilecto filio Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel aliam, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quascumque, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte dictae Congregationis, vel illius Fratrum

*Oratio  
contra  
declinationem  
officium  
suum*

*In  
definito  
re  
habeat*

*Cla  
huius  
pauca*

*A  
to*

*Cla  
subla*

*Ex  
deputat*

Prætorum huiusmodi, aut alicujus eorum fuerint requisiti...

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Bonifacii...

§. 8. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam...

Datum Romæ apud S. Petrum, die 15. Decembr. 1609.

XI. Approbatio constitutionis Clementis VIII. super...

De hac Congregatione notavi in duabus constitutionibus...

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Quæ piæ & sanctæ à Romanis Pontificibus prædeces...

§. 1. Quare cum fel. recor. Clemens Papa VIII. præde...

ditione, visitatione & superioritate, cum Commissione...

§. 2. Nos dictos Fratres Discalceatos, & eorum quem...

§. 3. Quoniam verò religiosos inter alias, humilitatis...

§. 4. Decernentes super huiusmodi voto dispensari...

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis consti...

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam...

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Pis...

Declaratio reservationis beneficiorum per assecu...

§. 1. Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster...

non...

non...

non...

non...

non...

non...

non...

non...

non...

non...

Confirmatio...

Ad hunc...

Dispensatio...

Contra...

Transumptio...

Dat. P. An. 5.

LXII.

edita...

Causa...

irritant de super apposto inter alis duxit reseruanda, & cui ex hde dighorum relatione innotuit, quod plerique de beneficiis Ecclesiasticis, praesertim curam animarum habentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisum, seu providendum, ante illorum assecutionem, aliam cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta in fraudem reservationis & decreti praedictorum resignabant, seu admittabant.

Declaratio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacacionum.

§. 2. Cupiens opportunum super his remedium adhibere, voluit, decrevit & declaravit, quod si in posterum quibusvis personis de aliquibus beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem suam, aut ejus auctoritate provideri, ipsosque provisos, seu providendos intra vacationis & provisionis, seu assecutionis eorumdem beneficiorum tempora, quaecumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, secularia, vel quorumvis Ordinum, ac etiam Hospitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali & expressa de eisdem in provisionibus praedictis facta mentione, simpliciter vel causa permutationis, ac aliis quomodolibet, sive in Sanctitatis suae, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel nunciorum dictae Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus suis in illis, vel ad illa competentibus cedere contingerit, omnes & singulas concessionis, collationis, provisionis, & quaevis aliae dispositiones de beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimitendis & cedendis pro tempore faciendae, cum inde secutis quibuscumque, cassae & irritae, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed beneficia & jura, ut praefertur, resignata, dimissa & cessa eo ipso vacent, & vacare, ac sub reservatione & priori decreto praefatis, quae Sanctitas Sua etiam quoad hoc extendit & ampliavit, comprehensa censeantur, Ita quod de illis per alium quam eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit, in omnibus, & per omnia perinde ac si per pacificam assecutionem aliorum beneficiorum hujusmodi verè, & realiter vacavissent.

Class. subla. 1016.

§. 3. Decernentes sic per quoscumque Judices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, dictaque Sedis Legatos & Nuncios, sublata, &c. judicari & diffiniri debere, irritumque, &c. attentari.

Papa subscr.

Placet, publicetur & describatur. C.

Dat. P. A. S. die 25. Febr.

Letta & publicata fuit supradicta Regula Roma in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicae 1609. die vero Iovis 25. mensis Februarii, Pontificatus praedicti S. D. N. Papa Anno quinto.

M. Perretus Custos.

LXIII. Excommunicatio & anathematizatio quorumcumque haereticorum, eorumque fautorum, ac schismaticorum, vel Ecclesiasticam libertatem laedentium, aut quoquo modo dispositis in hac bulla, de more in die Coenae Domini publicari solita contravenientium.

Quoad omnia quasi Capita hujus bullae, ( ultra Extravagantem 3. Pauli II. & Extravag. 5. Sixti IV. in tit. de Penitent. & remissionibus ) habes supra constit. 1. Urbani V. constit. 25. Julii II. constit. 10. Pauli III. necnon constit. 81. Gregorii XIII. lib. 2. Aliorum autem bullas ejusmodi Coenae Domini nuncupatas volens praetermissis, his dumtaxat contentis, ex quibus pro temporum conditione Romani Pontificis aliquid immutasse cognoscatur. Non tamen posthaberi proxime indicanda, nisi appropinquaverit necessitas, & super hujus bullae Capitulis specialiter editas.

Extat ergo in hoc opere specialis edita sanctio Nicol. III. circa §. primum hujus bullae, in ejus constit. 2. sup. &

circum §. 2. extat constit. 5. Pii II. lib. 1. Circa §. 4. extat constit. 7. Pii V. lib. 2. Circa §. 7. extat constit. 3. Nicol. V. lib. 1. Circa §. 10. extat Canon Callisti I. in cap. 22. capul. 24. q. 3. Circa §. 11. respectu Cardinalium extat constit. 16. Leonis X. lib. 1. & alia 92. Pii V. lib. 2. Circa §. 13. extat constit. 11. Alexandri VI. Circa §. 14. extat constit. 2. Martini V. & alia 17. Innocentii VIII. ac altera 30. Leonis X. necnon alia 39. Clementis VII. lib. 1. & altera 19. Greg. XIII. lib. 2. Circa §. 15. multi sunt Canones in corpore Juris, & extat constit. 10. Martini V. Circa §. 19. extat constit. 3. Urbani VI. Et circa §. 20. extat constit. 8. Joannis XXII. & alia 3. Clementis VI. alia 13. Leonis X. & altera 11. Pauli IV.

Alia hujusmodi excommunicatio in die Coenae Domini promulgari solita est in S. D. N. Urbani VIII. constit. 62. Pastoralis, inf. tom. 4.

PAVLVS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christiana Republica pace & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicae fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate atque integritate retinenda & conservanda maxime elucet. Nimirum ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinae in nequitia hominum, ad circumventionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, neque se in hujus vitae societate & communione laedant, aut inter se alter alteri offensionem praebant, sed potius in vinculo charitatis juncti, tanquam unius corporis membra sub Christus capite, ejusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri Successore, a quo totius Ecclesiae unitas dimanat, augeantur in edificatione, atque ita divina gratia adjunctrice sic praesentis vitae quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perseverant. Ob quas sane causas Rom. Pontifices praedecessores nostri hodierna die, quae anniversaria Dominicae Coenae Commemoratione solemnis est, spirituales Ecclesiasticae disciplinae gladium, & salutaria iustitiae arma per ministerium summi Apostolatus, ad Dei gloriam & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilibus est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem & justitiam, Deo auctore tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

§. 1. Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra quoscumque Hussitas, Vichlephistas, Luteranos, Zuinglianos, Calvinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & a Christiana fide Apostatas, ac omnes & singulos alios Haereticos quocumque nomine censeantur, & cujuscumque sectae existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quolibet illorum defensores, ac eorundem libros haeresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra & Sedis Apostolicae scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos qui se a nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

§. 2. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint, Universitates vero, Collegia & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, necnon eos quorum auxilio, vel favore appellatum fuerit.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Corsarios ac Latrunculos maritimos, discurrantes Mare nostrum, praecipue a Monte Argentario usque

Edita 1610

Confirma. Rom. hac i. modis. canoni. expre.

Ab ill. que De. tunc H. dem. librat. aut im. mem. schisma.

Appell. a Pir.

Pirata. que e. re. & c.

usque ad Terracinam, ac omnes eorum fastores, receptatores & defensores.

§. 4. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos qui Christianorum quorundamque navibus temptare, seu in transversum (ut dici solet) iactatis, vel quoquo modo naufragium pessis, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem speciebus in mari, vel in litore inventa, cuiuscunque generis bona, tam in nostris Tyrreni & Adriatici, quam in ceteris cuiusque maris regionibus & littoribus surreperint, ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabili temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

§. 5. Item excommunicamus & anathematizamus omnes qui in Partibus suis nova Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

§. 6. Item excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum, gratiam vel iustitiam concedentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Pontificis signatarum, necnon falsò publicantes litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falsò signantes Supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

§. 7. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad Sarracenos, Turcas & alios Christiani nominis hostes & inimicos, vel hæreticos per nostras, sive hujus sanctæ Sedis sententias expressè vel nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque metallorum genera atque bellica instrumenta, lignamina, canabam, funes, tam ex ipso canabe quam alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se vel alios de rebus statum Christianæ Reipub. concernentibus, in Christianorum perniciem & damnum, ipsos Turcas & Christianæ Religionis inimicos, necnon hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium vel favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis quibusvis personis, Principibus, Rebus publicis, per Nos & Sedem prædictam hætenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

§. 8. Item excommunicamus & anathematizamus omnes impediētes, seu invadentes eos, qui vi & alia ad usum Rom. Curie necessaria adducunt, ac etiam eos qui ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se vel alios, cuiuscumque fuerint ordinis, præminentie, conditionis & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

§. 9. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes qui jurisdictionem ordinariam vel delegatam à nobis vel nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capiētes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium vel favorem.

§. 11. Item excommunicamus & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percipientes, capiētes, carcerantes, detinentes vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos vel Nuncios, aut eos à suis Diocæsis, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes. Necnon ea mandantes, vel rata

habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

§. 12. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel seculares ad Romam Curiam super eorum causis & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, advocatos, procuratores & agentes, seu etiam Auditores vel Iudices super dictis causis vel negotiis deputatos, occasione causarum vel negotiorum hujusmodi occidunt, seu quoquo modo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se vel alios, directè vel indirectè, delicta hujusmodi committere, exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium vel favorem præstare non verentur, cuiuscumque præminentie & dignitatis fuerint.

§. 13. Item excommunicamus & anathematizamus omnes, tam Ecclesiasticos quam seculares cuiuscunque dignitatis, qui prætextes frivolam quædam appellationem à gravamine vel futura executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestro, monitorio, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à Nobis & Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Palatis nostris & Camera Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanarint, aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fiscus procuratore vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria & alia prædicta capi & retineri faciunt. Quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito & consensu vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones & Notarii super hujusmodi litterarum & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti cuius interest, tradere debeant, impediunt vel prohibent, ac etiã partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores & subexecutores litterarum, citationum, monitorio, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis & regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt & cōmāntur per se, vel alium, seu alios, publicè vel occultè, quive alias quibuscumque personis in genere vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas vel litteras à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

§. 14. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos qui per se vel alios auctoritate propria ac de facto, quarumcumque exemptionum vel aliarum gratiarum & litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiarum, & decimarum, ac alias causas spirituales & spiritualibus annexas, ab Auditoribus & commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illarumve cursum & audientiam, ac personas, capitula, conventus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Judices interponunt. Quive partes adrices, quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad revocandum & revocari faciendum citationes vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum vel consentiendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris & pœnis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias compellunt, vel executionum litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentie prohibendæ vel aliarum prætextuum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariorum, Confiliariorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Confiliarii, ordinarii vel extraordinarii quorumcumque Principum secularium, etiam Imperiali, Ro-

Ad Rom. Cur. pro negotiis factis recurrentes per se, vel alios, in eadem Curia prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, advocatos, procuratores & agentes, seu etiam Auditores vel Iudices super dictis causis vel negotiis deputatos, occasione causarum vel negotiorum hujusmodi occidunt, seu quoquo modo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se vel alios, directè vel indirectè, delicta hujusmodi committere, exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium vel favorem præstare non verentur, cuiuscumque præminentie & dignitatis fuerint.

Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestro, monitorio, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à Nobis & Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Palatis nostris & Camera Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanarint, aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fiscus procuratore vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria & alia prædicta capi & retineri faciunt. Quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito & consensu vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones & Notarii super hujusmodi litterarum & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti cuius interest, tradere debeant, impediunt vel prohibent, ac etiã partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores & subexecutores litterarum, citationum, monitorio, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis & regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt & cōmāntur per se, vel alium, seu alios, publicè vel occultè, quive alias quibuscumque personis in genere vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas vel litteras à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentie prohibendæ vel aliarum prætextuum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariorum, Confiliariorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Confiliarii, ordinarii vel extraordinarii quorumcumque Principum secularium, etiam Imperiali, Ro-

Vertical marginal notes on the left side of the page, including words like 'appellantes', 'gravamine', 'futura', 'executione', 'litterarum', 'processuum', 'executorialium', 'decretorum', 'Nobis', 'Sede', 'Legatis', 'Nunciis', 'Præsidentibus', 'Palatis', 'Camera', 'Auditoribus', 'Commissariis', 'Judicibus', 'delegatis', 'Curias', 'seculares', 'laicam', 'potestatem', 'recurrunt', 'ab ea', 'instante', 'Fiscus', 'procuratore', 'advocato', 'appellationes', 'admitti', 'litteras', 'citationes', 'inhibitiones', 'sequestra', 'monitoria', 'faciunt', 'simpliciter', 'sine', 'eorum', 'beneplacito', 'consensu', 'examine', 'demandari', 'ne', 'Tabelliones', 'Notarii', 'super', 'hujusmodi', 'litterarum', 'processuum', 'executione', 'instrumenta', 'vel', 'acta', 'conficere', 'aut', 'confecta', 'parti', 'cuius', 'interest', 'tradere', 'debeant', 'impediunt', 'vel', 'prohibent', 'ac', 'etiã', 'partes', 'seu', 'eorum', 'agentes', 'consanguineos', 'affines', 'familiares', 'notarios', 'executores', 'subexecutores', 'litterarum', 'citationum', 'monitorio', 'aliorum', 'prædictorum', 'capiunt', 'percutiunt', 'vulnerant', 'carcerant', 'detinent', 'ex', 'Civitatibus', 'Locis', 'regnis', 'ejiciunt', 'bonis', 'spoliant', 'perterrefaciunt', 'concutiunt', 'cōmāntur', 'per', 'se', 'vel', 'alium', 'seu', 'alios', 'publicè', 'vel', 'occultè', 'quive', 'alias', 'quibuscumque', 'personis', 'in', 'genere', 'vel', 'in', 'specie', 'ne', 'pro', 'quibusvis', 'eorum', 'negotiis', 'prosequendis', 'seu', 'gratiis', 'vel', 'literis', 'impetrandis', 'ad', 'Rom.', 'Cur.', 'accedant', 'aut', 'recursum', 'habeant', 'seu', 'gratias', 'ipsas', 'vel', 'litteras', 'à', 'dicta', 'Sede', 'impetrent', 'seu', 'impetratis', 'utantur', 'directè', 'vel', 'indirectè', 'prohibere', 'statuere', 'seu', 'mandare', 'vel', 'apud', 'se', 'aut', 'Notarios', 'seu', 'Tabelliones', 'vel', 'alias', 'quomodolibet', 'retinere', 'præsumunt.'

gali, Ducali, vel alia quacumque profulgante dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

*Iudices seculares, qui in causis capitulibus, seu criminalibus, contra Ecclesiasticas personas...*

§. 15. Quive ex eorum privato officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, capitula, conventus, collegia Ecclesiarum quorumcumque contra se, ad sacrum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, prater iuris Canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directe, vel indirecte, quovis quovis colore, necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmatice, seu quavis alia decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa & quovis quovis colore, ac etiam pretertextu cujuscumque consuetudinis, aut privilegii, vel alius quomodolibet fecerint, ordinarunt & publicaverint, vel factis, & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo laeditur, vel deprimatur, aut alius quovis modo restringitur, seu nostris & dicte Sedis, ac quacumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directe, tacite, vel expresse prejudicatur.

*Imped. Prælati sui iurisdictionem, qui in causis illorum, & de iudiciis eludentes, ad Cur. secul. recur. non contra illud aliquid de eorum, præstante auxilium.*

§. 16. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa, directe, vel indirecte, carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos & affines, aut alios impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones & sacre Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias & decreta, aut alia fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam poenalia Ordinarii, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patronium & favorem in eisdem.

*Usurpantes Sedis Apostolicæ, & quorumcumque Ecclesiasticarum, vel orationis fructus sequentes. Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Monasteriis, aut eorum fructibus.*

§. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentibus usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

*Iudices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus, contra Ecclesiasticas personas.*

§. 18. Quive collectas, decimas, tallias, præstantias, & alia onera Clericis, Prælati & aliis personis Ecclesiasticis ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus & proventibus huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposta, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel alios, directe vel indirecte prædicta facere, exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque sint præminentie, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones & alii potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus & Terris quoquo modo præsidentes, Consilarii & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris & poenis in eis contentis.

*Iudices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus, contra Ecclesiasticas personas.*

§. 19. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & quoscumque Magistratos & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas procedendo, bannendo, capiendo, seu sententias contra illas profertendo, vel exequendo, sine speciali, specifica & expressa huius Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique ejusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel aliis perpetam abutuntur, etiam talia committentes fuerint Consilarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios, directe vel indirecte, sub quocumque titulo, vel colore, invadunt, detrahunt, occupant, & detinere præsumunt, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Sicilia, Insulas Sardinie, & Corsicæ, Terras citra Pharam, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venetinum, Sabinum, Marchiam Anconitanam, Marchiam Trebitanæ, Romandiolam, Campaniam, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castellum, Tudertum, Ferrariam, Comaculum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dicteque Rom. Eccl. mediate, vel immediate subjecta, necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adhaerentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

*Commissarius, & alii, qui in partem, Almam Urbem, Regnum Sicilia, Insulas Sardinie, & Corsicæ, Terras citra Pharam, Patrimonium Beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venetinum, Sabinum, Marchiam Anconitanam, Marchiam Trebitanæ, Romandiolam, Campaniam, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castellum, Tudertum, Ferrariam, Comaculum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dicteque Rom. Eccl. mediate, vel immediate subjecta, necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adhaerentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.*

§. 21. Volentes presentes nostros processus, ac omnia & quæcumque his litteris contenta, quousque alii huiusmodi processus à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

*Mac. l. quousq. sit.*

§. 22. Cæterum à prædictis sententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolvi possit, etiam pretertextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscumque personis ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujuscumque Concilii decreta, verbo, litteris, aut alia quacumque scriptura, in genere & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovandorum.

*Alia. re. p. tes pu.*

§. 23. Quod si forte aliqui contra tenorem presentium talibus excommunicatione & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendente de facto præsumperint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter, prout expedire noverimus, processuri.

*Alia. re. p. tes pu.*

§. 24. Declarantes, ac protestantes quacumque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub presentibus comprehensos, nisi prius à præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint, ac quoad eos qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmatice, & decreta huiusmodi publicè revocaverint, & ex Archiviis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac Nos de revocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum, quantocumque tempore continuatam in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apostolicæ, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, undecumque & quandocumque acquisitis, vel quærendis, nullatenus prejudicari posse, aut debere.

*Papa. re. p. tes pu.*

§. 25. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indulgiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus prædictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cujuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentie fuerint, etiam si, ut præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis ecclesiastica, & mundana præfulgeat dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis

*D. om. re. pu.*



quavis alia forma, & tenore, ac eam quibusvis clausulis, utim derogatarum derogatoriis concessis, etiam continentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus & dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac prescriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quos contra hos nostros processus ac sententias, quominus includantur in eis, se iurare valeant, vel tueri. Quia omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, infererentur, presentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 26. Ut vero presentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesie S. Ioan. Lateran. & Basilice Principis Apost. de Vrbe appendi faciemus, ut ii, quos processus huiusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem pretendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 27. Insuper ut processus ipsi, & presentes littere, ac omnia & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatibus ubilibet constitutis per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientie districtè præcipiendo mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios presentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerint, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

§. 28. Ceterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, nec non rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac presbyteri seculares, & quorumvis Ordinum regulares ad audiendas peccatorum confessiones quavis auctoritate deputati, transumptum presentium Litterarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

§. 29. Volentes earundem presentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarii Romanæ Curie, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem in iudicio & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdictionis, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1610. sexto Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno quinto.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo decimo tertio, Indiil. 21. die vero quarta mensis Aprilis, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & D.N.D. Pauli divina providentia Papa V. Anno octavo, supradictæ litteræ affixa & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis & Principis Apostolorum, & in acie Campi Flora, per nos Balthasarem Vachan, & Brandimarsium Laminum Cursores.

Jacobus Brambila Mag. Cursum.

IV. Quod Superiores Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati, ubique nova Monasteria de sola Ordinariorum licentia fundare valeant.

Contrarium generaliter statuerat Clemens VIII. in sua constit. 99. Quoniam, hic supra.

Congregationem istam primò approbavit Clemens VII. in sua constit. 37. Vota, lib. 1. ubi alia quæ ipsam concernunt adnotavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1610.

Ecclesie militantis regimini licet immeriti, divina disponente clementia præfidentes, quilibetiam perfectiorum Militum Christi multitudinem existimamus.

§. 1. Cum sicut non sine spirituali gaudio nostro accepimus, dilecti filii Clerici Regulares Congregationis Sancti Pauli Decollati, in diversis Mundi partibus pergant assidue Deo & Ecclesie suæ Sanctæ exhibere famulatum, non solum ipsi Deo per orationem & contemplationem sedulo vacantes, verum etiam animarum salutem exemplo, doctrina & sacramentorum administratione sollicitè procurantes.

§. 2. Cumque in dies uberiores fructus ex dictorum Clericorum religionis propagatione, benedicente Domino, sperandi sint, Nos ad ea quæ eorundem Clericorum Religionis augmento cedere possunt concedenda, adque ea, quæ illis in hoc impedimentum aliquod afferre dignoscuntur removenda, merito propensiores sumus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia & mera deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Clericorum Regularium Superioribus, ut ubique locorū, quilibet in districtu suo, domos & Monasteria eorum instituti Regularis, servatis factorum Canonum & Concilii Tridentini decretis, de sola licentia Ordinariorum, nullo aliarum personarum cuiusvis Ordinis, etiam Regularium requisito consensu, condere & fundare valeant, auctoritate Apostolica tenore presentium licentiam & facultatem concedimus & impartimus.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Clementis Papæ octavi Prædecessoris nostri, quæ incipit, Quoniam ad instituta, sub datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Iulii 1603. Pontificatus sui Anno 12. aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & cuiusvis alterius Ordinis etiam juramento, &c. roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis quibusvis aliis Ordinibus, ac eorum Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, ac si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, die 8. Maii 1610. Anno quinto.

Exordium.

Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli Decollati commendatur.

Facultas eius Superioribus ubique locorū monasteria construendi, de sola Ordinariorum licentia.

Derogatio contrariis.

Ida Clementis constit. est indicata hic in rubro.

Fides transumptorum.

Dat. P. An. 5. die 8. Maii.

De Magistris Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latine & Arabicæ, à Regularibus in suis Studiis habendis.

L X V.

Huiusmodi Magistros in studiis generalibus teneri iussit Clemens V. ut in clement. 1. de Magistr. & notavi supra ad const. 9. Bonifacii VIII. lib. 1.

PAVLVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1610.

Apostolicæ servitutis onere infirmitati nostræ à Domino, inscrutabili consilio ejus, imposito, assidue admonemur, sapientibus & insipientibus constitutos nos esse debitores, ut scilicet per ministerium nostri Apostolatus, qui sapiunt, quod Sanctus docet Bernardus, non desipiant; qui non sapiunt, sapiant, & qui desipuerunt, resipiscant, quibus verbis instrui nos satis perspicimus, ut fideles in fide & charitate conservare, infideles ab infidelitatis tenebris educere, & hæreticos ac peccatores à pervert

Exordium.

perveritate erroris ac servitate peccati liberari, aspirante gratia Dei, à quo omnis sapientia, pastorali sollicitudine procuremus.

Causa inflamationis.

§. 1. Cum verò præceptum Domini lucidum illuminet oculos, ac testimonium ejus fidele sapientiam præstet parvulis, omni vigilantia procurare debemus, ut Prædicatores & Doctores verbi Dei ad opus Dei operandum instructi & adjuvantur in dies magis, & partes suas quantum cum Domino fieri potest, ad gloriam ejus & utilitatem animarum quotidie melius, & feliciter adimpleant. Cui rei plurimum conducere satis constat, Linguarum cognitionem, Hebraicæ præsertim, Græcæ, Latine & Arabicæ, hæc enim conversio Infidelium opportunissima esse dignoscitur, quando magna eorum pars aut Arabicè loquitur, aut intelligit; ac si unquam reliquarum trium linguarum notitia in Ecclesia Dei utilis fuit, diebus nostris profectò utilissima est: hostis enim humani generis Linguarum scientia, singulari dono Dei hominibus tradita, ad ipsius Largitoris contumeliam, & fidei suæ Catholicæ detrimentum, nunc ut cum maxime abutitur.

Institutio Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latine & Arabicæ in Studiis Regularium.

§. 2. Quamobrem fel. rec. Clementis Papæ V. Prædecessoris nostri, quantum conditio temporis patitur, vestigiis insistentes, Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ nobis attributæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura Constitutione sancimus, statuimus & ordinamus, ut in eujuscumque Ordinis, & instituti Regularium, tam Mendicantium quàm non Mendicantium, etiam quomodolibet exceptorum, & Apostolicæ Sedi immediate subjeutorum, Studiis omnibus trium Linguarum hujusmodi, Hebraicæ videlicet, Græcæ & Latine, in majoribus verò ac celebrioribus, etiam Arabicæ Doctores, Regulares quidem & ejusdem Ordinis, si in illo harum Linguarum sufficientem notitiam habentes sint, sin minus seculares, aut alterius Ordinis Regulares, qui illas actu & diligenter doceant, habeantur, si Studia in Urbibus & locis existant, ubi Lingua un prædictarum peritos conducendi facultas est, Studiis verò locorum, ubi hujusmodi Doctores defunt, cum primò in aliis Studiis ubi Lingua hujusmodi docebuntur, Scholares tantùm profecerint, ut docendis aliis idonei sint, de hisdem Scholaribus provideatur.

Deputatio concutorum.

§. 3. Quod ut citius & facilius fieri possit, & sperati fructus ex Linguarum hujusmodi studio appareant, omnibus & singulis Regularium Superioribus sub indignationis nostræ pœna eadem auctoritate tenore præsentium præcipimus & mandamus, & si ipsi negligentes fuerint, eorundem Ordinum Regularium apud Nos & Sedem Apostolicam Protectoribus injungimus, eorum conscientias desuper onerantes, ut omni cura & sollicitudine quantum citius provideant, ut Scholæ Linguarum hujusmodi quamprimùm instituuntur, ac Doctores prædicti deputentur, earundemque Linguarum Lectionibus Scholares assignentur, qui illis sedulam, & assiduam operam navent.

Privilegium Scholarum studio distinarum linguarum incumbentium.

§. 4. Hi verò Scholares ut alacrius huic studio incumbant, volumus & decernimus, ut in promotione ad Doctores gradus, & ad alios sui Ordinis honores, illi ceteris paribus præferantur, qui in cognitione trium saltem Linguarum prædictarum profecerint, ita ut ad illas docendas apti sint.

Derogatio contrariarum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis quibusvis Vniversitatibus, illarumque Rectoribus, ac Ordinibus prædictis, & illorum Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hæc vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sancitio penalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Sanctionis, statuti, ordinationis, præ-

cepti, mandati, injUNCTIONIS, ONERATIONIS, VOLUNTATIS, decreti & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, pridie Kal. Augusti, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo decimo, Pontificatus nostri Anno sexto.

M. Card. Nazarenus Prodat.  
Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo decimo, Indictione octava, Pontificatus S. D. N. D. Pauli divina providentia Papa Quinti Anno ejus sexto, die verò 28. mensis Septembris, retroscripta littera Apostolica affixa & publicata fuerunt ad valvas Camera Apostolicæ, & in acie Campi Flora, per nos Bernardum Polium, & Brandimartem Latinum, Sanctissimi D. N. Papa Curiales, &c.

Virginus de Virginis Mag. Curf.

Quod Fratres Tertii Ordinis S. Francisci de Penitentia nuncupati, familiæ Ultramontanæ, habitum humilis panni, distinctivique coloris à Fratrum S. Francisci de Paula habitu gestare teneantur.

De hoc Tertio, & aliis S. Francisci Affiliatis Ordinibus, plenè notavi supra ad Honoris III. consil. Soles, lib. 1. De Ordine autem S. Francisci de Paula, quem primò approbavit Sixtus IV. in sua consil. 5. Sedis, lib. 1. ibi notavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad futuram rei memoriam.

Inter graves pastoralis officii nostri curas quibus assidue premimur, hæc potissimum nos urget, ut Christi fideles, præsertim regularem vitam profitentes, semotim anfractibus, unanimi voce sub concordia legibus Altissimi vota exolvant, & si que inter eos ortæ sint lites & discordiæ, illæ prout jus & æquitas postulant, eliminentur, & ne in futurum resurgant, opportunis remediis provideatur.

§. 1. Aliis siquidem per nos accepto, quod lites & causæ inter dilectos filios Fratres Tertii Ordinis S. Francisci de Penitentia nuncupati Ultramontanæ Familiæ ex una, & Fratres Ordinis S. Francisci de Paula Partibus ex altera, super colore habitus gestandi à dictis Fratribus Tertii Ordinis, ut à prædictis Fratribus S. Francisci de Paula aperte distingui possent pendebat, nos litem & causam seu causas hujusmodi venerabili fratri nostro Mariano Episcopo Tusculano de Camerino, & dilecto filio nostro Hieronymo tit. B. Blasii de Annulo S. R. E. Presbyteris Cardinalibus Pamphilio nuncupatis, Minorum S. Francisci de Paula, & Fratrum Minorum de Observantia Ordinum hujusmodi apud nos & Apostolicam Sedem respectivè Protectori & Viceprotectori, audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito terminandas, omni & quacumque appellatione remota commisimus.

§. 2. Qui quidem Marianus & Hieronymus Cardinales in executionem commissionis, in hujusmodi negotio pro majori dictorum Fratrum inter se quiete & tranquillitate judicaverunt, decreverunt & statuerunt, ut juxta ipsorum regulam, indultaque summorum Pontificum, præsertim fellicis recordationis Clementis Papæ Octavi prædecessoris nostri, habitus prædictorum Fratrum Tertii Ordinis de Penitentia nuncupati, sit ex humili panno confectus hoc modo, videlicet ut ex quatuor partibus lane naturaliter nigre, & sine aliqua tinctura contextæ, & una parte lane etiam naturaliter candidæ, ita quod singulis quatuor libris lane naturaliter nigre, addatur una libra lane albæ, & aliis prout in eorundem Mariani & Hieronymi decreto desuper factò plenè dicitur contineri.

§. 3. Cum autè utriusque Ordinis prædicti Fratres nobis nuper exponi fecerint, quod ipsi plurimùm cupiant decretum hujusmodi pro illius firmitate subsistentia, & inviolabili observatione à nobis confirmari & approbari, idèd nobis humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos

LXX

Edicta D. 1610

Exordium

Oratio differunt inter Fratres Tertii Ordinis S. Francisci, & Fratres de Paula, ut à prædictis Fratribus S. Francisci de Paula aperte distingui possent pendebat, nos litem & causam seu causas hujusmodi venerabili fratri nostro Mariano Episcopo Tusculano de Camerino, & dilecto filio nostro Hieronymo tit. B. Blasii de Annulo S. R. E. Presbyteris Cardinalibus Pamphilio nuncupatis, Minorum S. Francisci de Paula, & Fratrum Minorum de Observantia Ordinum hujusmodi apud nos & Apostolicam Sedem respectivè Protectori & Viceprotectori, audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito terminandas, omni & quacumque appellatione remota commisimus.

Qui duo pronuntiant Fratres Tertii Ordinis S. Francisci de Penitentia nuncupati Ultramontanæ Familiæ ex una, & Fratres Ordinis S. Francisci de Paula Partibus ex altera, super colore habitus gestandi à dictis Fratribus Tertii Ordinis, ut à prædictis Fratribus S. Francisci de Paula aperte distingui possent pendebat, nos litem & causam seu causas hujusmodi venerabili fratri nostro Mariano Episcopo Tusculano de Camerino, & dilecto filio nostro Hieronymo tit. B. Blasii de Annulo S. R. E. Presbyteris Cardinalibus Pamphilio nuncupatis, Minorum S. Francisci de Paula, & Fratrum Minorum de Observantia Ordinum hujusmodi apud nos & Apostolicam Sedem respectivè Protectori & Viceprotectori, audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito terminandas, omni & quacumque appellatione remota commisimus.

Præmissa supplicari Papa pro illius firmitate subsistentia, & inviolabili observatione à nobis confirmari & approbari, idèd nobis humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur illorum votis, quo quietius & securius in humilitatis spiritu Altissimo famulari valeant, annue- re, eosque specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, &c. censentes, hu- jusmodi supplicationibus inelinati, Decretum prædictum & omnia & singula in illo contenta Apostolica auctori- tate tenore præsentium perpetuo confirmamus & appro- bamus, illisque omnibus & singulis perpetuè & inviola- bilis firmitatis robur adjicimus, omnesque & singulos tam juris quam facti, & quoscumque alios etiam quan- tumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet interyenerint, aut intervenisse dici, vel ceteri possint, supplemus, eaque omnia & singula valida & effica- cia fore & esse, perpetuamque roboris firmitatem obtine- re, ac ab omnibus & singulis utriusque Ordinis prædi- cti Fratribus nunc & pro tempore existentibus inviola- biliter observari debere decernimus.

§.5. Mandantes nihilominus omnibus & singulis ip- sius Ordinis de Penitentia Fratribus, Ministris, & Præ- latis Ultramontanæ Familiæ, præsertim Hispanorum & Gallorum, tam præsentibus quam futuris in virtute sanctæ obedientiæ, & sub privationis officiorum, inhabilitatisque ad illa & alia in posterum obtinenda, necnon late sententiæ incurtendis pœnis, ut posthac elapsis sex mensibus dicti Fratres omnes Tertii Ordinis habitu illo prædicto modo contexto induantur, & in futurum utantur.

§.6. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filiis nostris & Apostolicæ Sedis Nunciis per præsentibus committimus, & mandamus, qua- tenus ipsi per se vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte utriusque, seu alterius Ordinis Fra- trum hujusmodi fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assisten- tes, faciant auctoritate nostra illos præmissorum omnium & singulorum effectu pacifice frui & gaudere, non per- mittentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradiutores quol- cumque per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque op- portuna juris & facti remedia, appellatione postposita compefcendo, invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§.7. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum prædicto- rum etiam juramento, &c. roboratis statutis & consue- tudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostoli- cis illis, illorumque Superioribus & Fratribus, & quibus- vis aliis personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irri- tantibus & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis. Quibus omnibus & singulis, eorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro- plenè & sufficienter expressis & ad verbum insertis ha- bentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse dero- gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Marcum, 14. Augusti 1610. An- no 6.

LVII. Canonizatio S. Caroli tit. S. Praxedis Presbyteri Cardinalis, Archiepiscopi Mediolanensis, ejus- que relatio in numerum SS. Confessorum, cum suæ festivitatis institutione pro die 4. Novem- bris.

PAVLVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

U Nigenitus æterni Patris Filius, Christus Dominus, & Redemptor noster, qui se quotidie unà cum Patre operari professus est, cum Pater meus, inquit, usque modo operatur, & ego operor, nunquam desinit mirabiliter illuminare terram suam à montibus æternis, sed variis lo- cis, variisque temporibus suscitando æternæ gloriæ can- didatos Sanctos suos, Ecclesiam Sanctam illustrare mi- rabilem in modum consuevit, non solum ut addat in dies Bullarii Magni Tom. III.

magis domui suæ gloriam, & decorem, sed etiam ut irra- diando humanæ vitæ tenebras splendoribus sanctorum, tarditatem nostram urgeat fratrum nostrorum exemplo, quasi præsentis testimonio oculorum.

§. 2. Idem Dominus, qui facit mirabilia magna solus, magnificavit novissimè facere nobiscum, ac miro dispensationis suæ opere statuit super Apostolicæ petræ arcem grande luminare, eligens sibi è gremio Sacrosan- ctæ Romanæ Ecclesiæ Carolum, Sacerdotem fidelem, ser- vum bonum, formam gregis, formam Pastorem. Qui vide- licet multiplici fulgore sanctorum operum universam decorando Ecclesiam, Sacerdotibus & Populo præluceret quasi Abel in innocentia, quasi Enoch in munditia, quasi Jacob in laborum tolerantia, quasi Moyses in mansuetu- dine, quasi Elias in ardenti zelo, quique imitandâ exhibe- ret inter affluentes delicias, Hieronymi corporis castiga- tionem, Martini in sublimioribus gradibus humilitatem, Gregorii pastorem sollicitudinem, liberalitatem Ambro- sio, Paulini charitatem, ac demùm videndum, ac perspi- ciendum ostenderet oculis nostris, manibus nostris con- tendendum hominem mundo maximè blandiente cruci- fixum, mundo viventem spiritu, terrena calcantem, cœlestia jugiter negotiantem, & sicut officio in Angelum substitutum, ita etiam mente & opere vitam Angelorum in terris æmulantem.

§.3. Quamobrem meritò repletum est gaudio os no- strum & lingua nostra exultatione, in insigni die solem- nitatis nostræ, quando nullis meritis nostris, sed inscruta- bili sapientiæ suæ arcano hanc diem mundo dilucere his temporibus ante secula præordinavit Altissimus, in qua per ministerium humilitatis nostræ Carolo S. R. E. cui au- ctore Domino præsidemus, Presb. Card. sacris decernen- dis honoribus, unica sponsæ suæ nova imponeretur co- rona, ornata omni lapide pretioso. Ex hoc enim confun- dentur omnes qui adorant sculptilia impiarum adinven- tionum suarum, & gloriantur in simulacris errorum, con- fitebuntur autem populi sancti Domino, & exaltabitur nomen ejus solius.

§.4. Et quoniam solemnitas sanctitatis Christi famuli in veterato Ecclesiæ Romanæ ritu, & ex præ- scripto sacrorum Canonum celebrata, perpetuis futuris temporibus, nostris Apostolicis litteris est de more con- signanda, hæc duximus ex ejus vita, miraculis, totiusque causæ actis summam referenda.

§.5. Nascitur dilectus Dei Carolus in primaria Medio- lanenti familia Borromæa, ex parentibus Giberto Comite, & Margarita Medicea, anno MDXXXVIII. cujus futu- ræ eximie sanctitatis splendorem præmonstravit Domi- nus magno & insolito lumine, qua nocte puer nascebatur, super maternum cubiculum compluribus viso.

§.6. Nec puerilis ætas ejusdem sanctitatis indicia ca- ruit, tempus enim quo vacare licebat, extruendis & exor- nandis altariolis magna cum voluptate dabat. Crescente ætate, quod bonam ejus mentem excellentioribus donis Spiritus Sanctus in dies magis præpararet, Christianis moribus, & literis non difficile à piis parentibus imbuitur. Eminebant verò in adolescente præludia Benedictio- num, quibus dignatus est eum Altissimus, munditia cor- dis, pax interna, innocentia & modestia, nec rebus solùm sed etiam omnibus verbis turpibus, omnibusque menda- ciis abstinerebat.

§.7. In utroque jure in Papiensi Universitate, ubi his stu- diis operam dederat, ad doctoratus gradum promotus, à sel. mem. Pio Papa Quarto prædecessore nostro, ejus avunculo, paulo ante, disponente Domino, ad Apolto- latus apicem evecto, Romam evocatur, & in Sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium adscribitur. Deinde Me- diolanensium Ecclesiæ præficitur, gravissimaque univer- salis Ecclesiæ negotia, & Sedis Apostolicæ munera illi creduntur.

§.8. Hic verò cœpit Dominus ostendere in Carolo mi- rabilia sua; cum enim nondum vigesimum tertium ex- plevisset annum, administrabat omnia diligenter, in sa- pientia & justitia, summo cum zelo honoris Dei, & stu- dio Catholicæ Ecclesiæ utilitatis. Quæ omnia in nego- tiis fidei, Catholicæ & universæ Ecclesiæ, quæ in Conc. Trident. tunc agitabantur, maximè cuituerunt. Non vigiliis, non incommodis, aut laboribus ullis pepercit,

Prædicti Car- oli plurimè magni- que virtutibus illustratus

Quam inter- scribitur conti- gis tempore huius Pontificatus qui de hoc plurimè laudatur.

Quique hæc de eius vita & miraculis hæc eius constitutio re- fertur voluit.

Ortus sui nobis magnus videtur laudem super cubiculo matris.

Puer & natus lescep viri- tibus omni- cuit.

Papæque do- ctus in- signia susce- pit. & Romæ evocatus, à Pio IV. eius avunculo.

Card. postea Archiepiscopus Mediola- nen. creatus & ad gra- vissima Ec- clesiæ negotia præpositus. In ea admi- nistratione inculpatus ac laudabiliter omnia gessit.

in illud prædicti & prædicti prædicti

tribus d. n. Ordinis d. habitus d. debent

patet

regis et- rignum.

14. Aug.

10.

tribus va- riorum in- teris dicitur viret Ecclesia majorum etiam & templum

ut ne quid retardaret S. Synodi absolutionem, quam ipse sollicitè, & cum Spiritus ardore promovit semper, donec à Domino impetraret. In tam sublimi dignitatis gradu constitutus, potentia, etatis, aliisque non paucis, nec levis delinquentis circūdatus, tantum abest ut post carnalia desideria abierit, quin superno assistente præsidio, tunc coepit Christo magis adherere, & spiritus alia ardentius æmulari.

Mediolanum se contulit, & ecclesia sua cura ecclesiastica disciplina nitorem restituit.

§.9. Itaque urbano splendore & amplitudine restitit, bonus operarius in mellem quam susceperat, Mediolanū discedit, ubi partes suas in dies magis implendo, agrum illum, malitia temporum vepribus turpiter deformem, ac silvefcenscentem, in eum restituit nitorem, ut Ecclesiam Mediolanensem præclarum exemplar redderet Ecclesiasticæ disciplinæ. Hoc autem cum à se præsentè præstandum cerneret, nunquam à residentia discessit nisi coactus, aut concedente Sede Apostolica, vel seniore Episcopo suæ provincie approbante. Principio Concilii Trid. decreta executioni mandari sollicitè curavit, & ut Ecclesiasticam disciplinam moreque depravatos rectè & ordine emendaret, Domini via incedendum intelligens, divino auxilio facere incepit, & Jocere.

Reformationi sui ipsius suæque familiarum, Civitatis & Diocesis loca pia construxit, vel ornavit. Seminaria instituit, aliaque pia opera complerè vit.

§.10. Nam à se, suaque familia reformationem aggressus, omnia ad Sacrorum & Sanctorum Patrum exempla composuit, laicis familiaribus gratia missione dimissis clericorum censuit utendum ministerio, quibuscum affludux illi erant ad Deum preces, alique complures spirituales occupationes, omni vestium pompa delectata, omnique aliare minus honesta, & religioso indecora sublata. Quantum in Ecclesiæ suæ recta administratione præstitit, satis declarant Synodi multæ Provinciales ac Diocesanæ, ejusque Ecclesiæ actorum edita volumina, quæ Sacerdotum manibus teruntur, & regendi Ecclesiæ doctrinam abundè suppeditant. Civitatis ac Diocesis suæ Ecclesias, aut ipse solus suis sumptibus, aut grâdi elemosyna præcundo, unâ cum aliis instauravit, alias à fundamentis ædificavit, alias ornavit, præiosa etiam nonnullas suppellectili ære suo instruxit. Pueris, & adolescentibus Civitatis, & Diocesis, tum Clericis, tum Laicis, necnon Helvetiis & Rhetis moribus & literis informâdis, presb. secularibus in regimine animarum erudiendis Seminaria & Collegia instituit, præterea regularibus clericis, sacris Virginibus regulares, sæcularibus, verò tã mulieribus quàm virginibus sæculares domos, Mendicantibus Hospitale, Canonicis Ecclesiæ Mediolanensis ordinariis commune domicilium, Archiepiscopis, eorumque hospitibus opportunas ædes, aliis piis operibus complures alias piæ domos magnis sumptibus, partim propriis, partim beneficiorum Ecclesiasticorum unione & attributione extruxit, auxit, & necessariis redditibus stabilivit.

Prædicationi & jejuniis ac orationibus assiduus fuit.

§.11. In prædicatione verbi Dei tam frequens erat B. Pontifex, ut planè in omni patientia & doctrina impleter ministerium suum, vigilando, laborando labore penè incredibili, ita ut quadraginta horarum solemnibus precibus continuò persistens, in jejunio & vigilia singulis horis ad populum admirabili patientia sermonem haberet.

Ecclesiarum visitationi cum sua vita discrimine insubuit.

§.12. A frequenti visitatione Ecclesiarum & populorum suæ diocesis ad Provincie, vel aliarum etiam diocesium, cum ab Apostolica Sede demandabatur, nullis incommodis, aut periculis deterreri, vel retardari potuit, non æstu, non algore, aut nocturnis tenebris, non præruptis & asperis Rhetorum & Helvetiorum montium, nive & glacie rigentium, neque aliis denique multis & gravibus difficultatibus. Sed vir Dei charitate, quæ foras pellit timorem & omnia sustinet; omnibus superatis, etiam cum suæ vitæ discrimine, increpando, obsecrando, prædicando, & exemplo atque auctoritate personæ herens, multaque alia gravissima vitia & abusus, præsertim à clero, per Christi gratiam sustulit.

Ecclesia patrimonium largitus, & paravit & munis.

§.13. In administrando patrimonio Ecclesiæ tantum industriæ & diligentie adhibuit servus fidelis, ut ejus redditus multò majores relinqueret quàm acceperat, nec minus tamen in illis dispensandis fidelis apparuit coram Domino.

Hospitalitatem assiduo præstavit.

§.14. Hospitalitatem quippe exhibuit usque adeo, ut ostium ejus omnibus pateret semper, diæsanis, alienigenis, notis, ignotis, præsertim verò Ecclesiasticis, quos

in sæcularibus diversoriis manere indecorum dicere solebat, suamque domum publicum hospitium vocabat.

§.15. In elemosynis dandis ita se gessit, ut in hoc opere præcipuè abundasse merito dici possit, ac disceptasse & dedisse pauperibus. Quantum enim necessariis sumptibus ex mensa Ecclesiæ Mediolanensis, & ex aliis propriis redditibus supererat, totum in pauperes abibat; & ne quemquam apertè rogandi, aut accipiendi pudor expertem faceret misericordie suæ, secretis elemosynis fidelem præposuerat ministrum, qui eorum occultis necessitatibus subveniret. Eoque processit pauperibus subveniendi studium, ut Urbanum principarum, reliquum patrimonii sui, nec tenuis redditus, distraheret, & quadraginta millium scutorum pretio, quamvis vili, inde percipere, diversis piis locis Mediolani tantum pecuniæ paucissimis horis attribueret.

Blasphemia

Reflexio

§.16. Cum verò pestilentiam in Civitatem & diocesim Dominus immisisset, & gregem sibi commissum bonus pastor miserabiliter affligi cerneret, ut egenorum calamitati temporalibus etiam auxiliis prospiceret, vel argentea vasa, stragulam, aliamque vestem, ostiorum vela, propriisque demum lectuli solatium dedit. Neque hic constitit fervens Christi servi erga proximi dilectio, sed æmulando charitativa meliora, ad eam charitatem pervenit, qua majorem neminem habere Dominus ipse pronunciat. Quasi enim patrum judicaret publicis supplicationibus nudipedalibus verbo & opere inducere clerum & populū ad divinam deprecandam vindictam, & ad poenitentiam provocare, aliaque multa in commune consulendo sollicitè ordinare pro munere pastorali, cernens id etiam animarum salutem, & gregis necessitatibus in Domino expedire, dispositis rebus suis, & selectis nonnullis adiutoribus, infirmos tam Civitatis, quàm diocesis cujuscumque ordinis, die nocteque visitando, spiritualia & temporalia ministrabat, defunctos sepeliri, infantes orphanos nutrire, ac sua quæque onera publicè demandata diligenter ac fideliter administrare curabat, non pauperum valetudinaria, non humiles casas invisas dimisit, non ad mortuorum cadavera accedere veritus est, ut viventem miserabiliter inter mortuos infantem ab uberibus defunctæ matris eriperet, & sic agendo boni pastoris explet officium, qui animam suam ponit pro ovibus suis.

Reflexio

Auctoritas

§.17. Id quod facere etiam se paratum pro tuendis Ecclesiæ juribus & Ecclesiastica restituenda, & conservanda auctoritate non semel ostendit, quippe qui in promptu haberet ulcisci omnem inobedientiam, mitissimus alioquin vir, & elementissimus, ita ut calumnias, contumelias, gravesque persecutiones patientissimè ferret. Quapropter oblata aliquando indicia proditoris vitæ suæ neglexit, & literas nec resignatas flammis tradidit.

Miseria

§.18. Perè nullus, quamquam delictis reus, ejus misericordiam poenitens imploravit, qui non fuerit consecutus.

Miseria

§.19. Severus tamen arbiter erat in expediendis meritis personatum, cum de Ecclesiasticis beneficiis, & officiis conferendis ageretur, beneficia enim nisi magis idoneis non dabat, neque in illis dispensandis ullatenus à sacrorum Canonum voluntate recedebat.

Beneficia

§.20. Et ut sanctè & justè coram Deo & hominibus omnia tractaret, à muneribus etiam vilissimis abstinuit.

Muneribus

§.21. Tribunalia sua, ut non solum quavis labe iniquitatis, sed etiam suspitione vacarent, omni studio, præsertim sæpè illa visitando, præstitit.

Tribunalia

§.22. Nullum tempus animi relaxationi dabat, sed opus Dei, & proximi continuè agenti negotium negotio succedebat, curam cura excipiebat. Non quietis tempus vacabat ab opere, non refectio, bonam enim noctis partem lectione, tum scriptio, tum oratione absolvebat, interdum in oratione pernoctabat, neque idcirco remissior manè in agendo erat, ita ut in actis inter cetera consignatum sit, quod cum aliquando Romæ in Catacumbis noctem, quam jejunium præcesserat, orando insomnem egisset, manè non solum de corporis refectio, aut quiete non cogitavit, sed valde longa perigrinatione suscepta, ad B. Agnetis Ecclesiam pedibus processit, ubi Missam agendo & orando, tantum temporis posuit, ut ante vigesimam secundam horam cibum non

Quies

Miseria

101 caperet, re ipsa planè ostendens, quòd àm omnia possit in eo qui illum confortabat.

statum

§. 23. Has omnes, & sequentes virtutes exornavit mirum in modum castitate & pudicitia, quam in florenti etiam ætate, quanquam non leviter tentatus, illam fortiter defendit, ac diligentissimè semper custodivit. Itaque fœminas sine arbitrio non alloquebatur, omnemque occasionem vitæ labefaciendi candorem accuratè præcavebat.

Strina

§. 24. Firmabat verò ejus virtutes omnes solidum fundamentum, præcellens vivæ fidei donum, quod & dilectionis egregia opera, & doctrinæ veritas ac puritas, quæ ex ejus ore Ecclesia Mediolanensis, aliique non pauci Christi fideles tot annis hauserunt, comprobant satis.

pietas

§. 25. Pietas præterea insignis ac devotio, cujus fervore incensus Christi famulus, sacra Italici loca orationis causa aliquando obibat, longa & difficillima itinera alienissimo anni tempore pedibus agendo. Quia in se, ut nullo loco à sanctis operibus cessaret, tempus rerum divinarum contemplatione, aut Psalmorum & Sanctorum precum recitatione, aut sermones spirituales cum comitibus conferendo transigebat.

idie Deo

§. 26. Quotidie sacrificium Deo offerebat, genibus flexis horas canonicas recitabat, & sacras scrutabatur scripturas, idque interdum dum secretè refectionem sumeret corporalem. Quamobrem meruit homo Dei in humilissimi operibus occupatus non mediocriter à Domino clarificari. Cum enim ex more aliquando in privato oratorio vespere cum familia oraret, & filius perditionis, apollata quidam ex Ordine humiliatorum, quem alii nonnulli ejusdem Ordinis similes ministri Sathanæ pecunia in necem Caroli subornaverant, quòd eorum Ordinis reformationem auctoritate Apostolica urgeret, in ejus tergum plumbeis globulis instructum scelopum ab Oratori porta explosisset, divina protegente dextera, sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, & globorum pars sancti Pontificis orantis vestes non penetravit, licet alii violentia ictus utrimque fuerint in proximo defixi, omnibusque percussis, ac de ejus salute trepidantibus, ipse solus mente immotus, illos in oratione progressi mandavit, & tunc ipsum Domini monitum illud, Non turbetur cor vestrum neque formidet, cantari non sine divina voluntate contigerat.

idius er-

§. 27. Qui igitur sui corporis salutis opus Dei tantum anteponeret, haud mirum si rerum etiam & honorum contemptu inter Christi servos eniteret Carolus, & illuxerit omnibus qui in domo sunt. Postquam enim ad Ecclesiam regendam Mediolanensem, & ad Christianam perfectionem animum appulit, ut expediret agere possit quod agendum susceperat, majoris Pœnitentiarii officium, Archiepiscopatum Basilicæ S. Mariæ Majoris, Urbis, Ordinum Regularium complurium, Regnotum & Nationum honorificentissimas clientelas, seu protectiones, opulenta munera, grandesque Ecclesiasticos, & patrimoniales redditus sponte sua reliquit.

idius cor-

§. 28. Neque his tantum vinculis sese exolvendum censuit, ut Christum sequi liberius posset, sed quod longè difficilior est, quo corpus suum redigeret in servitum, severissimè castigavit, quotidiano etiam non contentus jejuniis, carniis, ovorum ac piscium esu sibi interdixit, deinde ter qualibet hebdomada, post hæc tota Quadragesima pane tantum, & aqua jejunavit. Ac demum, ut in corde ipsius disposuerat Dominus ascensiones, Quadragesimale jejunium magna ex parte solis ficis pallis, aut solis dactylis, Sanctorum veterum Eremitarum more peregit, denique postremo vitæ tempore hebdomada majore solis lupinis aqua mollitis languentem animam sustentavit.

Ciliciumque

§. 29. Vestis illi interior cilicium, & crassa aspera tunica, exterior privata, lanæ, ac vilis, & attrita, publica dignitatis propria, super paleas, aut super asses, paleis pleno pulvino capiti supposito cubabat, interdum super ipsam humum, sagulo tantum substrato, postquam enim lectum suum pauperibus pestilentia laborantibus largitus fuit, nunquam super lectum culcitra stratum dormivit. Accedebant frequentes corporis flagellationes, aliisque id genus complures mortificationes.

idius cor-

§. 30. Quibus tandem gradibus, cum ad illam servo-

Bullariis Magni Tom. III.

rum Christi perfectionem pervenisset, ut per gratiâ Spiritus Sancti audire à Domino posset, Serve bone & fidelis, à paucis, & humanis rebus in quibus fuerat fidelis, super multa, & æterna bona constitui meruit, & intrare in gaudium Domini sui, anno siquidè incunte ætatis sue LVII. cum prius quasi discessuri sese comparans, Varalli montis Novariensis diœcesis, religiosas passionis Christi memorias adiisset, ibique univeros annos suos recogitando, generali confessione culpas diluisset, & cum amaritudine animæ suæ quindecim dies in oratione, jejuniis, vigiliis, aliisque corporis afflictionibus egisset, æger Mediolanum delatus, consummato cursu obdormivit in Domino.

Miraculis claris.

§. 31. Ejus obitum universi populi Mediolanensis lætus consecutus est, aliis Sanctum, aliis communem Patrem amissum querentibus. Excellentem verò famuli sui sanctitatem comprobare etiam voluit Altissimus testimonio miraculorum, quorum cum plura, etiam ab eo vivente facta in actis recensentur, insigniora tamen post ejus beatam dormitionem edita probantur.

Cæco infanti oculos dedit.

§. 32. Nam quidam infans, Philippi Navæ, & Lucinæ Mediolanensis filius, quem sine oculis in lucem editum fuisse Medici re maturè perpensa, affirmaverant, pia matris ad Caroli auxilium cõversæ precibus mirabiliter illos à Domino accepit, quippe sorore quinque annorum Carolum infanti benedictionem dedisse, & illi oculos aperuisse clamante, mater clamore advocata puellæ, oculos infantem habere deprehendit.

Paralyticum sensum & motum restituit.

§. 33. Et sanctimonialis Monasterii Majoris Mediolanensis nomine Paula Justina Casata, cui dexteræ partis corporis omnem sensum ac motum paralytis ademerat, cum ad S. Sacerdotis imaginem, voto prius suscepto, & elemosyna erogata, sacra communione refecta, magno spiritus ardore & fiducia oraret, statim sensum, & motum cum valetudine recuperavit, ita ut ad O. torium se conferre, & gratias agere liberè potuerit.

Hæcicam & longam febrem ab infirmo expulsi.

§. 34. Altera verò Monialis ex Capuccinis nuncupatis, ejusdem Civitatis, cui nomen Candida de Agadis, triennio hæcica febre tam acriter laboraverat, ut desperatæ salutis, ac mortis proxima existimaretur: hæc voto similiter emisso, & S. Pont. auxilio devotè implorato, ad Caroli vestis superimpositæ contactum statim convaleuit.

Membrorum sanitate infirmis largitus est.

§. 35. Votum similiter cum vovisset Angela Antonia quædam Senensis annorum ferè 70. quo se Dominus per intercessionè B. Caroli, à membrorum infirmitate sanaret, cum abque alterius auxilio incedere non valeret, antequam votum solvere finivit, valetudinem cõsequi meruit.

Nervos & crus infirmam sanavit.

§. 36. Ad imaginem rursus servi Christi magna cum devotione, dum meritis ejus confidens Deum orat Candida Francisca de Fortis, Monasterii S. Agnetis Mediolanensis, ut à gravi morbo liberaretur quo tertio jã mensè affligebatur, quem spasnum ex catarrho Medici censebant, indeque crus illi dexterum contractum erat, nullisque remediis depelli valuerat, suavi quadam quasi aura nervos & crus dexterum pertundi, & reconciliari sentit, ac finita oratione pedibus consistit, & sanatur.

Articulorum morbo aliam liberavit.

§. 37. Angela quoque Buticella Papiensis gravissimo articulorum morbo affecta, ex quo omnium membrorum notu, præterquam linguæ, destituta languebat, ad ejus imaginem pro sanitate orante, meritis & precibus Caroli unâ cura devotæ femine oratione morbus mirabiliter finivit.

Manuum acerbissimè dolorem ab altera deiecit.

§. 38. Ama, mulier nobilis Polona, ex Marchionibus de Miroo, cum annos circiter novem manuum acerbissimis doloribus, cum tumore, & digitorum contractione laborasset, omni medicinæ auxilio frustra tentato, ad imaginem eidem beati Caroli conversa, ejus opem magno cum spiritus ardore implorans, statim sanitatem recuperavit.

Gravam ulcera alteri consolidavit.

§. 39. Sepulchrum quoque servi sui placuit Domino multis signis miracate, fidelium preces in diversis eorum necessitatibus exaudiendo. Ex quibus illud est eximium, quod cum vir quidam nobilis Mediolanensis, nomine Io. Jacobus Lomacius, erutum quinquennio ulceribus affligeretur, neque à medicina valetudinem consequendi spes relicta esset, acrioribus quàm solet, doloribus aliquando correptus, ad viri Sancti sepulchrum bacillo innixus proficiscitur, ibique pro curanda valetudine ferventi spiritu orat. Oratione finita, sine dolore Missam audita

deinde

deinde incolumis confurgit, ac domum reversus, admirabili Dei beneficio crurum ulcera consolidata, sibi que sanitatem redditam deprehendit.

§.40. Prætera Margarita Montæ, Mediolanensis puella annorum sex, adeo distortis, ac perversis pedibus nata erat, ut plantæ interiori converte, se invicem adspicerent, ac pedis pars exterior plantæ officio fungeretur: tamen à corporis vitio hujusmodi, quod nec industria obstetricis, neque sexennio quæsitum humanum remedium corrigere valuerant, per B. Confessoris intercessionem liberata est, à matre enim ad sepulchrum ejus ducta, ab alterius primùm, deinde reducta, ac voto etiam edito, ab alterius etiam pedis hujusmodi inversione sanata est.

§.41. Non minoris momenti est quod operatus est Dominus sancti Pontificis meritis in altera infante nomine Ioanna de Maronis ejusdem Civitatis, matre ad sepulchrum ejus similiter orante, cum enim infans nervis quibus tibiis illigantur pedes, genibusque resolutis nata esset, ita ut incedere minime posset, ac pedes in humeros, cum vellet, liberè attolleret, & quartum jam ætatis annum egressa esset, fama miraculorum beati Caroli excitati parentes, ad ejus sepulchrum illam cum oblationibus deferri curant, indeque vitio sublato, sana domum refertur.

§.42. Aurelia de Angelis cancri morbo gravissimo, multum inveterato, cum febre & acri dolore in sinistro crure affecta, quem Medici insanabilem humana arte judicaverant, ad servi Dei auxilium conversa, ac voto suscepto, ejusque sepulchrum venerationis causa cum se aditum vespere proposuisset, mane à febre libera, sanescere mirum in modum crurum cepisse cernit, ac triduo penitus convalescit.

§.43. Puer verò quinque annorum, Hieronymi Beriole & Agnetis ab Ecclesia filius, Melchior nomine, hernia ad modum gravi & periculosa laborabat, magno cum dolore, & universi corporis quasi ex aqua inter eum tumore: quamobrem Medicorum irritos conatus diu mater experta, beatum Carolum supplicat, ut ex iis necessitatibus filium seque eriperet, vel impetrando infanti à Domino sanitatem, vel vitæ miserandæ finem: has preces somnus consequitur infantis, qui post paucas horas expergefactus matrem vocat, eique refert Cardinalem suum morbi locum manu in qua lucidum gereret anulum tetigisse, ac sanasse, quo audito (mirabilis Deus) mater filium adspicit, ac verè convaluisse comperit.

§.44. Non longè dissimili ratione alterum puerum Papiensem Bernardini Ticoni filium, suprascripto æqualem à mortis faucibus eripuit Dominus per merita famuli sui retribuens pietati parentum, qui ad Sancti Dei imaginem filiolum vespere quotidie orare, & illum invocare docuerant, cum enim in Ticinum aquis tumidum delapsus fuisset infans, & antequam quisquam illi opem ferre posset quasi quarta horæ pars elapsa fuisset, nunquam tamen est demersus, sed tanquam leve corpus supernatans, postquam delatus est, donec educeretur, eductus planè incolumis sese à Carolo rubris induto vestibus sustentatum ne mergeretur narravit, B. Caroli autem auxilium more à parentibus accepto invocans, dum decideret, à pluribus auditus fuerat.

§.45. Hæc itaque & alia quamplura signa & prodigia, quibus servi sui præclara merita contestatus est Dominus, cum illam in Populis sanctitatis famam, & erga B. Pontificem devotionem, quam vita excitaverat auxissent, & in dies magis auferent, dederunt exordia clarificationis à Patre luminum Carolo præstituræ. Itaque an. 1601. precibus Congregationis Oblatorum S. Ambrosij Mediolanensis à Carolo institutæ, primùm à Vicario Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Mediolanensis, duo processus de vita, alter de miraculis sancti Confessoris formati sunt, exinde Clerus & Consilium generale ejusdem Civitatis Mediolanensis ad fel. rec. Clementem Papam VIII. prædecessorem nostrum, Oratores de B. Caroli Canonizatione miserunt, quibus auditis, idem Clemens causam Venerabilibus fratribus nostris, tunc suis S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus præfectis demandavit, de quorum cõsilio causa delegata tribus Sacri Palatii nostris, & causarum Auditoribus, dilecto videlicet filio Francisco Penæ Decano, ac dilecto etiam filio nostro Ioanni Gar-

ziz tit. SS. Quatuor Coronatorum presbytero Cardinali Millino nuncupato, tunc earundem causarum Auditori, ac bon. mem. Alexandro Litte, quibus deinde bon. etiam mem. Alexander Justus, & Bernardinus Scorus, & hæc demum dilectus filius Horatius Lancellorus earundem causarum similiter Auditores subrogati fuerunt, cum facultate novos processus, si eis videretur, conficiendi.

§.46. Ipsi re maturè examinata, novos processus auctoritate Apostolica faciendos consueverunt.

§.47. Deinde eodem Clemente prædecessore viam universæ carnis ingresso, ac fel. rec. Leone Papa XI. similiter prædecessore nostro, ad Apostolatam assumpto, eadem causa prædictis Auditoribus commissa, ut ad ulteriora procederent, inandatum fuit.

§.48. Eodemque Leone, sicut altissimo placuit, ab humanis exempto, nostraque humilitate, inscrutabili Dei iudicio, nullis suffragantibus meritis, ad Catholicæ Ecclesiæ regimen vocata, officii nostri debitum exigere censuimus, ut S. Card. Canonizationis negotium promoveretur, quando, si Deo aspirante, ut sperabatur, successisset, magno cum Ecclesiæ suæ augmento decoretis, & creditum, præsertim Sacerdotalis ordinis fructu, gestum iri constabat.

§.49. Accedebant etiam Charissimorum in Christo filiorum nostrorum Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, Sigismundi etiam III. Poloniæ Regis, & Constantiæ Regiæ Illustrissimi Principum, & aliorum multorum preces, quibus à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris prædictis, & à nobis id sæpius postulabant, & postulabant.

§.50. Quamobrem, cum in eadem causa absque mota progressu Auditorum mandavissimus, ipsi ex novo processu, auctoritate Apostolica per Venerabiles fratres nostros Philippum Comensem & Claudium, Placentinum Episcopos confecto, & ad se misso mandatu nostro, diu multumque negotio discusso, & accuratè examinato, nobis primùm, deinde Cardinalibus prædictis tandem retulerunt constare de B. Caroli sanctitate vitæ, excellentia fidei, & miraculis, & omnia ad Canonizationem à Sacris Canonibus requisita, legitime fuisse probata, ita ut si nobis videretur, ad Servi Dei Canonizationis solemnem actum procedere possemus.

§.51. Restabat ut relationem Auditorum, & universam causam de more iidem Cardinales accuratissimè recenserent, & pro rei gravitate recognoscerent, id quod cum rectè fideliterque præstitissent, idemque omnes censuissent, ac deinde Venerabilis frater noster Dominicus Episcopus Ostiensis & Veliternus, S. R. E. Card. Pinellus nuncupatus, eorum antiquior, suam, Collegarumque sententiam, cum totius summa processus retulisset in Consistorio nostro secreto, reliqui Card. qui aderant, in eandem sententiam concesserunt.

§.52. Quapropter sequenti publico Consistorio, in quo pro Canonizatione disertè dixit dilectus filius Julius Roma, Aulæ nostræ Consistorialis Advocatus, ac nomine prædicti Philippi Regis nobis humiliter supplicavit, Nos de tanti momenti negotio, ut par erat, deliberaturos cum iisdem Cardinalibus & Episcopis in Curia præsentibus respondimus, & Card. & Episcopos, qui tunc aderant hortati sumus, ut elemosynis, jejuniis & orationibus Spiritus Sancti auxilium devotè implorarent.

§.53. Cum verò in Semipublico Consistorio, quod ex more deinde habuimus, vocatis non solum Cardinalibus, sed etiam Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, ac præsentibus nostris, ac Sedis Apostolicæ Notariis, ac Sacri Palatii nostri Apostolici causarum Auditoribus, nos de vita, & miraculis B. Caroli quæ oportebat proposuissimus, omnes B. Carolum Canonizandum esse apertis suffragiis censuerunt.

§.54. Quorum unanimi consensu audito, aperuimus os nostrum in benedictionibus, & gratias egimus divinæ clementiæ, quod tantam gratiam tribuisset puero suo, ac per eum honorificare vellet ministerium nostrum, & Canonizationis declaravimus diem, adhortantes omnes, ut junctis nobiscum precibus, elemosynis, jejuniis, & sacrificiis Spiritus sancti gratiam infirmitati nostræ in eam rem procurarent.

*Perversos distor-  
tosque al-  
terius pedes  
vellet compo-  
suisse.*

*Infantum  
nervis geni-  
busque reso-  
lutis natum,  
sanitati re-  
stituit.*

*Canceri mor-  
bum expulit.*

*Hernia mor-  
bo liberavit  
puerum.*

*Alium infan-  
tem in Tici-  
num delapsu-  
m à mortis  
faucibus  
præstitit.*

*Hinc Clem.  
VIII. de Ca-  
nonizatione  
Caroli mul-  
tis modis re-  
quisitus re-  
gi à Card.  
sacris Ritibus  
deputatis  
demandavit, &  
de eorum consi-  
lio causam  
pluribus Pa-  
latii Aposto-  
lici Auditoribus  
commisit.*

*Quibus  
processus  
faciendos  
auditoribus  
subrogatis  
fuit.*

*Hic  
pariter  
suum  
nominem  
promovit.*

*Regesque  
Principes  
exposuerunt.*

*Supradicti  
ergo Audi-  
tores, compli-  
tatis processu,  
manente  
minuta, Co-  
rolli Cano-  
nizationis  
vi præstiti-  
erunt.*

*Supradicti  
Card. cum  
recensissent,  
accuratissimè  
in eadem  
sententiam  
convennerunt.*

*In publico  
consistorio  
Advocatus  
consistorialis  
Papa de Ca-  
nonizatione  
disertè dixit  
& Regi Phi-  
lippi nomine  
supplicavit  
Pontifici.*

*Regi in sem-  
pleno Consis-  
torio de hoc  
formam  
habuit, &  
omnes B. C.  
rolum Cano-  
nizandum  
esse dixerunt.*

*Idem Pontif.  
Deo gratias  
egit.*

PAVLVS QVINTVS.

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

is quo  
i. Not. d.  
et vobis  
nibus ser-  
tis. Iste  
vifex d.  
vium off-  
muntiat.  
i. C. f. f.  
um Cata-  
ad scri-

§. 55. Denique cum nihil restaret eorum que ex San-  
ctorum Patrum auctoritate, sacrorum Canonum Decre-  
tis, ac S. R. E. antiqua consuetudine agenda, & observa-  
da sunt, hodie in Sacrosancta B. Petri Principis Aposto-  
lorum Basilica, in qua solemniter cum iisdem Venera-  
bilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis,  
Archiepiscopis, Episcopis predictis, Romanæ Curie Prae-  
latis, Officialibus, ac familiaribus nostris, Clero seculari,  
& regulari, ac maxima populi frequentia manè conven-  
imus, post repetitas pro Canonizationis decreto peti-  
tiones nomine eiusdem Philippi Regis à dilecto filio  
nostro Ferdinando S. Eusebii Presbytero Cardinale, per  
Julium Advocatum predictum, post sacros Hymnos,  
Litanias, aliasque preces, post Spiritus sancti gratiam  
ritè imploratam, ad honorem Sanctæ & individue Tri-  
nitatis, ac fidei Catholicæ exaltationem, & Religionis  
Christianæ augmentum, auctoritate Dei omnipotentis  
Patris & Filii, & Spiritus sancti, Beatorum Apostolorum  
Petri, & Pauli, ac nostra, de venerabilium fratrum nostro-  
rum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum,  
& Episcoporum in Vrbe presentium consilio, &  
unanimi consensu bonæ memoriæ Carolum Borromæum  
dum vixit tituli S. Praxedis presbyterum Cardinalem, &  
Archiepiscopum Mediolanensem, de cuius sanctitate  
vitæ, fidei sinceritate, & miraculis plenè constabat, & con-  
stat, Sanctum esse definivimus, ac sanctorum Confessorum  
Pontificum Catalogo adscribendum decrevimus,  
prout presentium tenore definimus, decernimus, & ad-  
scribimus, illumque omnes fideles venerari mandavimus,  
& mandamus.

§. 56. Statuentes, ut ab universali Ecclesia in ejus hono-  
rem Ecclesiæ, & Altaria, in quibus sacrificia Deo offer-  
rantur, ædificari, & consecrari possint, & singulis annis  
die 4. Novemb. Festum ipsius, & officium sancti Con-  
fessoris Pontificis ad Breviarii Romani præscriptum de-  
votè celebretur.

§. 59. Eademque auctoritate omnibus Christi fidelibus  
vere poenitentibus, & confessis, qui annis singulis eod-  
dem die festo, ad sepulchrum in quo Corpus ejus re-  
quiescit, devotè accesserint, visitandum, unum annum  
& unam quadragenam, iis verò qui in eisdem Festi octa-  
va quadraginta dies de injunctis, seu quomodolibet debi-  
tis poenitentis misericorditer in Domino relaxavimus,  
ac relaxamus in forma Ecclesiæ consueta.

§. 58. Postremò Deum Patrem æternum, Regemque  
gloriæ Christum, Patris sempiterni Filium, ac sanctum  
Paracletum Spiritum, unum Deum, unum Dominum laudibus,  
& confessionibus venerati, sacroque Hymno decanta-  
to, solemniter Confessorum Pontificum per B.  
Caroli meritè sumus precati, atque ad Altare sancti  
Petri Apostoli Missam egimus, cum eisdem sancti Pontifi-  
cis commemoratione, omnibusque Christi fidelibus  
tunc presentibus plenariam omnium peccatorum suorum  
indulgentiam, & remissionem concessimus.

§. 59. Equum est igitur dare nos gloriam, & hono-  
rem, & benedictionem viventem in secula seculorum, qui  
benedixit conservam nostrum in omni benedictione  
spirituali, ut esset sanctus & immaculatus coram ipso, &  
cum illum dederit nobis Dominus tanquam fulgentem  
stellam in hac nocte peccatorum, & tribulationum nostrarum,  
adeamus ad Divinam Clementiam ore & opere sup-  
plicantes, ut Carolus Ecclesiæ, quam vehementer dile-  
xit, pro sit etiam meritis & exemplo, adsit patrocinio, &  
tempore itacundia fiat reconciliatio, per Christum  
Dominum nostrum.

§. 60. Ceterum, quia difficile foret presentes nostras  
litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus ut  
earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii sub-  
scriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica  
constitutæ munitis eadè ubique fides habeatur, quæ  
ipsis presentibus, si exhibitæ, vel ostensæ essent, haberetur.

§. 61. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam  
nostrorum decreti, definitionis, adscriptionis, mandati,  
& statuti, concessionis, elargitionis, & voluntatis in-  
fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem  
hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis  
Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se  
noverit incursum.

Bullarii Magni Tom. III.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Do-  
minicæ 1610. Kal. Novemb. Pont. nostri Anno 8.

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episc.

Ego A. Maria Episc. Prænestin. Card. Gallus.

Ego Antonius Episc. Albanæ. Card. Saulius.

Ego Evang. tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Cardin.

Cusentin.

Ego Fr. Greg. tit. S. Mariz Transyb. presb. Card. de Monte

Elpero.

Ego Fr. Maria tit. S. Mariz in Araceli presb. Cardinalis à

Monte.

Ego Flaminius tit. S. Mariz de Pace presbyter Cardin.

Plattus.

Ego Federicus tit. S. Mariz Angelorum presb. Cardin.

Borromæus.

Ego Petrus tit. S. Jo. & Pauli presb. Card. Aldobrandinus

S. R. E. Camerarius.

Ego Octavius tit. S. Sabinæ presb. Card. Bandinus.

Ego L. tit. S. Lauren. in Panc. & Perna presb. Cardinalis

Blanchettus.

Ego Bartholom. tit. S. Mariz in Porticu presb. Cardin.

Cæsius.

Ego Franciscus tit. S. Mariz de Populo presbyter Cardin.

Mantica.

Ego Io. B. tit. S. Petri in Monte Aureo presb. Card.

Thuscus.

Ego Robert. tit. S. Mariz in via presb. Card. Bellarm.

Ego Dominicus SS. Duodecim Apostolorum presb. Card.

Gymnasium.

Ego Antonius tit. S. Crucis in Hierusalem presb. Cardin.

Zapata.

Ego Carolus tit. S. Clementis presb. Card. de Comitibus.

Ego Jacobus tit. S. Stephani in Monte Cælio presb. Card.

Sannesius.

Ego Erminius tit. S. Mariz Transpontinæ presb. Card. de

Valentibus.

Ego Ferdinandus tit. S. Eusebii presb. Card.

Ego Scipio tit. S. Chrysogoni presb. Card. Burghesius,

Major Poenitentiarius.

Ego Jo. Garzia tit. SS. Quatuor Coronatorum presb. Card.

Millinus.

Ego Marcellus Card. Lantes, tit. SS. Quirici, & Julitæ.

Ego Cardinalis de la Roche-Foucault, tit. S. Calixti.

Ego Michael Angelus Tontus Card. Nazarenus, tit. S.

Bartholomæi.

Ego Fabritius Card. Verallus tit. S. August.

Ego Ioan. Baptista tit. S. Sixti Card. Lenius.

Ego Alexander S. Laurentii in Damaso Diac. Card. Mont-

taltus, S. R. E. Vicecancellarius.

Ego Odoard. S. Eustachii Diac. Card. Farnesius.

Ego A. S. Angeli in foro Piscium Diac. Card. Perettus.

Ego Jo. Baptista S. Mariz in Cosmedin, Diaconus Card.

Dætus.

Ego A. Sanctæ Agathæ Diac. Card. Capponius.

Dat. P. An. &  
die 1. Martii.  
Papa subscri-  
Card. subscri-

LXIII.

Declaratio, & extensio constitutionis Clem. VIII.  
circa formam communicandi Indulgentias, ad  
Canonicos, & Capitulum Basilicæ Lateranen-  
sis de Vrbe, & alios quoscumque huiusmodi fa-  
cultatem communicandi Indulgentias habentes.

Ipsa Clementis constitutio est 115. incipiens Quacumque,  
hic supra.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D.  
1610.

Quæ salubriter à prædecessoribus nostris Romanis  
Pontificibus constituta sunt, ut ab omnibus, præ-  
sertim in Alma Vrbe nostra inviolabiliter observentur,  
ex officii nostri debito providere tenemur, prout in Do-  
mino conspicimus expedire.

Exordium.  
Clem. VIII.  
prescribit  
omnibus &  
regularibus  
Instituti-  
mam sibi ad-

§. 1. Olim siquidem fel. rec. Clemens Papa VIII. præ-  
decessor noster, volens nonnullas pravas consuetudines  
tollere, quæ irreperant in usu facultatum à Sed.  
Y 3 Aposto

gradi alias  
Confraterni-  
tatis. & Co-  
gregationis  
indulgentia  
& communi-  
catione,  
ut in sua  
const. l. 5.  
Quacumque  
hic sup.

Apostolica concessarum nonnullis regularibus Ordini-  
bus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christi fide-  
lium secularium Archiconfraternitatibus, & Congrega-  
tionibus diversarum nationum, & institutionum, tam  
in predicta Alma Vrbe nostra, quam in aliis Civitatibus,  
& locis Christiani Orbis institutis erigendi, & instituendi,  
necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates &  
Congregationes, ejusque privilegia, indulgentias, facul-  
tates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi con-  
cessa respectivè communicandi, perpetuè valitura consti-  
tutione, quæ incipit, Quæcumque à Sede Apostolica:  
facultates hujusmodi moderando, indulgentias, aliasque  
spirituales gratias communicandas, & formulam eisdem  
Confraternitates, & Congregationes erigendi, instituendi,  
aggregandi, & respectivè communicandi præscripsit,  
& alia constituit, voluit, & ordinavit, prout in litteris in  
hujusmodi forma Brevis, sub Datum Romæ apud S. Pe-  
trum, sub annulo Piscatoris die 7. Septemb. 1604. Ponti-  
ficatus sui Anno decimo tertio, desuper expeditis plenius  
continetur.

Canonici, &  
Capitulum  
Basilicæ Lateranensis de  
Vrbe, in d.  
const. non  
comprehendi  
pretendebat.

§. 2. Cum autem sicut accepimus, dilecti filii Capitu-  
lum, & Canonici Basilicæ Lateranensis de eadem Vrbe,  
diversas ubique constitutas Ecclesias, vel Capellas, seu  
Altaria, vel Oratoria eidem Basilicæ subnitere, subjice-  
re, annexere, incorporare, ac in Basilicæ prædictæ mem-  
brum recipere, atque in submissione, subjectione, annexi-  
one, incorporatione, & receptione hujusmodi eisdem,  
necnon aliis similiter Ecclesiis, Capellis, Altaribus, seu  
Oratoriis, & piis locis, ædificatis, & constructis in solo La-  
teranensi variis indulgentias, facultates, aliasque spiritua-  
les gratias, indulta, & privilegia concedere soleant, dictæ  
constitutionis forma & quod in ea se non comprehendi  
pretendant, minime servata.

Hic igitur  
Pontifex de-  
clarat, dictæ  
Capitulum  
Lateranense,  
& alia qua-  
cumque qua-  
ad indulgenti-  
as per ea  
alii commu-  
nicandas  
comprehendi  
di.

§. 3. Propterea nos volentes ut constitutio prædicta,  
tam ab eisdem Lateranensis Ecclesiæ capitulo, & Cano-  
nicis, quam ab aliis quibuscumque jus, & facultatem  
communicandi hujusmodi indulgentias habentibus, ut  
par est, sine discrimine in posterum observetur, constitu-  
tiones & litteras prædictas dicti Clementis prædecessoris  
cum suis clausulis & decretis ad Basilicæ Lateranensis,  
& aliarum Basilicarum, & Ecclesiarum quarumcumque,  
capitula; Canonicos, & qualvis alias personas, similes  
facultates habentes, illisque utentes, ad effectum videlicet  
ut ipsa capitula, & Canonici, ac personæ nullas in poste-  
rum indulgentias communicare possint, nisi prædictæ  
constitutionis forma servata, & ea solammodo, quæ à  
nobis illis præscribitur, auctoritate Apostolica tenore  
præsentium extendimus, & ab ipsis perinde ac si eorum  
expressa mentio in dictis litteris facta esset, perpetuis futu-  
ris temporibus, sub pœnis in eisdem litteris contentis  
inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

Clausula de-  
rogatoria.

§. 4. Non obstantibus præmissis, & omnibus illis, quæ  
idem Clemens prædecessor dictis litteris voluit, non obsta-  
re, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus tamen,  
quod indulgentiæ, peccatorum remissiones, gratiæ, &  
privilegia per dictum capitulum, & Canonicos Latera-  
nenses vigore indultorum eis à Sede prædicta concessio-  
rum quibuscumque Ecclesiis, Capellis, Altaribus, Oratoriis, &  
locis piis, hæcenus concessa, & communicata in suo ro-  
bore permanent.

Fides tran-  
scriptorum.

§. 5. Quodque præsentium transumptis etiam impres-  
sis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo  
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ead-  
em prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhibere-  
tur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. An. 6.  
23. Novemb.  
Anno 6.

Dat. Romæ apud S. Petrum, &c. 23. Novembris 1610.  
Anno 6.

**LXIX.** Declaratio, quod Frater Congregationis Joannis  
Dei, in Regnis Hispaniarum tria vota substan-  
tialia, & quartum serviendi Infirmis ejus Ho-  
spitalium emittere, & sub regula S. Augustini,  
Ordinariorumque correctione & obedientia de-  
gere debeant, verique propterea Religiosi &  
Regulares censentur.

Hæc eadem particularis Congregatio nonnulla nuper edi-

dit pro bono ejus regimine servata, quædam Sanctissimæ  
confirmavit, sed eorum authenticum apparere non  
potuit.

Congregationem verò generaliter approbavit Pius V. in  
const. 143. sup. lib. 2. Reformavitque Clem. VIII. in  
const. 44. hic sup. Et unum ex ejus Fratribus in qua-  
libet ejusdem Domo ad presbyteratum promoveri in-  
dulsit hic idem Paulus V. sup. in const. 55.

Adverte etiam inf. ad hujus Pont. Const. 110. Roma-  
nus, ad quam notavi.

PAVLVS PAPA QVINTVS.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta de  
D. 1611.

Romanus Pontifex circa sacrarum Religionum, &  
Congregationum, ac etiam Hospitalium, & aliorum  
piorum locorum salubrem directionem, & felicem pro-  
gressum ex demandatæ sibi Apostolicæ servitutis officio  
intentus, ea quæ desuper à prædecessoribus suis facta  
fuisse comperit partim approbat, & confirmat, partim  
verò aliis iustis causis ita suadentibus alterat, & immu-  
tat, aliasque ejusdem officii sui partes favorabiliter inter-  
ponit, prout rerum, locorum, temporum, & personarum  
qualitate pensata conspexit in Domino salubriter ex-  
pedire.

Exordium

§. 1. Dudum siquidem cum congregatio Joannis Dei  
sub regula S. Augustini in republica christiana introdu-  
cta, & subinde Apostolica auctoritate recepta, atque  
admissa fuisset, ut gratia cooperante divina per varias par-  
tes multiplicatis illius Fratribus mirabiliter propagaretur,  
& quamplurima hospitalia ex congestis Christi fide-  
lium elemosynis construeret, in eisque innumerabiles  
pauperes utriusque sexus, videlicet senes, mente captos,  
membrorum, & virium impotentia atque debilitate la-  
borantes, aliasque miserabiles personas pro eorum mor-  
bis, & infirmitatibus, etiam incurabilibus sublevandis,  
reformandis, & sanandis, continuè reciperet. Diversi in-  
terim Romani Pontifices prædecessores nostri Congrega-  
tionem hujusmodi in eadem Republica Christiana, pau-  
perum & infirmorum hujusmodi subventioni apprime  
utilem, ac personarum inibi sub illius habitu eisdem  
pauperibus & infirmis charitative deservientium opera  
apud Deum valde meritoria fore animadvertentes, ac ip-  
sius congregationis felici successui, & salubri regimini,  
atque directioni intendentes, illis nonnulla privilegia,  
gratias, & indulta benignè concesserunt.

Congregatio  
nis Fratrum  
Joannis Dei  
pauperum  
infirmorum  
subventio  
maxime ab  
lis Romanis  
p. 1. non  
nullas gra-  
tias, quæ  
suscipiunt

§. 2. Siquidem fel. record. Pius V. prædecessor noster  
hoc præstantissimum genus officii, infirmos in Hospita-  
libus existentes adjuvandi, certior factus, per tunc existi-  
entem confratrem Majorem nuncupatum, Hospitalis  
Joannis Dei nuncupati Granatensis, Ordinis S. Augustini,  
in dicto, & nonnullis aliis ad instar illius erectis  
Hospitalibus pie exerceri, concessit licentiam, & facul-  
tatem pro tempore existentibus Fratribus dictorum Hos-  
pitalium deferendi certum habitum tunc designatum,  
elemosynasque colligendi, & de earum administratio-  
ne singulis annis legale computum loci Ordinario, in  
quo hospitalia hujusmodi consisterent, reddendi, dum-  
modo sub regula S. Augustini, & sub obedientia Ordina-  
rii ejusdem loci, in quo ipsa Hospitalia existerent, degeret  
nonnullaque alia quoad eosdem Frater, eorumque Hos-  
pitalia ordinavit.

Pius V. habet  
in Fratribus  
præscriptis  
elemosynas  
colligendi  
pro eius Ho-  
spitalium  
subventio  
licentiam  
concessit, &  
dixit eorum  
que observari  
suscipiunt

§. 3. Et deinde fel. rec. Sixtus Papa V. prædecessor nos-  
ter, cum plerique eorum tria vota substantialia, ac quar-  
tum de juvandis infirmis emitterent, nec Generalem,  
nec constitutiones, aut certum vivendi modum habe-  
rent, omnia Hospitalia Joannis Dei nuncupata, tam in Ita-  
lia, quam in ceteris quibusvis Provinciis, etiam Transal-  
pinis existentia, invicem univit, ac unam congregatio-  
nem Joannis Dei nuncupatam erexit, ac in Hospitali S.  
Joannis Calavitzæ de Vrbe Capitulum generale dictorum  
confratrum de mense Maii, tunc proximè venturo ce-  
lebrandum indixit, ac Provincias distinguendi, & Ge-  
neralem eligendi, aliaque desuper faciendi, licentiam, &  
facultatem concessit.

Sixtus V. præ-  
dictam in unum  
Congregatio-  
nem Joannis  
Dei univit,  
& in Vrbe  
capitulum  
generale ce-  
lebrandum  
indixit, Pro-  
vinciasque  
distinguendi,  
& Generalem  
eligendi fa-  
cultatem  
concessit.  
Clem. VIII.  
nam hoc  
Frater in-  
servandi tria

§. 4. Et post eos fel. record. Clemens Papa VIII. spe-  
rans Frater dictæ congregationis, quorum plerique



salubri  
tam dum  
at amito  
& sub  
dianarior  
dierio  
ore do  
vit.

Majr aut  
Hospitalium  
Regni His  
paniarum  
ic Pen if  
pau facti  
ad d. de  
tum Cle  
mentia VII  
illu Hos  
pitalibus  
of  
tum fecim  
non est  
Frates  
a vota. &  
tam quom  
de juv  
andis infir  
si emittit  
fuerint  
que & eos  
facile se  
regi. & Co  
gregationis  
unia, &  
regula S.  
Augustini  
ore salu  
tus esse.

Et ergo Pa  
trix. Fra  
tes in illis  
regni sic  
fessionem  
mittit de  
re decre  
vit.

Et sic profes  
sionem  
proprie vali  
dissimas, & ve  
ritates, & re  
tamque ve  
ram sub re  
gula S. Au  
gustini reli  
gionem esse  
declarat.

tria vota substantialia religionis, ac ab illis quantum de  
juvandis infirmis emittent, nulla professione præter  
quam Hospitalibus, & infirmis inibi curandi per eor  
um causa, sub obedientia Ordinariorum locorum quietius,  
& tranquillius victuros, ac delinquentes, sine scandalo  
aut nota aliqua ex locis ubi degerent, sic expelli posse,  
per ejus literas in forma Brevis confectas, sub dat. die 13.  
Februarii, Pontificatus sui anno 1. inter alia perpetuo  
statuit & ordinavit, quod de cetero Fratres Congrega  
tionis hujusmodi unquam dumtaxat inserviendi prædictis  
Hospitalibus sub obedientia Ordinarii votum emittent,  
prout in ipsis literis plenius continetur.

§. 5. Cum autem, sicut dilectus filius Petrus Frater Major  
Hospitalium, & locorum dictæ Congregationis in  
Regni Hispaniarum constitutorum, Nobis nuper ex  
poni fecit, quod literæ Clementis VIII. supradictæ in  
Hospitalibus, & locis Regnorum hujusmodi, nonnullis  
tamen, illisque paucis exceptis, quoad hoc nunquam exe  
cutioni deinandæ, nec effectum suum sortitæ fuerint,  
imò post eas Fratres supradicti tria vota, & quartum de  
juvandis infirmis emittent, prout antea fere in omnibus  
suarum Hospitalibus locis perrexerint, idque etiam  
nunc observent, utiliusque & salubrius, ac bono regi  
mini ipsorum & Hospitalium gubernationi conducibili  
us esse experti fuerint, quin etiam progressu temporis  
experientia docente compertum sit, Fratres dictæ Con  
gregationis qui inibi sub regula S. Augustini degere, &  
ultra receptionem atque servitium Infirmorum, pro  
prium ipsius Congregationis institutum, juxta normam  
in eadem Ecclesia præscriptam, ad instar illius  
professorum sedulo observare, &que insistere dignos  
cuntur, si pariter à seculo abscederentur, & ejus Con  
gregationi per emissionem trium votorum ultra quartum  
de juvandis infirmis, religioni penitus auctoritate  
Apostolica manciparentur, ea ratione servitium & assi  
dentiam dictorum Infirmorum, aliaque munia eis ex  
instituto Congregationis hujusmodi jugiter incumbentia  
expeditius & salubrius obituros, ac propterea æquum,  
& suæ vocationi congruum fore eos, etiam ad emissio  
nem supradictorum votorum per nos, & Sedem Aposto  
licam admitti.

§. 6. Nos igitur, qui similia opera pia, & meritoria Deo  
accepta, ministerio nostri Pastoralis officii libenter pro  
movemus, de consilio dilectorum filiorum nostrorum  
Pompeii S. Balbinæ Arrigoni, Joan. Garzæ SS. Quatuor  
Millini, Michaëlis S. Michaëlis, S. Bartholomæi in Insula,  
S. R. E. Presbyterorum Cardinalium Nazareni nuncu  
patorum, quibus hoc negotium sedulo examinandum, &  
deinde nobis referendum commisimus, circa præmissa,  
ac etiam alia dictæ Congregationis laudabile institutum  
concernentia, prout ex ejusdem officii debito tenemur,  
maturius disponere cupientes, ipsumque Petrum à qui  
busvis, &c. censentes, necnon ordinationes, statuta,  
privilegia, gratias, & indulgentias hujusmodi, ac tam super  
eis confectarum, quam supradictarum ejusdem Clementis  
prædecessoris literarum tenores, etiam veriores, atque  
inde sequuta quæcumque præsentibus pro expressis hab  
entes, supplicationibus dicti Petri in ea parte inclinari,  
de nobis attributæ potestatis plenitudine, præsentium  
tenore perpetuo statuimus & ordinamus, quod ex nunc  
perpetuis futuris temporibus, in Hospitalibus & locis  
Regnorum hujusmodi, quæ proprium Confratrem Ma  
jorem eorum regimini, & administrationi, sub jurisdic  
tione tamen, & visitatione Ordinarii præfectum habe  
re consueverunt, illique videlicet hæcenus eis nomen  
suum dederunt, & inibi ultra annum steterunt, statim  
reliqui autem, & qui in posterum in eis habitum suscip  
ient, anno eorum probationis elapso, ac aliis juxta sac  
rorum Canonum, & decretorum Concilii Tridentini  
præscriptum tria vota antedicta, videlicet obedientiæ,  
castitatis, & paupertatis, ac insuper quartum votum ser  
viendi Infirmis, in suorum Superiorum manibus solem  
niter emittent omnino teneantur.

§. 7. Hujusmodi autem personas, quæ elapso proba  
tionis anno quatuor prædicta vota solemniter emi  
serint, verè ac propriè Religiosos, ac proprios & veros  
Regulares esse, ac pro talibus ab universis Christi fide  
libus habendos & recipiendos, illamque veram & pro

priam, sub regula S. Augustini Religionem esse, ac inter  
ceteras Ecclesie Catholice Religiones esse connu  
tandam.

§. 8. Non liceat autem Superioribus dictorum Hospi  
taliū, & locorum plures inibi ad habitum, aut profes  
sionem admittere, quam quot pro numero Infirmorum,  
aliarumque miserabilium personarum illuc recurrere so  
litarum ministerio necessari fuerint.

§. 9. Præterea eisdem Hospitalibus dictorum Regno  
rum, ut deinceps in eorum singulis duo Fratres Presby  
teri manere, & alii possint, qui confessiones, tam Infir  
morum, quam aliorum Confratrum & Ministrorum inibi  
audire, & injuncta sibi poenitentia salutari, eos à pec  
catis suis absolvere, illisque sanctissimæ Eucharistie,  
& Extremæ - Unctionis sacramenta ministrare liberè  
& licitè valeant, ac aliis verbo, & exemplo præire de  
beant, auctoritate & tenore prædictis concedimus & in  
dulgemus.

§. 10. Ceterum omnia Hospitalia, & loca eorundem  
Regnorum, illorumque personas, & Superiores, etiam  
quod persone Religiosæ sint, ac etiam dictum Confrat  
rem Majorem, & quemcumque alium pro tempore ex  
istentem, jurisdictioni, superioritati, visitationi, & cor  
rectioni Ordinariorum locorum perpetuo subesse, Or  
dinariosque in loca, & personas hujusmodi, quoad  
causas civiles, criminales, & mixtas, tam in visita  
tione, quam extra, plenam potestatem, facultatem, &  
auctoritatem perpetuis futuris temporibus habere, ac  
ratione omnium & singulorum bonorum, proprietatum  
& rerum, tam mobilium, quam immobilium, decimas,  
primitias, novalia, & alia onera quomodolibet nuncu  
pata, solita, & consueta, quibuscumque locorum Ord  
inaris, Monasteriis, Domibus, Capitulis, Hospitalibus,  
Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, aliisque personis  
& locis, quibus ea colligendi jus competit, persolvere  
teneri, & ad id per opportuna juris remedia cogi, &  
compelli, nisi privilegio Apostolico, vel legitima præ  
scriptione hæcenus observata muniantur, nec deinceps  
contra jurisdictionem & superioritatem Ordinariatum,  
aut solutionem decimarum, primitiarum, novalium, &  
aliorum onerum præmissorum, ullo unquam tempore  
quantumvis longissimo præscribere, aut præscripsisse  
dici, vel censeri.

§. 11. Quinimò, si quando in Hospitalibus, & locis  
antedictis hospitalitas defecerit, eosdem Ordinarios illa,  
eorumque bona per Fratres hujusmodi, aut alias perso  
nas, etiam seculares administranda, ita quod Hospitalia  
& loca, illorumque bona prædicta nullatenus unquam  
dictæ Congregationi incorporentur, committere & de  
mandare posse, ac etiam debere volumus, decernimus &  
declaramus.

§. 12. Imò dum dictorum Hospitalium administratio  
ad ipsos Fratres pertinebit, teneantur omnino singulis  
annis suæ administrationis rationem Ordinario reddere  
ad Tridentini Concilii præscriptum.

§. 13. His tamen quæ superius in quacumque parte  
concessimus, declaravimus, & ordinavimus, Universita  
tum, Collegiorum, aut singularium personatum qua  
rumcumque juribus qualibuscumque, si quæ illis super  
dictis Hospitalibus, bonis, personisve, etiam ratione  
Capellaniatum, vel aliorum beneficiorum ex fundatio  
ne, dotatione, vel aliis legitime competat, ullo pacto  
præjudicatum, vel præjudicium ullum quantumvis mi  
nimum illatum esse non intendimus, idque expressè de  
claramus, & pro declarato, ac in qualibet hujus disposi  
tionis parte pro repetito haberi volumus, & mandamus.

§. 14. Decernentes præsentibus literis nullo unquam  
tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis  
vicio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu  
notari ullatenus posse, sed semper validas & efficaces  
existere, & fore, suisque plenarias, & integros effectus  
sortiri & obtinere, sicque per quoscumque Judices, & Co  
sublata, &c. irritumque, &c.

§. 15. Non obstantibus foundationibus, & institutio  
nibus Hospitalium, & locorum hujusmodi, ac dicta  
ejusdem Clementis prædecessoris, aliisque Apostolicis,  
necnon in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus  
constitutionibus, & ordinationibus, ac Hospitalium

Et autem  
ad habitum  
& profes  
sionem, qui pro  
numero in  
firmorum ne  
cessarii erant  
damnas  
admitti præ  
cipit.

In singulis  
Hospitalibus  
eorum ad  
Regnum  
duos Fratres  
Presbyteros  
ad ministran  
dum sicut  
cramentis  
pro Infirmis  
Fratribus &  
Ministris  
permittit  
Majorum &  
ceteros dicto  
rum locorum  
jurisdictioni  
& correctioni  
Ordinari  
orum sub  
ponit.

Et si cessat  
Hospitalitas  
eorum loco  
rum, admini  
strationem  
ad Ordina  
rios spectant  
decernit.

Et durante  
Hospitalita  
te, quotannis  
locorum Or  
dinariis hoc  
Frates rati  
onem redd  
ere iubet.  
In prædictis  
tamen aliis  
juribus non  
præjudicare  
declarat.

Hæc con  
fessionis præ  
scriptas  
clausulas  
subdit.

Corrariisq;  
deregati.

lium locorum, & Congregationis hujusmodi juramento roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si, &c. de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro expressis habentes derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 7. die 7. Julii. Datum Romæ apud S. Marcum, die 7. Julii 1611. anno septimo.

LXX. Institutio Congregationis Prælatorum & egregiorum virorum, ad ubertatem Annonæ, & Grasciæ in Sedis Apostolicæ temporali ditione, & in Urbe potissimum curandam, ultra aliam Congregationem Cardinalium à Sixto V. desuper erectam. Elargitioque privilegiorum pro arte Agriculturae exercentibus, & Ordinationes pro felicitati ejusdem artis propagatione.

Erectionem S. V. habes sup. in sua constit. 74. Immensa, lib. 2. Privilegia autem perlege in constit. 5. Clementis VII. supra lib. 1. & Pii V. constit. 16. Pii, lib. 2. & constit. 19. Capientes, & in constit. 72. Clementis VIII. Inter, sup. & in prædictis Bullis, ac aliis ibi indicatis, jurisdictionem Præfetti Annonæ videre poteris.

Edita A. D. 1611. PAVLVS PAPA QVINTVS. Motu proprio, &c.

Exordium. Pastoralis officii cura Nos admonet, ut quæ ad Annonam, & Grasciæ ubertatem in ditione nostra temporali, potissimum verò in hac A. J. Urbe nostra, ad quam in dies tanta hominum frequentia undique confluit, conservandam spectare noscuntur, intensiori animo amplectamur, ac quantum in Domino possumus, in primis providere studeamus, ut in Agro Romano, locisque finitimis Agriculturae ars humano usui adeo necessaria nullatenus deseratur. Licet enim quamplures prædecessores nostri Romani Pontifices eadem sollicitudine ducti, in hanc rem diligenter incumbentes, plura remedia, & provisiones adhibere, privilegia concedere, ac subsidia parare curaverint, quibus tum rei frumentariæ, tum aliarum rerum Annonam, & Grasciam concernentium ubertas necdum conservari, sed augeri facile posset, hominum tamen culpa, quod non sine animi nostri perturbatione recensemus, frustratoria cuncta redduntur.

Causa hinc constit. §. 1. Quapropter Nos tanquam patrefamilias à Domino super familiam suam constituti, summopere cupientes, quantum in nobis est, nostra vigilantia hisce malis occurrere, dormientes Agricolas excitare, ac opportune etiam providere, ut Annonæ, & Grasciæ negotium universum in futurum benè provideque geratur, Agriculturae exercitium uberius fiat, necnon frumentum, & aliarum rerum ad communem vitæ usum, & sustentationem necessariarum copia, in ipsa Urbe, & reliquo Statu nostro temporali semper suppetat. Cum verò populi promerentibus peccatis ob terræ sterilitatem, seu alias Annona, vel Grascia aliquid incommodi, seu angustiae inciderit, viri prudentes sint, qui eam citò sublevent, congruaque remedia subministrant.

Institutio Congregationis ad curandam ubertatem Annonæ, & Grasciæ, quinquagesimo quoque die secundo. §. 2. Motu simili, ac ex certa scientia, & deliberatione nostris, ac de Apostolicæ nobis attributæ potestatis plenitudine, Congregationem Prælatorum, Officialiumque, & egregiorum virorum pro ubertate Annonæ, & Grasciæ curanda instituitur, in qua dilecti filii Theofaurarius noster Generalis, ac Annonæ Præfectus, & Grasciæ Præfex, necnon Cancellarius Apostolicæ Commis-

sarius Generalis pro tempore existentes à nobis deputati, & dilectus filius Joan. Baptistæ Costaguta Januensis familiaris noster, seu alius à nobis ad Congregationem hujusmodi deputandus personaliter interfint, & quinquagesimo quoque ab eis statuendo die in unum conveniant, ac de arte Agriculturae restituenda, & augenda, laboribus, & pascuis dividendis, atque vendendis, & de Statu Annonæ, & Grasciæ hujusmodi, rebusque omnibus illam concernentibus iuramentum conferant, tractent, & diligenter perpendant, & quod ab eis, seu majori parte matura consultatione præhabita fuerit resolutum, nobis referant, ut quid pro publica utilitate statuendum sit, providere possimus, firma remanente in rebus arduis Congregatione S. R. E. Cardinalium super ubertate ejusdem Annonæ à felic. record. Sixto Papa V. prædecessore nostro instituta.

§. 3. Præterea agnoscentes quantum ad agros excelendos, artemque Agriculturae conservandam, boves aratorii pernecessarii sint, motu, scientia, & potestate similibus omnibus & singulis personis, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, eujuscumque gradus, & conditionis, etiam S. R. E. Cardinalibus, necnon Principibus, Ducibus, Baronibus, & aliis quacumque dignitate, titulo, & prærogativa suffultis, ne boves aratorios, seu ad arandum aptos, etiam nondum domitos, præcipuè autem decem annis minores, pro usu macellorum, sive Urbis, sive quarumvis aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sedi Apostolicæ mediatè vel immediatè subiectorum, vel ad effectum incontinenti, vel in aliud tempus macrandi emere, vendere, aut aliquem contractum, seu pactum inire, sub amissionis boum, & quingentorum scutorum Cameræ nostræ Apostolicæ applicandorum pœna.

§. 4. Necnon Dohanetiis, & Gabellariis etiam Urbis, ac quorumvis aliorum Civitatum, Terrarum, & locorum prædictorum, eorumque Officialibus, & Ministris, & aliis ad quos spectat, sub aliorum quingentorum scutorum eidem Cameræ, ut præfertur, applicandorum, aliisque etiam corporalibus pro qualitate personarum, & excessuum, arbitrio Annonæ Præfetti ponis irrogandis, ac moderandis, ne assignationem, notam, seu solutionem aliquam Dohanæ, seu Gabellæ, pro venditione, vel contractu boum quorumcumque, etiam si aratorii, vel ad arandum apti non sint, recipere, nisi prius dictos boves super quibus contractus initus fuerit, tam ipsi quam Commissarius ad id ab Annonæ Præfetto deputatus diligenter inspexerint, ubi verò eos aratorios, vel ad arandum aptos esse cognoverint, contractum aliquem sub eadem pœna nullatenus admittent.

§. 5. Lanis verò, & aliis animalium maceratoribus, ne sub eisdem, & etiam sustigationis pœnis ejusdem Præfetti arbitrio irrogandis boves aratorios, vel ad arandum aptos hujusmodi macrare audeant, vel præsumant, districtius prohibemus.

§. 6. Ac quascumque ordinationes, tam per Nos, & prædecessores nostros Romanos Pontifices, quam ejusdem S. R. E. Camerarios, & Annonæ Præfectos desuper factas, seu editas, illarum tenorem præsentibus etiam pro expresso, & inserto habentes, approbamus, confirmamus, & innovamus.

§. 7. Mercatores autem, & quisvis alii greges, seu armenta vaccarum albarum habentes, ad quotannis juvencos vigintiquinque pro quolibet centenari vaccarum hujusmodi, ad usum artis Agriculturae educandum, necnon ad veram earumdem vaccarum quantitatem, quam habent, in principio cujuscumque anni eidem Annonæ Præfetto notificandum, & assignandum teneri statuimus, & mandamus, & ad id sub scutorum quingentorum, aliisque etiam gravioribus pœnis ejusdem Præfetti arbitrio irrogandis etiam compellantur.

§. 8. Insuper ut artis Agriculturae exercitium latius pateat possit, Agricultorumque, & Colonorum copia sit, nec illorum numerus minuatur, prohibitioni aliàs à recem. Clemente Papa VIII. similiter prædecessore nostro per suas literas desuper factæ inherentes, illamque extendentes, & ampliantes: Volumus pariter, & declaramus,

Prohibet boves aratorios, vel ad arandum aptos, nisi ipsi, & Commissarius ad id ab Annonæ Præfetto deputatus diligenter inspexerint.

Debet non recipere gabellam, & contrahi, quæ boum, nisi ipsi, & Commissarius ad id ab Annonæ Præfetto deputatus diligenter inspexerint.

Lanis, & aliis animalium maceratoribus, ne sub eisdem, & etiam sustigationis pœnis ejusdem Præfetti arbitrio irrogandis boves aratorios, vel ad arandum aptos.

Confirmamus, & innovamus.

Invenitur ex centum vaccis ad usum artis Agriculturae educandum, necnon ad veram earumdem vaccarum quantitatem, quam habent, in principio cujuscumque anni eidem Annonæ Præfetto notificandum, & assignandum teneri statuimus, & mandamus, & ad id sub scutorum quingentorum, aliisque etiam gravioribus pœnis ejusdem Præfetti arbitrio irrogandis etiam compellantur.

Vassali voluntarii, & colonorum copia sit, nec illorum numerus minuatur, prohibitioni aliàs à recem. Clemente Papa VIII. similiter prædecessore nostro per suas literas desuper factæ inherentes, illamque extendentes, & ampliantes: Volumus pariter, & declaramus,

mus, quod quicumque etiam Ducum, Baronum, Domicellorum, Principum, & etiam eisdem S. R. E. Cardinalium, aut alia quacumque, temporalis, vel Ecclesiastica dignitate, seu officio Vasalli, seu subditi, quod eis placuerit ad laborandum, & colendum agros accedere possint, nec ipsi etiam in propriis terris Ducum, Baronum, & Domicellorum suorum, etiam Principum, & S. R. E. Cardinalium, aut alia, ut praefertur qualicatorum inviti laborare cogantur, aut quo minus ad loca eis benevolenta ad laborandum, & colendum, etiam cum eorum bestias & animalibus accedant, ab eisdem Ducibus, Baronibus, Domicellis, & etiam Principibus, & S. R. E. Cardinalibus, aut aliis, ut praefertur qualificatis, eorumve Officialibus, Agentibus, Factoribus & Ministris, sub confiscationis honorum, & feudorum, ac etiam excommunicationis latae sententiae poena, directè vel indirectè impediri possint, seu debeant, etiam praetextu quorumvis privilegiorum, & indulgentiarum eis concessorum, aut consuetudinum, vel etiam juramentorum, quae tanquam contra publicam utilitatem inducta quoad hoc tollimus, & abrogamus.

privilegia  
venerabilium  
etiam Agri-  
culturae con-  
cessorum, in  
qua hinc  
de non  
personam

§. 9. Ut autem mercatores, & alii quicumque ad agros excolendos, artemque agriculturæ exercendam eo magis alliciantur, & invitentur, illos gratis & favoribus prosequentes, omnia & singula indulta & privilegia in favorem artem prædictam exercentium, per Nos, & prædecessores nostros quomodolibet hætenus concessa, quoad ea quæ præsentibus non adversantur, confirmamus & approbamus.

distem in  
ritorio Vr-  
Latio,  
Spania,  
Maritima  
provincia,  
vltas ex-  
hibendi fru-  
mentum cer-  
modo con-  
suetur.

§. 10. Item omnibus Agricultoribus, Mercatoribus, & Colonis, qui tam in propriis, quam in alienis, & conductis terris, in Territorio & districtu Urbis, necnon Latii, Campaniæ, Maritimæque Provinciis Agriculturam exercuerint, & sementem fecerint, singulis annis quibus pretium, & valor frumenti communiter in Urbe per ipsos Agricultores & Mercatores vendendi à tempore Messis, & collectionis usque ad Kal. Martii cuiuslibet anni summam Juliorum quinquaginta quinque in singula rubra non excedat, quintam partem totius frumenti per ipsos eodem anno collecti, deducto tamen semine, ad quævis loca, præter infidelium, & S. R. E. hostium, terra, marique liberè extrahendi, & transportandi, seu extrahi, & transportari faciendi facultatem concedimus, & hoc etiam intelligi volumus de frumento quod Domini, & Locatores tenentur, seu terrarum à conductoribus receperint, quatenus tamen eorum tenetas, & terras ad frumenti recolligendi quotam, & non alias locaverint, & dummodo quota huiusmodi quintam partem prædictam non excedat, si autem qui aliter quam ad quotam tenetas, seu terras locaverint, huiusmodi extractionis beneficio pro frumento ab eis exigendo frui minime possint; dictæ autem extractionis licentia de mense Martii cuiuslibet anni, & non prius concedi debeat à Congregatione prædicta, ac præcedente Chiographo à Nobis subscripto, solutis tamen prius Camere nostræ Apostolicæ Julii quinque pro quolibet rubro extrahendo. Quod si aliqui prædicti ob maris distantiam, seu alias quantitatem frumenti permittam extrahere nequiverint, seu noluerint, facultatem & privilegium extractionis huiusmodi aliis ad rationem Juliorum quinque pro quolibet rubro vendere, seu eedere valeant. Si autem per Nos, vel Successores nostros, Cameraque aut Annontæ Præfectos ex quavis causa dictam licentiam impediri contigerit, teneatur ipsa Camera eisdem Agricultoribus, seu Dominis tenentur, seu terrarum, pro interesse dicti impedimenti summam Juliorum sex pro quolibet rubro solvere, liberè, & absque ulla proflus exceptione, dummodo tamen totum earum frumentum ad Urbem conduxerint, seu licentiam obtinuerint illud extra Urbem dimittendi, sub obligatione ad Urbem conducendi, & data nota summæ, & loci ubi dictum frumentum repositum fuerit.

subventioni  
suor. 100.  
vel alterius  
summa à  
prohibe An-  
tano ordina-

§. 11. Ac eisdem Agricultoribus, & Agriculturæ artem exercentibus præterea de aliquo subventionis auxilio providere volentes, quo facilis arti huiusmodi incumbere, pecuniisque minori interussorio habere valeant, motu, scientia, & potestate similibus dilectis filiis

Provisoribus sacri Montis pietatis Urbis, eorumque Ministris, ad quos spectat, per presentes districtè præcipiendo mandamus, ut cuilibet vero Agricultori usque ad summam mille scutorum monete, seu aliam à Præfecto prædicto ordinandam, accepto eodem emolumento duorum pro centenatio nomine meriti, seu alias ab aliis ratione expensarum solvi consueto, & accepto idoneo & sufficienti Pignore, aliisque eisdem Montis legibus & institutis hætenus observari solitis, adimpletis, & observatis debeant mutare, de licentia tamen Præfecti Annontæ prædicti, & non aliter, & cum conditionibus, & clausulis ab eo præscriptis, dummodo ille Montem prædictum majori, quam prædicto onere non afficiant: qui quidem Annontæ Præfectus antequam Agricultorem ad huiusmodi commodum admittat, licentiamque expediat, quantitatis laborerii, & qualitatis personæ rationem habeat, dictamque licentiam opportunis temporibus tantum, & pro ea summa quæ sibi videbitur necessaria, dummodo quantitatem mille scutorum prædictam non excedat, concedet. Summa autem mille scutorum prædicta de ordine ipsius Congregationis pro qualitate personæ & laborerii, ejusdem Congregationis arbitrio, etiam usque ad summam bis mille scutorum augeri possit, sique in præmissis omnibus, & c. sublata, & c. irritum, & c.

de s. parbo  
sub emolu-  
mento eiusdem  
dari præcipi-  
tur.

§. 12. Mandantes etiam Congregationi, & Deputatis prædictis, & eorum singulis, ut presentes nostras literas, & in eis contenta quæcumque observent, & exequantur, & faciant ab aliis quantum in eis erit, condigna poenam inflictarum animadversione, aliisque opportunis iuris, & facti remediis, firmiter, & inviolabiliter observari. Dantes eis in præmissis, & circa ea plenam & omnimodam facultatem, & potestatem.

Auctoritas  
Congregatio-  
nis pro observa-  
tione hinc  
contentarum.

§. 13. Non obstantibus præmissis, necnon quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac illa etiam quatenus opus sit, ejusdem Pii IV. prædecessoris nostri de registrandis, ita ut presentes absque alia in eadem Camera admissione, & registratione validæ sint, suumque debitum sortiantur effectum, necnon Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcumque juramento, confirmatione Apostolica, & quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, reformationibus, decretis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Communitatibus, Universitatibus, Baronibus, aliisque prædictis, & quibusvis à Sede prædicta, vel à Nobis forsan concessis, ac etiam confirmatis, approbatis, & innovatis, quæ eis quoad præmissa nolumus suffragari, quibus omnibus & singulis, etiam si, & c. illorum tenores, & c. pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice ad effectum præsentium dumtaxat, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expressè, ac latissimè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio  
contrariis

§. 14. Volumus etiam, quod præsentium sola signatura sufficiat, etiam absque alia data, & registratura, regula quacumque contraria pariter non obstante.

Sola signatura  
sufficit

§. 15. Et nihilominus literæ in quavis forma expediri possint cum clausulis opportunis.

Littera desua  
per expediri  
possint.

§. 16. Præsentiumque & literarum desuper forsan expediendarum transumptis, etiam impressis, manu unius Camere nostræ Apostolicæ Notarii subscriptis, & sigillo alicujus ex Congregatione prædicta obfirmatis, in iudicio, & extra plena fides adhibeatur.

Fides trans-  
umptorum

Placet motu proprio. C.

PP. subscr.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1611. Indictione nona, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pauli Pape Quinti anno septimo, die vero 19. mensis Octobris, supradicta Cedula motu proprio publicata, & affixa suis in acie Campi Flora, & aliis locis solitis & consuevis, per nos Io. Dominicum de Pace Curf. Christophorus Fund. pro Mag. Curf.

Publ. Pontif.  
An. 7. die  
19. Octobris

Reformatio Tribunalium Almæ Urbis, & ejus officialium.

L. X. X. l.

H. 14

Huic reformationi addidit hic Pont. taxas Notariorum eorumdem Tribunalium in consuet. seq. Et opportunas deinde edidit declarationes utriusque constitutionis in alia consuet. subseq.

Edita A. D. PAVLVS EPISCOPVS,  
1611. Seruus Seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

**U**Niversi agri Domini curam, meritis licet imparibus, divina dispensatione gerentibus, sedulo Nobis invigilandum est, ut quae ex veteri maledicto quotidie in eo spinæ innascuntur, & tribuli, ministerio nostri Apostolatus, quantum ex alto permittitur extirpentur: quod si hanc sollicitudinem omnibus Mundi partibus ex officio nostro debito debemus, illis sanè impedere præcipue tenemur, quæ nostro etiam temporali regimini creditæ sunt.

Sanè cum à diversis prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ad Tribunalium Alnz Urbis nostræ reformationem, præsertim à felic. record. Paulo III. & IV. Pio item IV. & V. Gregorio XIII. & Sixto V. multis variis temporibus providè ac salubriter constituta sint, tamen quia successu temporis, ut humana fert conditio, complures abusus irrepperunt, idcirco ut debitus decor, ac forma, sicut Iustitiæ ratio, & publica utilitas postulant, iisdem Tribunalibus restituatur, Apostolica auctoritate providendum duximus. Negotium verò huiusmodi, ut matura deliberatione, & prudentium consilio, prout rei gravitas postulabat, transigeretur, omnes penè Alnz Urbis nostræ prædictæ Magistratus, aliosque viros doctrina, & usu præstantes simul convenire, ac rem per eos diu multumque, vocatis etiam iis quorum interesse poterat, examinari fecimus. Quod cum longo tempore, multoque studio, & labore diligenter, fideliterque perfecerint, Nos de eorumdem consilio omnes & quascumque alias prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones super reformatione Tribunalium Urbis nostræ prædictæ, in iis quæ presentibus nostris adversantur, abrogantes, & revocantes, in aliis verò omnibus, præsertim in iis quæ in prædictis Constitutionibus constituta, & ordinata sunt, confirmantes, & innovantes, hæc nostra in perpetuum valitura Constitutione sancimus, statuimus, & ordinamus, ut sequitur.

### De Signatura Gratiz, & Iustitiæ.

1. **I**n primis, quod nullus Referendariorum Commissionem expediat, in qua non adit à tergo nomen Procuratoris, seu impetrantis, noti saltem ipsi Referendario, cujus solius citatio sufficiat in reformatione ipsius.
2. Verùm ipsi Procuratores, seu impetrantes suum nomen à tergo manu propria inscribant, & de mendacio convicti, juxta juris dispositionem puniantur.
3. Ubi verò in Commissionibus expediendis requiritur citatio partis, una saltem citatio una die pro altera fieri debeat personaliter, aut factis diligentibus per duos Cursos (ut moris est) dimissa copia.
4. Atque in ipsis citationibus apponatur semper nomen Referendarii, alioqui Referendarii ipsi Commissionem non expediant.
5. Similiter nullus Referendariorum propositas, & rejectas in Signatura Iustitiæ Commissiones, in Signatura Gratiz coram nobis proponere audeat, nisi per Signaturam Iustitiæ ad eandem Signaturam Gratiz remissæ fuerint, vel nisi talis sit materia, quæ scientiam nostram requirat, & tunc præhabita semper licentia nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, vel saltem Cardinalis Præfecti pro tempore Signaturæ Gratiz, qui parte audita deliberare poterit an causa proponenda sit.
6. Nec in antiquis, & arduis materiis, in quibus plures hinc inde expeditæ fuerint Commissiones, & in avocatoriis à prioribus iudicibus, & quovis modo præjudicialibus, Referendarii manum apponant, nisi prius citata coram eis parte interesse habente.

Et cum agitur de revocatione, aut moderatione aliqujus præinsertæ, similiter manum non apponant, nisi in præinserta appositum sit nomen Referendarii qui illi manum apposuit, ut rationem reddere, & eam justificare possit.

Nec etiam reformatio, sive moderatio ejusdem præinsertæ à Præfecto Signaturæ Iustitiæ, nisi nomen Referendarii, ut præmittitur, in ipsa præinserta appositum fuerit, aliquo modo signetur.

In Commissionibus appellationum ab interlocutoriis manus non apponatur, nisi expresso relevanti gravamine, neque in Commissionibus appellationum à definitiva cum clausula, aut vim definitivæ habente, nisi res adeò exprimatur, ut videat Referendarius an tale sit gravamen, quod per definitivam reparari non possit, & si in Commissione apposita fuerit clausula, cum toto negotio principali, tunc addatur, Justificato tamen dicto gravamine. Et idem servetur quando est apposita clausula, Quam, & quas, quæ tamen non sit restricta per sola verba, de & super præmissis.

Et nihilominus in supradictis Commissionibus appellationum ab interlocutoriis, semper citetur pars, etiam si exprimat gravamen, ut supra dictum est, quod per definitivam irreparabile videatur.

Et ab excessiva taxatione expensarum semel tantum appellatio committatur, & duz sententiæ habeant vim trium.

Ubi pars Commissionem aliquam dolose extorserit, & ob id Commissio reformatæ fuerit, Præfectus manu regia, & executive expensas factas in reformatione Commissionis restituere faciat, sine litis minimè expectato.

Commissio pro dilatione vel alternativa, semel tantum concedatur, quam qui jam impetraverit, lapsa trimestri aliam, nisi à Nobis vel Successoribus nostris, & Signatura nostra Gratiz impetrare nequeat, & impetrata non suffragetur, nec tribuat jurisdictionem.

Abstineant præterea Referendarii ab appositione manuum in Commissionibus nullitatum, & attentatorum, nisi exprimentur nullitates ex defectu jurisdictionis, citationis vel mandati, & ipsa attentata.

Item in Commissionibus molestationum, & jactationum, nisi addita clausula, dummodo non sint judicialiter illatæ.

Et omnino abstineant ab illis in quibus narratur pronunciatum fuisse, prout in cedula.

Nec etiam manum apponant in Commissionibus prorogationis fatalium in causis criminalibus, nec illa concedatur ultra primam vicem, nisi prævia præscriptione Iudicis asserentis Commissionem sibi signandam videri, & citato Fisco.

In Civilibus autem prorogationes hujusmodi ultra primam vicem non nisi ex causa concedantur.

Et similiter instantia quæ causis discussionum præscripta est, nullo modo, nisi ex magna causa, & per Signaturam nostram Gratiz prorogetur.

Quilibet autem Referendarius teneatur recipere contra Commissiones, & eas omnino in eadem Signatura proponere, eoque casu sufficiat partem adversam per quinque dies ante Signaturam fuisse modo superscripto citatam.

Causæ matrimoniales, & criminales Clericorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, committantur iis tantum quibus dispositum est per Concilium Tridentinum committendas esse.

Causæ verò criminales Laicorum in Terris Ecclesie locorum Gubernatoribus committantur.

Regentes Cancellariæ, & alii officiales ad expeditionem Commissionum Signaturæ Iustitiæ deputati, absque mora receptis Commissionibus illas expediant, nec sub quovis prætextu illas penes se retineant. Et qui illas per turnum distribuere debent, illas sine aliqua ordinis ipsius turni perversione distribuant, illasque ad bancum Cursorum, etiam irrequisiti, sine mora transmittant, sub pena privationis officii, & aliis arbitrio nostro, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum.

De Camerario, & Camera Apostolica.

Taxa hujus Curia est in consil. seq. §. 1.

1. **§. 2.** Camerarius, Præsidentes, & Clerici Fisci nostri negotiis incumbant, utque illud liberius & facilius facere, & exequi possint, causis inter Fiscum nostrum, ac privatos juxta propriam eorum Tribunalis naturam contenti sint, & propterea à cognitione causarum inter privatos, etiam per viam appellationis, etiam ex Terris Ecclesiarum ad Sedem Apostolicam interposita omnino abstineant, nisi causæ à negotiis Fiscalibus dependant, aut ab illis originem trahant.
2. Similiter abstineant à Commissionibus, & avocationibus causarum, necnon literis monitorialibus, & inhibitoriis, & sequestrationibus, & aliis hujusmodi, ubi non agitur de interesse Fisci, etiam in Terris Ecclesiarum, cum hæc ad Signaturam nostram spectare noscantur, & aliis ordo Judiciorum multipliciter confundatur.
3. Permittimus tamen Camerario pro minori pauperum dispendio, ut causas appellationum à sententiis definitivis, vel earum vim habentibus interlocutoriis intra quadraginta miliaria ab Urbe, in rebus minimis, & profanis summâ viginti quinque ducatorum non excedentibus (de quo dispositivè mentio fieri debeat) per simplices literas, aliis juxta formam juris, & juxta solitum, committere possit.
4. Insuper, ne delicta impunita remaneant, ab absolutio-nibus, & remissionibus delictorum quorumlibet, etiam levium, aut illarum Commissionibus, necnon salvoconductibus pro delinquentibus, etiam de delictis extra Terras Ecclesiarum commissis, omnino abstineant.
5. Similiterque à moratoriis dilationibus, nec etiam ad modicum tempus.
6. Necnon literas Camerales pro adipiscenda possessione beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Nobis ac Sedi Apostolicæ reservatorum, ac prorogationem temporis ad expediendas literas Apostolicas quarumcumque gratiarum, aut ad solutionem annatarum, de Collegio Cardinalium, aut officialibus debitorum, minime concedere valeant.
7. Clerici Camerae, cum nullam jurisdictionem ut singuli, sed tantum collegialiter, & in plena Camera habere noscantur, nihil expediant privatim & singulariter, nec aliquas literas, aut patentes de quacumque re subscribant, nisi ex commissione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clarè & distinctè proponi, ac in libro propositionum adnotari debeant, vel nisi agatur de negotiis Guberniorum, & Præsidentatum, & Præfecturarum, quæ privatim juxta solitum expedire possint.
8. Notarii in expeditionibus, & scripturis desuper conficiendis de propositione & commissione hujusmodi mentionem expressam facere teneantur.
9. Sed & tam Camerarius quam Clerici ipsi, ultra prohibita in præsentis reformatione, à quibuscumque licentiis, gratiis, & indultis de rebus spiritualibus, in forma gratiosa, vel commissaria, etiam cum clausulis justificativis, & aliis, tam in Terris Ecclesiarum, quam extra illas, omnino abstineant.
10. Et similiter à quibuscumque aliis expeditionibus, quæ sibi ratione suæ ordinariæ jurisdictionis propter publicam utilitatem expressè, per literas suarum facultatum concessæ non reperiuntur. Nec prætextus consuetudinis, aut quasi possessionis, etiam antiquissimæ & immemorabilis in similibus concedendis eis suffragetur, etiam si consuetudo, vel quasi possessio hujusmodi per literas aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint.
11. Constitutio felic. record. Pii Papæ IV. super reformatione Tribunalis Camerae Apostolicæ, incip. Cum inter ceteras, sub datum Kal. Novembris, Anno 1564. juxta solitum legatur singulis annis in prima Camera mensis Octobris.
12. Causæ conjunctorum, & propinquorum alicujus Clerici ad quartum gradum exclusivè, ipsi Clerico nullatenus committantur, nec quisquam eorum sibi commissas audiat, sed eas expressa causa recuset.
13. Nec etiam in discussionibus, & decisionibus, tam illarum quam aliarum quarumcumque causarum, in quibus

aliquid interesse prætereendere posset, sive Clericus, sive Assistens ille sit, ullo modo interesse, nec ullum votum habere, sed statim à dicta Camera, etiam dum causa proponitur, etiam injussus (cum in hoc ignorantiam prætereendere non possit) egredi debeat, & si secus fecerit, Clericus per mensem suspensionem ab exercitio, & perceptione emolumentorum sui officii, aliis Clericis applicandorum ipso facto incurrat, assistens verò jocalium, & salarii exactione aliis assistentibus applicanda, ipsiusque Camerae ingressu trium mensium spatio mulsetur.

Quicumque autem, sive ex Clericis, sive ex aliis Cameraalibus prædictis ab aliquo suspectus in causa recusatus fuerit, recusans non nisi expressa suspicionis causa audiri, illaque expressa, absente recusato ut suspecto, in Camera discuti, eaque à pluribus approbata, suspectus ipse in hujusmodi causa nullo modo se intromittere, aut interesse debeat: si verò probari nequiverit, nulla ejus allegatæ ratio habeatur.

Caveant autem appellationes à decreto vim definitive habente ullo pacto recipere, neque alias appellationum causas committere, nisi gravamine, & gravaminis causa ita expressa, ut Camera possit intelligere, & deliberare, an appellatio sit admittenda, necne, & in omni casu non nisi citata parte hæc fiant.

Ad hæc pauperum Advocatus, necnon Fisci tam Advocatus quam Procurator, Commissarius, & quivis alius de eadem Camera, sub eisdem, & aliis nostro, & successorum nostrorum arbitrio penis, non scribant in causis privatorum in Camerae Tribunali pendentibus, exceptis pauperum causis, & respectivè iis in quibus Camera alicui adherendo partem facit in judicio, vel in quibus aliis de Fiscis, & Camerae interesse agitur.

De Gubernatore Urbis, & ejus Tribunali.

Taxa hujus Curia est in consil. seq. §. 2.

**§. 3.** Locumtenens Civilis Gubernatoris Almæ Urbis pro tempore existens unus dumtaxat sit, legum scientia, vitæque probatæ, & Romanæ Curiae experientia insignis, & ex hoc loco qui ab Urbe distet saltem per quadraginta miliaria oriundus, qui omnes causas civiles, tam Commissarias juxta formam Commissionum, quam ordinarias, vel alias in ipso Tribunali introducendas, juxta suas facultates cognoscat, terminet & decidat. Audientia terminorum, pro quibus litigantes pro certa hora citati non sint, in sala palatii Gubernatoris circa horam vigesimam pro Tribunali sedendo teneat. Jus reddat singulis diebus, exceptis festivis de præcepto, aut consuetudine Almæ Urbis, necnon diebus Coronationis Pontificis viventis, ingressus Gubernatoris, Jovis, Lunæ, & Martis immediatè ante Cineres, ac ipsius diei Cinerum, totius Hebdomadæ majoris, Commemorationisque omnium fidelium defunctorum, & Vigiliæ Nativitatis Domini.

Significationes per viam recursus concedendas semper concedat cum clausula, non tamen in contumaciam.

In causis ordinariis, vel via ordinata introducendis, etiam si ad probationem producantur cedula, jura, & instrumenta obligationum Cameraalium, non relaxet mandata executiva, si respectu summæ, vel aliis ex natura causæ de qua agitur, dictæ causæ sint appellabiles, nisi elapsis decem diebus datis ad appellandum, & servatis solitis terminis ad docendum de legitima appellatione, & ejus legitima prosecutione, & constituto sibi de re judicata.

Suspectus post litem contestatam, vel pro contestata habitam, allegari non possit nisi à principalibusmet, vel eorum Procuratoribus ad id speciale mandatum habentibus, & ex certa causa per eos in actis specificata, & jurata, à Gubernatore pro legitima approbata.

Ab ejus sententiis definitivis appelletur ad Nos, nostramque sanctæ Sedem Apostolicam in causis appellabilibus, in quibus verò de jure recursus datur, recurratur ad Gubernatorem, qui causas hujusmodi recursus per se ipsum, vel aliis ab eo deputandis juxta suas facultates expediat. Qui deputandus, tam in ipsis causis recursus, quam in illis in quibus in locum Locumtenentis uti suspecti recusati à Gubernatore deputabitur, & in causis quoque

14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.  
51.  
52.  
53.  
54.  
55.  
56.  
57.  
58.  
59.  
60.  
61.  
62.  
63.  
64.  
65.  
66.  
67.  
68.  
69.  
70.  
71.  
72.  
73.  
74.  
75.  
76.  
77.  
78.  
79.  
80.  
81.  
82.  
83.  
84.  
85.  
86.  
87.  
88.  
89.  
90.  
91.  
92.  
93.  
94.  
95.  
96.  
97.  
98.  
99.  
100.

6. commissariis, in quibus rescripto Signaturæ à Gubernatore similiter deprecabitur, ea dumtaxat emolumenta recipiat, quæ ut mox dicitur, Locumtenens recipere possit, & nihil penitus ultra, sub pœnis eis indictis.
7. Recursus ut supra ad Gubernatorem à Locumtenentis, vel deputandi decretis, & sententiis petendi, infra decem dies dumtaxat peti debeant, & tunc executionem non retardent usquequò Gubernator huiusmodi recursus non admiserit.
8. Locumtenens habere debeat scuta auri in auro quinque à quolibet ex duobus Notariis causarum Civilium huius Curie, ipsi tantum Locumtenenti quolibet mense in ejus principio solvenda, & percipere possit julium unum pro singulis infrascriptis expeditionibus. Videlicet pro quolibet mandato executivo, non tamen in contumaciam. Pro quolibet Arresto in carceribus, mandato de exarcerando, significatione Dotali, aut vigore termini, aut in vim litis pendentiæ, aut litis finitæ, aut stante deposito, vel negatione, aut data cautione de stando juri, & judicatum solvendo concessa. Et etiam pro qualibet citatione, vel inhibitione vigore commissionis, aut extra Curiam decreta, dummodo in quolibet ipsorum casuum agatur de re, vel summa scutorum auri septem, qui constituunt julios septuaginta septem.
9. Gubernator Urbis cumulativè procedere valeat in omnibus, & quibuscumque causis criminalibus, in quibus Camerarius Ripæ vigore suarum facultatum procedere potest, ita ut inter eos juxta solitum sit locus præventioni.
10. Habeatque jurisdictionem in Hebræos, prout infra dispositum est.

#### De Auditore Camerae, & ejus Tribunali.

*Taxa hujus Curia est in constit. seq. §. 3.*

1. §. 4. IN primis, quoad formam, & executionem obligationis Cameralis, mandamus servari stylum hodiernum, ut scilicet quis obliget se, hæredes, & bona in ampliori forma Camerae, tum solitis clausulis, & renunciationibus, citra tamen constitutionem Procuratorum, & qui voluerit arctius obligari, consentiat relaxationi mandati executivi, aut illud in se suscipiat, unica, si sic plaueit, citatione, aut intimatione præcedente. Nec ullo unquam tempore renovetur vetus illa censurarum susceptio jam antiquata, & à Curia eliminata.
2. Minusque ad dictarum censurarum relaxationem deveniatur, nisi in juris subsidium, & factis prius diligentis in locis destinatae solutionis, prout hæcenus fieri consuevit.
3. Et si parti petenti, ac debitum agnoscanti danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad solvendum, intra quam nullum omninò mandatum, aliudve executionis genus relaxari possit, ea erit dierum triginta ad summum, aut etià viginti, vel minor, arbitrio Judicis, qui pro debitoris qualitate, ac debiti summa, quem maluerit de prædictis terminis eligeret. Hoc tamen omninò observando, ut non nisi simpliciter, & absque ulla cõditione, protestatione, vel reservatione, quæ confessioni sit contraria, debitum consentienti concedatur, & qui aliter, aut præmissa aliqua protestatione, vel reservatione petere, aut suscipere voluerit, repellatur. Et nihilominus protestatio, vel reservatio fortè clandestinè, aut aliter facta, quoad præjudicium dictæ confessionis, & susceptionis termini pro infecta omninò habeatur, & nullius sit roboris, & momenti. Et si post decretum, aut etiam Actori à Notario traditum mandatum executivum, Judici præfatam dilationem concedere visum fuerit, nec Reus intra eam solverit, Actor absque alio novo judicio, citatione, vel mandato, sed eodem illo quod antea decretum, vel relaxatum, aut traditum fuerat, executionem suam prosequatur.
4. Quodque superfloriz, seu (ut vocant) non gravetur, aut inhibitiones, vel dilaciones non concedantur, præterquam in vim susceptionis censurarum, vel termini judicialis à debitore suscepti, & nisi adjecta hac conditione, dummodo alium terminum ab ipso, vel alibi non susceperit. Et tam pro dictis superfloriz, quàm pro illarum revocationibus juxta stylum dicti Tribunalis consuetum nihil profus recipiatur, sed gratis, etiam pro

sigillo, ac sine ulla Secretarii, Judicis, aut cujuscumque alterius personæ mercede concedantur.

In causis criminalibus, in locis Nobis & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectis, in posterum non decernantur, neque relaxentur monitoria contra aliquem in prima instantia, nisi per Auditorem Camerae pro tempore, factò prius verbo nobiscum, seu cum Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in casibus in Bulla in Cœna Domini legi solita contentis, in quibus nihilominus quando monitoria extra Italiam decernenda erunt in locis Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non subjectis, vel aliàs contra Officiales Curiales exemptos, & contravenientes inhibitionibus, & literis Apostolicis, vel etiam pro rebus dependentibus à causis criminalibus coram Auditore Camerae pro tempore legitime introductis, ac pendentiibus, huiusmodi monitoria non relaxentur, nisi factò prius verbo nobiscum, seu cum Romano Pontifice pro tempore existente.

Nec decernat Monitoria specialia in causis profanis, etiam in Terris Ecclesiæ, ultra quadraginta milliaria ab Urbe, quando valor causæ non excedit summam centum florenorum.

Appellationes non aliter recipiat, audiat, vel admittat, quàm si exhibita fuerit Notario in actis ab appellante fides publica, seu publicum instrumentum (ita quod simplex copia nec recipiatur, nec admittatur) sententiæ, à qua extitit appellatum, eaque sit diffinitiva, vel vim habeat diffinitivæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quàm inserto in literis inhibitionis toto fidei, seu instrumenti huiusmodi tenore, & expressa clausula, Quatenus à diffinitivâ, vel vim diffinitivæ habente appellatum sit. Facta tamen fide de petitione appellationis, & Judicis sive Notarii denegatione, Auditor inhiere, & in causa procedere possit.

In expeditionibus vigore huiusmodi appellationum apponatur clausula, & quatenus re vera sententia non sit diffinitiva, vel vim diffinitivæ non habeat, præsentibus literæ nullius sint roboris, vel momenti.

In monitoriis generalibus reservet facultatem, etiam Ordinario loci, absolvendi incurrentes censuras in his contentas.

Item non decernat sequestra in causis beneficialibus, in quibus procedere potest, nisi juxta formam constitutionis felic. record. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, quæ incipit: Ad compescendas, prout servatur in Rota, & in illis semper apponatur clausula, Provisò quod de fructibus sequestratis cultus divinus manuteneatur, animarum cura exerceatur, & alia onera beneficio incumbencia supportentur.

Mandata de manutendo nunquam, nisi servatis servandis, & parte legitime citata, decernat, aut concedat.

Idemque in sequestris, & in mandatis suspitionis fugæ servet, nisi aliqua ratione timendum sit Judicis arbitrio de suspitione fugæ, vel bonorum dilapidatione, quo casu juramentum præstari debeat de suspitione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorum.

Non decernat contra Episcopos, & iis Superiores monitoria ad personaliter comparandum, nisi prævia commissione signata manu nostra, aut pro tempore existentis Romani Pontificis, & pro decreto monitorii ad personaliter comparandum nihil recipiat.

Non concedat, neque dari permittat Auditor remissionem ad partes examinandum, vel repetendum citata parte testes ad instantiam Fisci, vel probandam ejus intentionem, sed advocentur testes ad Curiam, vel causa remittatur ad partes ubi delictum est commissum.

Nec minus concedat literas ad partes pro capiendis iudiciis contra aliquem, nisi prius in Curia ipsimet auditori Camerae ejus arbitrio aliquo qualiter constiterit de delicto.

Et in causis ordinariis Auditor prædictus, seu ejus in Civilibus Locumtenens, non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro nota sententiæ, sed in causis commissariis, & declaratoriis contumacialibus tantum.

Præterea Auditor non concedat Monitoria, seu Inhibitiones in vim constitutionis Eugenianæ ad favorem Curialium, nisi pro illis qui saltem per annum in Curia continuè residentiam fecerint.

18. Ut tollantur controversie inter Tribunalia Curie, & unicuique sua jurisdictio seruetur, declaramus executionem obligationis in forma Camere ad predictum Auditorem Camere privatim ad alia Tribunalia pertinere, praterquam in instrumentis dependentibus a causis, & actis in aliis Tribunalibus huiusmodi gestis, ac sine prejudicio motus proprii in favorem populi Romani editi, & quoad Clericos, ratione originis vel beneficii Romanos, & loca pia, locus sit preventionis inter ipsum Auditorem, & nostrum in Urbe Vicarium.
19. Et quoad preventionem inter ipsum & forum Capitulinum in causis vertentibus inter Cives, & Incolam, Italicos, & declaramus, nomen Incolarum juxta juris communis dispositionem esse intelligendum, & ubicumque super hoc dubitari contigerit, orta inter Tribunalia differentia, ad Prefectum Signaturae Justitiae recurri mandamus, qui hunc articulum manu regia, sine scriptura, omni, & quacumque appellatione, & recursu remotis, in quolibet casu controversiae terminet, & decidat.
20. Citationes autem extra Urbem executae, quarum vigore hodie coram Auditore Camere ad executionem obligationis Cameralis procedi solet, reproducantur infra mensem ab executione earum in partibus facta, alioqui pro circumductis habeantur.
21. Litteras Apostolicas, quibus certus qui per seipsum procedat executor praescriptus est, nullo modo Auditor praedictus exequatur, sed & omnes praeterea, in quarum executione pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quam servatis pro rerum contingencia Constitutionibus felic. record. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de quibus dietis, nisi ipsis Constitutionibus derogatum fuerit expressè in literis, quae fuerint exequendae; sed & tunc, ne quemquam extra Dioecesim ultra tot dietas evocet, quot in ipsis literis expressum erit, exceptis literis pensionum, quarum solutio in Romana Curia destinatur, & his omnibus quibus ipse nominatim executor praescriptus fuerit; his enim casibus possit ad se undecumque, & quocumque partes evocare, neve aliis vices suas committat, vel subdeleget, quam constitutus in dignitate Ecclesiastica, aut aliis, quibus Sedes Apostolica causas committere solet.
22. Monitoria generalia, vulgo Significavit appellata, quae scilicet, ut aliquid reveletur, seu restituatur, aut probetur, cum censuris Ecclesiasticis publicari solent, nullo modo decernat, sive expediat.
23. Similiter nihil sine speciali nostra Commissione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Episcopos, aut alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem decretorum Sacri Concilii Tridentini, correctionemque morum liberè procedant.
24. Ab omnibus autem, & singulis his quae ad ejus jurisdictionem secundum praemissa pertinere nolumus, usque adeo absteat, ut neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque sequestra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam quocumque sub praetextu super iis aut ipse decernat, aut ab aliis decreta revocet, & pariter ejus Notarii nihil omnino expediant, aut etiam scribant, sub poena scutorum quingentorum pro qualibet vice Camere Apostolicae applicandorum, & si addit accusator, vel instigator, ei quarta pars poenae solvenda detur.
25. In causis vero sui fori civilibus, etiam in quibus summarie, & ad instar beneficiorum procedendi ei concessa est facultas, nunquam omnino ad poenas contumaciales deveniat, sed potius receptis probationibus ad negotium principale spectantibus, datoque competenti termino parti absentis, demum super his, servatis servandis diffinitivè pronunciet, etiam sine litis contestatione.
26. Ne autem contingat, ut absentes, & in remotissimis ab Urbe partibus degentes, maxima itineris incommoda & dispendia pati absque culpa compellantur, dum ob praesens delictum ad comparandum personaliter moniti comparent, & inculpabiles reperiantur, neminem posthac extra Italiam existentem ad comparandum personaliter moneat, nisi facto verbo nobiscum, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, de quo verbo habito fiat mentio in literis monitoriis.
27. In causis quae ordinarie secundum Auditoris facultates

Bullarii Magni Tom. III.

in ejus Tribunali introductae fuerint, vel introducti potuerint, sive post ceptam causam superveniat Commissio, sive ante impetrata sit, sive in prima, sive in ultiori instantia, nulla in re augeat impensam, sed quoad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, itaut etiam ratione sententiae, neque Notarii, neque Judices quicquam propterea accipiant ultra id quod accipere potuissent, si Commissio non adesset.

Permittimus tamen ejus in civilibus Locumtenenti in causis per commissionem ab initio introductis, etiam sui naturae ordinariis, ob magnam laborum assiduitatem, & emolumentorum tenuitatem, sportulas moderatas juxta praesentem constitutionem recipere. Declarantes nihilominus in reliquis omnibus causis intelligi ordinarias, nec Notarios quicquam amplius exigere posse, aut debere, quam in aliis ordinariis permissum est.

Quodque Auditoris Camere pro tempore existentis Locumtenens mandata executiva, nisi prius ipsemet Locumtenens in libro expeditionum diem subscriptionis manu propria notaverit, subscribere non possit.

Quodque Auditoris Camere pro tempore existentis Judex Locumtenens in criminalibus pro sportulis, salario sibi jam assignato contentus, nihil percipere possit.

In causis civilibus vero Locumtenenti singulis mensibus quinquaginta scuta monetur a Notariis dicti Auditoris Tribunalis pro rata solvi, nec aliqua alia portio pro eo retineri debeat.

De Auditorio Rotae.

Taxa hujus Curiae est in consuet. seq. §. 4.

§. 5. Constitutiones fel. rec. Innocentii VIII. Pii IV. & aliorum praedecessorum nostrorum innovantes, & Auditorium nostri palatii, in quo universorum Christi fidelium graviores causae mature cognoscuntur, & justè terminantur, novis praerogativis augentes, volumus & ordinamus, ut unica tantum Commissio in qualibet instantia sufficiat, & illius vigore Auditor causam sibi commissam cognoscere, & cum omnibus & singulis dependentibus, & emergentibus, ac aliis quomodolibet incidentibus decidere valeat.

Possit etiam Auditor sine nova Commissione praefigere terminum ad docendum de attentatis, & nullitatibus, & causis propter quas quis in integrum restitui debeat, ac illo elapso, & non docto, ad causae expeditionem procedere, remissorias non decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia & singula alia usque ad finalem sententiarum suarum executionem inclusivè facere, quae de jure Ordinarii facere possunt.

Necnon possit Auditor praefigere terminum ad docendum de appellatione, & ejus legitima prosecutione ad effectum procedendi ad executionem sententiae latae in causa appellabili, in qua condemnatus non appellavit.

Insuper & tempus quadriennii in causis restitutionis in integrum possit Auditor prorogare arbitrio suo.

Et tam dictam, quam omnes alias facultates sibi vigore vel Innocentianae, vel Constitutionis Pii Quarti, aut aliorum Summorum Pontificum praedecessorum nostrorum competentes extendimus, & habere locum decernimus etiam in causis cuilibet Rotae Auditori extra Rotam commissis.

Prorogationes autem fatalium saepius & passim non concedat, sed tantum ex aliqua honesta causa, ac praevia illius cognitione, arbitrio Rotae.

Auditor tamen in aliqua causa, sive magni, sive parvi momenti existat, etiam si ejus decisio clari Juris esse videatur, diffinitivam sententiam, vel interlocutoriam vim diffinitivae habentem ferre non valeat, nisi causa in Rota proposita, & habitis votis Coadjutorum, nisi partes in actis expressè consenserint, quod causa sine voto eorumdem expediri possit.

Idemque in aliis quibusvis praedictalibus decretis servari volumus, si actor, vel reus, ut negotium in plena Rota cognoscatur, institerit.

Item sententiae latae per Auditores, prout in cedula, ut moris est, vel per viam terminatam servato, subscribantur, & publicentur in actis infra quindecim dies, & in ultimi anni audientia infra menssem, alioquin pronuntiationes,

26.  
29.  
30.  
31.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.

Ad hoc vide etiam Pii IV. cons. 44 §. 1. 2. & 17. lib. 2.

- 10. Termini etiam pro servatis habiti, & cedule ipsarum sententiarum, quæ interdum per alium Notarium quam a Notario ipsius cause ad referendum accipi consueverunt, referantur ipsi Notario causæ eadem vel sequenti die qua recipiuntur, in ultimis verò audientis saltem infra triduum. Et si Auditor qui pronuntiavit prout in cedula, vel terminum habuit pro servato, remuneret citationem penes se, illam Notario causæ similiter intra prædictos dies consignare debeat, alias termini huiusmodi circumducti, & irriti censentur.
- 11. Auditor verò non pronunciet in causa nisi perfecto registro, & illo ad Rotam delato unà cum dictis testimoniis, illisque, ac iuribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis.
- 12. In ultima verò anni audientia, & quodcumque agatur de ferenda declaratoria contra contumacem, etiam registro non perfecto, ex actis originalibus pronunciare valeat, ita tamen quod pars ad cuius instantiam pronunciatum fuerit, registrum ipsum pro actorum conservacione quantocius perfici curare teneatur.
- 13. Et insuper Auditor, partibus petentibus copiam decisionis in causa factæ, cum iuribus ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri consuevit.
- 14. Causæ autem propriæ Auditorum, & eorum familiarium, ac consanguineorum, vel affinium usque ad secundum gradum juxta jus Canonicum computandum, non cognoscantur in Rota.
- 15. Nec Auditores in eorum domibus, Substitutos vel Doctores, aut alios Jurisperitos, etiam consanguineos habeant, qui Substituti, vel Advocati, aut Procuratoris officio fungantur, aut in casibus Rotalibus, vel eorum processibus sese quoquo modo intromittant.
- 16. Item, Advocati, aut Procuratores consanguinei vel affines, usque ad secundum gradum ut supra computandum alicujus Auditoris, ac etiam illius Notarii in causis coram eo pendentibus nullatenus patrocinari valeant.
- 17. Nec iidem Auditores compellant, aut aliquo modo inducant partes, per se, vel per alios, ut assumant certum Advocatum, vel Procuratorem, sed electio huiusmodi omnino ipsarum partium arbitrio relinquatur.
- 18. Item Decanus, & alii Auditores, præsertim antiquiores, attendant ne aliquid non solum contra jus, sed nec etiam contra stylum, & decisiones antiquas factas in Rota, quæ impressæ habentur, quoquo modo decidatur, etiam prætextu æquitatis in iure non scriptæ, nisi maxima cum ratione & discussione, omnibus votis, seu saltem illorum duabus tertiis partibus, aliter faciendum esse judicaverint.
- 19. Non attendantur præterea aliquæ nullitates in causis, præterquam ex defectu jurisdictionis, citationis, vel mandati.
- 20. A liquidatione fructuum, & expensarum taxatione semel tantum appellare liceat, ita quod duæ conformes rem judicatam faciant.
- 21. Auditores causas sibi commissas ad solam partium instantiam ad Cancellarium remittere non possint, sed tantum habita licentia à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, vel ex justis causis deductis in Rota, & ab ea probatis.
- 22. Et si Auditor cognoverit in actis adesse suspensionem criminis, remittat acta huiusmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit, ad Iudicem ordinarium, & si causa criminalis præjudicialis fuerit causæ civili, in ejus cognitione superseadeat.
- 23. Quodcumque Iudex ipse ordinarius in causis criminalibus coram eo pendentibus indigerit depositionibus testium, vel aliquibus scripturis ad causas criminales faciendis, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum, ut præfertur, exhiberi facere.
- 24. Nemini liceat turbare ordinem servandum in distributionibus causarum, sed illarum Commissiones distribuantur bona fide juxta ordinem Turni, qui nullo prorsus modo, neque à Notariis, nec à quoquam alio Pervertatur, prout supra de Signatura Iustitiæ dispositum est.
- 25. Ut autem debitus modus sportularum imponatur, non possint Auditores à partibus, per se, vel alium quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere,

sed nec à sponte dantibus ultra taxam infra scriptam accipere, videlicet:

In causis pecuniariis, seu profanis, aut quæ aliis pretio quoquo modo estimari possint, si estimatio rei de qua agatur, non excedat summam mille ducatorum, aureos decem, à mille verò usque ad decem millia, viginti quinque, à decem millibus usque ad viginti millia, quinquaginta, ab inde supra usque ad quancumque summam, centum. In beneficialibus verò, si redditus annuus de quo agatur, non excedat summam centum ducatorum, similiter decem, à centum verò usque ad mille, viginti quinque, à mille usque ad tria millia quinquaginta, ab inde verò supra, centum aureos pro sportulis cujuslibet sententiæ diffinitivæ dumtaxat, ut præfertur accipere valeant. Si verò causa estimationem non facile recipiat, sportulæ moderatæ, pro rerum & personarum qualitate juxta taxas prædictas recipi possint. Nec aliquid ultra non solum ipsi Auditoribus, sed nec eorum familiaribus, vel consanguineis, aut aliis quibusvis personis, directè vel indirectè, quovis quæsito colore, vel ingenio, exceptis esculentis & poculentis quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possit. Quas quidem sportulas juxta taxam prædictam apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & Notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori consignari volumus. Quodque Notarius dispositionem, & consignationem huiusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

**De Capitolio, & ejus Officialibus.**

*Taxa hujus Curia est in consil. seq. §. 6.*

§. 7. Senator, & Iudices ipsius possint primas instantias unica vice eorum arbitrio absque ulla commissione prorogare.

Capitaneus appellationum, pro revocatione, seu moderatione quarumcumque inhibitionum, sportulas nullo pacto accipiat, Notarius verò dumtaxat mercedem actus, sive scripturæ.

Si petito Consultore, pars quæ petierit neglexerit per decem dies instare pro illius electione, Capitaneus possit per seipsum causam expedire.

Et si consultor electus, infra duos menses à die electionis non acceperit, vel recusaverit, ad alterius electionem procedatur.

Terminus quinque dierum datus à Statuto Urbis ad redeundum pro apostolis, ita & taliter intelligatur, ut sufficiat interim quodcumque pro apostolis redire.

Conservatores Urbis abstineant ab omni genere muneris, etiam esculenti & poculenti, à pistoriis, lanis, salsamentariis, solitoribus, fructuariis, & aliis artificibus, nec ab eis aliquid sub quovis prætextu accipiant. A quibus etiam abstinere faciant omnino eorum Scribam, Notarium, Secretarium, Fiscales, & alios eorum Officiales, atque in primis Extraordinarios, corporali eos pœna coercendo, & deinde ab officio removendo.

Nec possint de pœnis statutariis, vel per eorum edita inflicis aliquo modo gratiam facere in totum, & præsertim de corporalibus, nec illas commutare sine consensu ipsorum omnium simul convocatorum, & eo casu non ultra medietatem pœnæ remittere, nec in domo propria sua super huiusmodi gratiis aliquid signare possint, sed ad earundem pœnarum executionem, postquam de illarum incurso confiterit, celeriter procedant.

Ad quarum etiam pœnarum, præsertim corporalium executionem, in eventum in quem non mittantur executioni per ipsos Conservatores à die delati criminis intra quinque dies, quilibet alius Iudex ordinarius, & aliis competens procedere possit.

Extraordinarios ad officium Extraordinariatus exercendum nullatenus admittant, nisi recepta ab eis cautione, sub pœna ipsi Conservatoribus bene visa, de officium ipsum fideliter exercendo, & præmissa observando, ac de seipso representando pro omni eo quod in dicto eorum officio committere, vel omittere possent, ac dictis Extraordinariis fidem adhibeant, juxta formam decreti aliis à Conservatoribus editi, & non aliter.

Cogant insuper extraordinarium majorem ad exercendum

26.  
Ad huc  
IV. consil.  
lib. 2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.



dam officium, etiam per seipsum, & per substitutum idoneum ab ipsis Conservatoribus approbandum.

11. Atque eidem Extraordinarius major, & ejus substitutus, ac minores extraordinarii cogere possint quoscunque, etiam per detentionem personarum, ut permittant ponderari carnes, & alia omnia quæ sub eorum cura sunt, & pretium denuncient, & recusantes puniantur prima vice in duplum valoris rei penes eos inventæ, quod si alia vice illud idem admiserint, in duplum, & alia etiam pœna corporali, arbitrio Conservatorum: & nihilominus Extraordinarii, tam majores, quàm minores, omnia Conservatoribus denuncient, & res taliter inventas nullatenus sibi retineant, sed ad ipsos Conservatores deferre teneantur.
12. Et Baroncellus, ac alii Executores quarumcumque Curiarum eidem Extraordinariis majoribus in prædictis & aliis eorum officium concernentibus obedire teneantur.
13. Magistri Viarum ad vias lateribus, seu silicibus sternendas, prout eis opus esse videbitur, dominos contiguarum domorum, cujuscumque sint dignitatis, aut ipsis absentibus, vel solvendo non existentibus, illorum inquilinos juris remediis opportunis, ac sub eorum arbitrariis pœnis cogant.
14. Possint autem Inquilini retinere de pensione solvenda ratam ut supra per eos solvendam, non obstante obligatione Camerali, aut quacumque exceptione quæ opponi possit, & non obstantibus quibusvis sequestis, etiam anterioribus.
15. Curentque eadem Urbis vias continuè, & Plateas ad minus quater in anno, & hoc in Martii, Junii, Septembris, & Decembris mensibus, ab immunditiis purgari.
16. Nullos actus, nullaque negotia, quæ alicujus momenti fuerint, sine rogatu sui Notarii expediant.
17. Reddant rationem Cameræ singulo quoque semestri, prout in literis ad Cameræ Tribunal spectantibus constitutum est.
18. Edant initio eorum officii edicta sub nomine Camerarii, & de pœnis in illis, atque etiam in statutis contentis nullam sine ejusdem Camerarii, aut saltem Clerici Præsidentis mandato gratiam facere possint.
19. In ceteris, tam quoad appellationes ab eorum sententiis, quàm quoad reliqua omnia, servent omninò statuta de eorum officio loquentia.
20. Submagistri verò suas relationes, quas tanquam periti facere solent, non nisi medio juramento faciant, & si quid dolo vel fraude egerint, perjuri, & alias pœnas arbitrio Camerarii, & Clerici Cameræ pro tempore Præsidentis incurrant, & ad interesse partibus condemnentur.
21. Consules Artium quarumcumque observent earum statuta legitime approbata, & usu recepta. Nec reassumant causas, præsertim mercedum, ac miserabilium personarum, coram majoribus Magistratibus introductas.
22. Minus impediant, aut molestant aliquo modo peritos, sive æstimatores à Judicibus electos, sub pœna privationis, & alijs arbitrio Superioris.
23. Notarii verò ipsorum Consulium, taxam eis per statuta præscriptam, & ubi aliqui ipsorum nullam minorem taxam habent, aliorum qui illam habent, sequantur, & secundum illam exigant.
24. Assessores prædictorum Consulium, & aliorum Officialium Curie Capitolinæ salarium non habentes, caveant ne in causis minimis, idest à quinque scutis infra, quicquam pro eorum voto, seu consilio, & in alijs non ultra sportulas dictis statutis taxatas percipiant.
25. Procurator Fisci Capitolini illud ipsum in omnibus & per omnia observet, quod Cameræ nostræ Apostolicæ Procurator, quoad ea scilicet Capitula superius adnotata, quæ ipsum etiam concernere, & sibi convenire possint.

De Jurisdictione in Hebræos.

Taxa Notarii Hebræorum est in constit. seq. §. 11.

1. §. 7. Gubernator Urbis possit contra Hebræos in criminalibus causis procedere, etiam quod agatur inter ipsos Hebræos tantum.
2. In causis Cameralibus, seu ad Cameram quomodocumque spectantibus, aut ad Camerarium, etiam ratione Bullarii Magni Tom. III.

pignorum, aut personarum Hebræorum Bancheiorum, aut ad Præsidentes, Camerarios, & Præsides, possint contra eos procedere.

In causis furtivorum pignorum quoad Hebræos Bancheios, sit locus præventioni inter Camerarium & Gubernatorem.

Quoad Auditorem Cameræ Hebræi sint illius jurisdictioni suppositi privativè quoad alios, ubi agitur de obligatione Camerali, præterquam in dependentibus à causis, & actis aliorum Tribunalium, juxta suas facultates. In criminalibus autem possit idem Auditor Cameræ contra eos procedere, prout in præteritò procedere consueverat.

Inter Vicarium & Senatorem, in delictis in quibus Christiani sunt aliquo modo participes, & sic quando adest mixtura delinquentium Christianorum & Hebræorum, ex officio, non autem ad querelam locum habeat præventio, in alijs verò casibus servetur constitutio fel. record. Julii Papæ III. prædecessoris nostri, disponens quod quando agitur inter Hebræos, habeat Vicarius in eos jurisdictionem activè & passivè; quando verò inter alios, passivè tantum.

De Curia Sabellorum, & Turris Nonæ.

Taxa hujus Curie est comprehensa in constit. seq. §. 2.

§. 8. Iudex Curie de Sabellis gratuitò à Marescallo deputetur, adeò ut neque Judici dare, neque Marescallo propter hoc accipere quicquam liceat, etiam nutui vel alio nomine, aut quavis de causa vel prætextu, sive ante, sive post adeptum officium, etiam in viam, vel prætextu cujuscumque indulti Apostolici, vel consuetudinis, quod & quam per præsentis expressè revocamus, & improbamus, & ut supra omninò servari mandamus.

Deputatio verò Judicis fiat cum participatione & approbatione Gubernatoris Urbis pro tempore, & fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum sit etiam ejus Judicis officium, nisi propter aliquam rationabilem causam prorogandum visum fuerit, quæ tamen prorogatio annum nullo pacto excedat, & semel tantum fieri possit.

Antequam incipiat exercere officium, caveat idoneis fidejussoribus de stando Syndicatui, & finito officio, etiam si nec querelatus, nec requisitus fuerit, offerat se Syndicatui coram Gubernatore Urbis præfato, ille verò quadraginta diebus Syndicatum absolvat, Judicemque, prout jure faciendum erit, vel absolvat, vel condemnet, & puniat. Quod si intra dictorum dierum numerum non fecerit, Camerarius S.R.E. qui tunc erit, duos viros deputer, qui intra alios viginti dies hujusmodi Syndicatum petagant, lapsis autem diebus terminis pro absoluto habeatur.

Commentariensis, & Capitanei, necnon executorum ejusdem Curie munta per idoneos, & fidos ministros gerantur, & neque vendantur, neque locentur ullo modo, nec quicquam pro illis consequendis, aut exercendis quovis nomine, & prætextu solvatur, vel respondeatur, etiam vigore contractuum, aut locationum de præterito factarum, quæ per præsentis nullæ, & irritæ intelligantur: & qui aliquid solverint vel responderint, officio privati sint, & publicè fastigentur.

Turris Nonæ Judex non se intromittat in causis summam decem scutorum excedentibus, nec in criminalibus, nisi levibus, & minimis.

Et dictus Judex Turris Nonæ coram Gubernatore præfato in fine cujuslibet anni Syndicatui se offerre, & stare teneatur, prout de Judice Curie Sabellorum supra dictum est.

De Curia Ripæ, & Ripettæ.

Taxa hujus Curie Ripæ est in constit. seq. §. 9. & Curie Ripettæ in §. 10.

§. 9. Ripettæ Præses, aut Judex, non faciat aliquam compositionem, minusque solvere faciat aliquam pœnam quantumlibet minimam, sub quovis prætextu, nisi servatis servandis, ac prævio processu, ac decreto, ut ex actis intelligi possit, an justè pœna soluta, vel compositio facta fuerit.

Neque Camerarius, neque Ripettæ Præses transmittant

3.

4.

5.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

1.

2.

Ad hac vide etiam Pr. 11. constit. §. 8. p. 23. lib. 2.

Ad hac vide etiam Pr. 11. constit. §. 8. p. 23. lib. 2.

- 1. extra Urbem Commissarios ad mensurandum passus lignorum.
- 2. Ripæ, & Ripertæ Judices in sine officii coram Clerico Cameræ ejusdem Ripæ Præsidi Syndicatui stare teneantur.
- 3. Nec Camerarius Ripæ ultra sex menses in ejus officio permanere, nec confirmari debeat.
- 4. Pro mala mensuratione lignorum nullus pœna pecuniaria, sed corporali, veluti trium ictuum funis, aut fustigationis, aut berlinae, arbitrio Judicis puniatur.
- 5. Camerarius Ripæ aliquas compositiones facere non possit, nisi præcedente legitimo processu & decreto, & omnes compositiones in libro annotentur.
- 6. De Judicibus criminalibus Urbis, & pertinentibus ad eos.
- 7. §. 10. Judices criminales Urbis, seu Locumtenentes, & eorum Substituti, quibus certum à nobis salarium est constitutum, illo contenti nihil prorsus, aut pecuniarum, aut alterius cujuscumque rei, etiam minimæ quantitatis, à quoquam etiam sponte dante accipiant, neque pro sportulis, seu propinis sententiarum, vel pro decretis, absolutionibus, aut relaxationibus quibuscumque in quibuscumque causis, etiam delegatis, & commissariis, neque quovis alio modo, titulo, vel nomine, etiam muneris, vel regaliorum, quamvis esulentum, vel poculentum, etiam in casibus alioqui de jure, vel quacumque constitutione permisis, sub privationis officii, & inhabilitatis in posterum ad quodlibet judicandi munus, & aliis nostro, & Successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis.
- 8. Camerarius, Thesaurarius, & Præsides Cameræ, excepto Præsidi Riparum, item Hospitalium, Confraternitarum, ac aliorum locorum piorum, seu Collegiorum Rectores, & alii quicumque habentes in Urbe jurisdictionem criminalem, & facultatem Judices deputandi, non deputent in criminalibus causis alios Judices, quàm aliquem ex ordinariis sibi benevisum, qui nullas debeat recipere sportulas, ut supra sancitum est, & in describendis actis, atque processu utatur proprio sui Tribunalis Notario, nisi Notarius deputantis habeat officii titulo oneroso, & jus scribendi etiam in criminalibus, quo casu ipse deserviat in dictis causis, etiam apud Judices deputatos.
- 9. Nullus autem Judicum in causis criminalibus procedat, vel sententiam ferat, nisi Procuratore Fiscali, vel Commissario Cameræ respectivè in omnibus actis, in quibus de jure citari debent, legitime citatis.
- 10. Minusque transmittantur extra Urbem Monitoria, nec aliquod judicium ad Fiscum, vel Commissarii Cameræ respectivè instantiam introducantur sine procuratoris Fiscali, vel Commissarii Cameræ licentia.
- 11. Nec quisquam capiatur sine indicis ad instantiam cujuscumque instigatoris, nisi in causis gravibus arbitrio Judicis, & tunc nonnisi data cautione per instigatorem de reficiendo damno, expensis, & interesse, necnon etiam (si ita Judici visum fuerit) de se representando.
- 12. Nec concedant Judices in causis Criminalibus significationes aliquas, nisi in causis coram se, vel in suo Tribunali, & aliter datæ non observentur.
- 13. Pariter non relaxent monitoria Criminalia pro contraventione inhibitionis obtentæ in causa Civili, sed agatur pro ea civiliter coram Judice, qui dedit inhibitionem, nisi forte contraveniendo fuerit vis aliqua illata, vel injuria realis, aut verbalis in spectum inhibitionis, & Judicis contemptum.
- 14. Contra reum absentem, & contumacem pro delicto, quilibet Judex competens procedere valeat, nec alter alterius processu impediatur.
- 15. Non transmittantur contra reos absentes citationes, aut Monitoria ad informandam Curiam, sub pecuniaria multa, quando Judex habet in processu probationes, vel indicia contra illos sufficientia ad transmittendum Monitorium, sive Inquisitionem, aut citationem super delicto.
- 16. Nec comminentur unquam in Monitoriis pœna corporales majores pœna delicti, pro quo monitio fit.
- 17. Item inquisito Reo non fiat inventarium illius bonorum, nisi agatur de delicto pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiscationis bonorum, aut alia notabilis pœna.

Ad hoc vide etiam Pauli III. c. 1. §. 3. et seq. lib. 1. tit. IV. c. 1. §. 1. et 2. Clement. VIII. c. 1. §. 1. hoc eodem lib. 3.

- 18. Et quando inventarium conficiendum fuerit, non describatur inventarium hujusmodi in registro, sed tantum moderata merces pro qualitate rei à Notario accipiat.
- 19. Et casu, quo propter Rei contumaciam Inventarium fieri contingat, nonnisi unicum fiat.
- 20. Relaxatus ab uno Iudice, non possit ab alio pro eadem causa carcerari.
- 21. Similiter pro pugnis, & verbis altercatoriis, & injuriis in rixa, & ex accidenti inter viles personas prolatis, aut pro quavis alia simplici rixa, minisque etiam in flagranti reperti non carcerentur, nisi prius ducti ad presentiam Iudicis, sub pœna privationis, & aliis arbitrio sui Iudicis. Et si relaxandi erunt, gratis ubique relaxentur.
- 22. Querelas Dominorum contra famulos, vel operarios, qui jam Dominos ex causa mercedis conveniunt, non recipiant nisi facta deposito, vel data cautione in forma depositi Iudicis arbitrio, & nonnisi in eo Tribunali in quo causa mercedis pendet, si jurisdictionem habeat criminalem.
- 23. Captus ab incompetenti Iudice, vel ab eo qui non processit, remittatur ad eum qui processit, sed captus ab eo qui processum formaverat, non remittatur, etiam quod ab alio fuisset in procedendo, vel in contumaciam condemnando preventum, quinimò processus omnes, & informationes transmittantur ad illum qui fuit diligentior in captura.
- 24. Quod si ex pluribus delicti Consortibus quilibet aliquem habeat carceratum, remittantur omnes ad eum qui habet principalem in manibus.
- 25. Curent autem Iudices quicumque ne Rei detineantur in secretis ultra triduum antequam examinentur, nisi causæ natura aliud suadeat.
- 26. Et tam Reos, quàm Testes interrogent, descriptis & extensis à Notario integrè verbis omnibus interrogatoriis, rejecto prorsus, & sublato abusu illo scribendi, Ad opportunam Domini interrogationem, vel interrogatum respondit, aut Subditi interrogatus, aut simili, quem tanquam perniciosum, & uti suggestivarum interrogationum velamentum, & fraudibus plenum damnamus.
- 27. Responsiones similiter reorum, & testium integrè de verbo ad verbum, prout ex eorum ore profluunt, etiam quod contra Fiscum sint, non diminutè, nec per relationem, & in externæ nationis hominibus adhibito Scriba, vel interprete illius linguæ perito, fideliter scribi faciant.
- 28. Nec ullo pacto Iudicibus liceat, vel Notariis, Testes quos ipsi verisimiliter informatos crediderunt, citatos, seu vocatos, extrajudicialiter cum juramento, vel sine eo interrogare, & non scriptis eorum responsionibus dimittere, forsitan ex eo quod contra Fiscum deponant, & pro reo, seu omnino prævio juramento de veritate dicenda, eorum examen recipiatur, & in scriptis redigatur, dummodo non adsit vehemens suspicio subornationis.
- 29. Reorum recognitiones non fiant nisi Iudice præsentè, & coram pluribus, nec ullo pacto reus antea ipsi testi ostendatur.
- 30. Testes pro Informatione Curie non nisi in gravioribus carcerentur, & tunc pro relaxatione nihil penitus solvant, nec etiam pro alimentis, quæ vel instigator, si adsit, solvere debeat, vel Fiscus.
- 31. Captum pro uno crimine, super aliis de quibus indicia non habent, interrogare nullo modo præsumant, sed in hoc & aliis omnibus occurrentibus, Iuris communis dispositionem Iudices servare teneantur.
- 32. Et in quocumque crimine, quantumvis gravissimo, reos antequam torture subjiciant, etiam non petentes, admittant ad purgandum indicia, data eis indiciorum copia, pro ea tantum parte processus quam ipsi petierunt in forma boni extractus, & non registri, cum expressione nominum, testium, & competenti termino ad faciendas defensiones, & eo pendente detur commoditas carceratis liberè loquendi cum eorum Advocatis, & Procuratoribus, etiam semotis arbitris; nisi tamen qualitas causæ aliud necessarium suadeat, & dicta copia indiciorum detur pauperibus gratis, vel ostendantur originalia Advocato, & Procuratori Pauperum similiter gratis, & absque ulla impensa.
- 33. Neque cogantur rei declarare se habere testes Curie pro ritè, & rectè examinatis, & quatenus voluerint illos

sic habere, præter absentes, & mortuos, & salvis excep-  
tionibus contra personas, & dicta testium, salvoque  
jure illos repetendi, talis protestatio admittatur, mini-  
meque rejiciatur.

28. Ac testes contra reum repetendi, prius examinentur  
super interrogatoriis pro ejus parte datis, deinde super  
eorum depositionibus repetantur.

19. Ac Iudices, Auditores, seu Locumtenentes Gubernato-  
ris Urbis, seu alterius cujuscumque Magistratus habentis  
facultates procedendi præter, aut contra formam Iuris  
vel Statutorum, non utantur dictis facultatibus, nisi  
prævio decreto dicti Gubernatoris, vel Magistratus, con-  
cedente sibi facultatem sic procedendi in illa causa.

30. Tormento vigiliæ Iudices non utantur, nisi in delictis  
atrocissimis, & in quibus etiam urgentissima præcedant  
indicia, & tunc non nisi de voto Congregationis illius  
Tribunalis in quo proceditur contra reum, nec unquam  
reus subiciatur huic tormento vigiliæ eodem die quo  
alio genere tormentorum fuit tortus, minuscque reus, qui  
tormento funis semel atque iterum tortus fuit. Nec quis-  
quam in hoc tormento vigiliæ positus detineatur bra-  
chiiis extensis ad modum torturæ, ne ultra vigiliæ tor-  
mentum patiatur etiam tormentum funis, sed in omnibus  
modis adhibeatur, quo vel innocentis reus, vel suppli-  
cio reservetur, & Iudices, tam in hoc quam in aliis tor-  
mentis ipsi assidue continueque assistant omnino, nec eor-  
um loco Notarium, vel Substitutum Fiscalem dimittant.

31. Nec in tormento funis quemquam ultra horam pro  
qualibet vice detineant.

32. Insuper abstineant omnino à verbis, & factis injuriosis  
in reos ac testes.

33. In sententiis, & condemnationibus reorum absentium,  
& contumacium, Iudices expriment pœnas certas, ne-  
que se referant ad jus commune, Statuta, Constitutiones,  
vel edicta.

34. Reis in contumaciam condemnatis, & captis ante exe-  
cutionem sententiæ, detur copia processus, si petatur, &  
actorum, etiam quod non fuerint admissi ad novas de-  
fensiones.

35. Nec ullus inquisitus, sive carceratus, sive nõ carceratus,  
non solum à Notariis juxta constitutionem nuper à No-  
bis de Anno 1608. editam, quam innovamus & illibatam  
esse volumus, sed nec etiam à Iudicibus, seu aliis quibus-  
cumque Officialibus cogatur directè vel indirectè pro-  
cessus cassare, ac absolutionem, seu abolitionem petere.

36. Similiter Iudices, Fiscales, aut Notarii nullo modo  
cogant, vel inducant directè vel indirectè reos ad com-  
positionem. Ideo studerent Iudices celesterrimæ causarum  
expeditioni, ne rei diutius tædio Carceris, vel laboribus  
& expensis fatigati, componere, & se redimere cogantur.

37. Studeant similiter omnes Iudices, & Officiales quo-  
rumcumque Tribunalium generaliter dilationes in favo-  
rem Fiscæ abbreviare, ne rei diutius laboribus, & expen-  
sis fatigentur, nec differant expeditiones causarum inter  
privatos pendendum, licet Procurator Fiscæ protestetur  
causam non expediri, nisi ipso citato pro ejus interesse,  
nisi de eo incontinenti saltem summarie doceat.

38. Obligaciones & satisfactiones quæcumque de non of-  
fendendo, vel se representando, aboleri vel cassari ne-  
queant, nisi citato Fisco, vel Commissario Cameræ res-  
pectivè, & aliter cassæ habeantur pro non cassis, nisi  
quando cautio de non offendendo cassatur ob pacem se-  
quantam, & consensum præstitum cassationi.

39. Et in quibus casibus Officiales, aut Executores habent  
aliquam partem pœnarum, si ex gratia pœnæ moderatio  
fiat, etiam post executionem, tamen non recipiant nisi  
partem ejus quod juxta gratiæ tenorem persolvitur.

40. Inherendo constitutionibus felic. rec. Pii IV. incip.  
Cum aliis per specialem; & Cupientes pro injunctæ, &  
Sixti V. incip. Ad Romanum Pontificem pertinet non  
modò, & Clem. VIII. incip. Inter ceteras animi nostri,  
prædecessorum nostrorum, ac illas ampliando, omnes &  
quascumque pœnas, multas, compositiones, & confis-  
cationes à reis vel delinquentibus, malefactoribus, vel quasi  
fraudum, & contraventionum quarumcumque, vel alia  
quavis occasione per quemcumque Iudicem quavis di-  
gnitate, & quantumvis speciali nota dignum fulgentem,  
Magistratum, seu Tribunal Urbis, etiam S.R.E. Camera-

Bullariis Magni Tom. III.

rium, Gubernatorem, Auditorem Cameræ, Vicarium, Se-  
natores, Annontæ Præfectum, Præsides, eorumque Lo-  
catenentes, Auditores, & Iudices, aliosque Cameræ Ur-  
bis Ministros, quacumque dignitate fulgentes, & quovis  
titulo, & nomine, criminum, vel quasi cognitionem in  
Urbe habentes, vel quoquo modo exercentes, exigen-  
das, sive ex bonorum mobilium vel immobilium prædi-  
corum reorum, vel delinquentium venditione, vel sub-  
hastatione redigendas, cujuscumque etiam minimæ quan-  
tatis, penes Cameræ nostræ Depositarium pro tempore  
existentem, & non alium, integrè, & absque ulla diminu-  
tione deponi debere præcipimus.

Nec quisquam ex Iudicibus, Magistratibus, aut Offi-  
cialibus præfatis, minus etiam Fiscæ Procurator, Cameræ  
Commissarius, aut quisvis alius dictarum pœnarum, multarum,  
compositionum, confiscationum, pecuniarum, aut participati-  
onum cognitionem quovis modo vel titulo habeas, au-  
deat vel præsumat sibi propria auctoritate partem ali-  
quam, etiam minimam retinere, nec aliter recipere quam  
de manibus Depositarii prædicti, prævio dictorum Magi-  
stratum mandato, & Fiscæ Procuratoris, & in causis in  
quibus Commissarius Cameræ intervenire solet; ipsius  
Commissarii manu subscripto, causam propter quam sol-  
vit, quantitatem & personam cui solvitur, explicitè ex-  
pressam continente, sub pœna privationis officii & inha-  
bilitatis ad alia, solutionesque aliter quam ut supra factæ,  
tanquam indebitè extortæ, restitui, atque ad earum resti-  
tutionem quilibet prædictorum ab eodem Commissario  
Cameræ cogi omnino, & cum effectu debeat. Et nihilo-  
minus Depositarii aliter, quam cum prædicto mandato,  
ut supra subscripto solventes, de suo erogasse censeantur,  
& in reddendis rationibus id eis minimè computari debeat.

De Iudicibus in causis Civilibus.

§. 11. Nullus Iudicum audeat Superfluous dilatio-  
nes, aut Non gravetur, cuiquam adversus manda-  
ta ab aliis Iudicibus, aut in aliis Tribunalibus relaxa-  
ta concedere, & concessa sint nulla, neque serventur à  
Iudicibus, qui mandata relaxarunt, salvis tamen inhibi-  
tionibus, quæ vigore appellationum, seu commissio-  
num, aut in vim reassumptionis causæ, aut susceptionis  
censurarum, seu termini ab Auditore Cameræ concedun-  
tur, & salvis etiam Chartis dotalibus.

Minus etiam Iudices apponere possint in mandatis il-  
lam clausulam, videlicet Exequatur per executores no-  
stros, sub pœna nullitatis, vel simili.

Expediant causas à quinque scutis infra summarie,  
manu regia, & sine scriptis, partibus tantum ore tenus  
auditis, nisi aliter ipsis Iudicibus ex rationabili causa vi-  
sum fuerit, quam Turris Nonæ, Sabellorum, Ripæ &  
Ripetæ Iudices & consules Artium exprimere in actis  
teneantur.

Causas autem summam scutorum undecim monetæ  
non excedentes, & coram competentibus Iudicibus ven-  
tentes, nullus prorsus Iudex, aut Magistratus reassumere  
possit.

Similiter causæ cujuscumque Collegii, Societatis,  
Confraternitatis, Archiconfraternitatis, Hospitalis, Or-  
dinis, seu Religionis, Loci pii, Artis, aut personæ ha-  
bentis ex privilegio proprium, & specialem Iudicem,  
non reassumantur postquam eorum Officiales, vel Pro-  
curatores, aut personæ privilegiatæ consenserint in ju-  
risdictionem alterius Iudicis ordinarii aliis competentis,  
sine tamen præjudicio facultatum & jurisdictionis Audi-  
toris Cameræ, necnon Tribunalis ipsius Cameræ Apo-  
stolicæ, & Cameralium.

Et causæ mercedis ad effectum faciendi depositum, il-  
læ tantum intelligantur, in quibus agitur de diurna, vel  
mensua mercede, sive salario.

Non attendant nullitates, nisi ex defectu citationis,  
jurisdictionis, aut mandati, sed ad expeditionem causæ  
procedant.

Non relaxent Arresta contra debitores, nisi præceden-  
te mandato relaxato servatis servandis, & aliter relaxatæ  
sint nullius roboris & momenti.

Pro debito summam septem aureorum ad rationem ju-  
riorum duodecim pro quolibet aureo non excedente ne-  
mo carcerari possit, nisi debitum habeat annexum erimen-  
Neque

Hæc in-  
stans su-  
a proximi  
indica-  
sub m. 1.  
m. 5.

1.  
Ad hæc videt  
etiam Pii IV.  
constitut. §. 8.  
§. 14. & con-  
stitut. seq.  
lib. 2. §. 11.  
ac Pii V. con-  
stitut. 17. lib. 1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.

10. Neque in dicta summa comprehendantur expensæ mandati; neque fiat cumulatio summarum, vel debitorum ad effectum carcerandi.
11. Nec concedant Inhibitiones, Significationes, aut Non gravetur in vim cuiuscumque Commissionis pro dilatione, vel alternativa obtinenda impetrata cum clausula, Servata forma Motus proprii, nisi delato bireto viridi, & non aliter. Et nihilominus quæcumque Inhibitiones, & Non gravetur, aliter quam ut supra concessa, non suffragentur, & sint nullius roboris & momenti, eisque non obstantibus executio quælibet realis & personalis contra debitores sine bireto viridi repertos fieri possit, & valeat.
12. Nec quisquam Judex, aut Magistratus, præter Auditorem Cameræ, audeat directè vel indirectè, sub quovis prætextu concedere terminum, sive dilationem triginta dierum debitoribus.
13. Possit autem quilibet Judex, cui causæ restitutionis in integrum, nullitatis, & attentatorum fuerint commissæ, absque speciali commissione terminum præfigere ad docendum de causis restitutionis, sive de ipsis nullitatibus, vel attentatis, & eo lapsò, nihilque quod relevet, docto, ad negotii principalis expeditionem devenire.
14. Possit etiam quisque Judex in quibuscumque causis coram eo introductis vel introducendis, omnes terminos substantiales absque alia speciali commissione reiterare.
15. Mandata de manutenendo in possessorio summarissimo nullus Judicum det, nisi per viam decreti, non autem cedulæ, nec quicquam sportularum, aut propinæ pro eis, etiam à sponte dantibus accipiat.
16. Mandata suspicionis fugæ, non citato debitore in Urbe non concedantur, nisi constituto in actis summarie de credito liquido, ac de suspitione fugæ saltem per juramentum creditoris, & quod ipsi creditori non sit cautum per alios correos, vel fidejussores; & tunc etiam non relaxentur, nisi deducendo debitorem ad præsentiam Judicis, non autem ad carceres, & Judex ipse debitore ducto audito, prout ipsi videbitur, provideat. Expensas autem mandati, & capturæ creditor ipse absque ulla spe repetitionis exsolvat. Et si creditor aliter hujusmodi mandatum extorserit, arbitrio Judicis puniatur, & Notarii in concessione hujusmodi mandatorum suspicionis fugæ, aut sequestrorum, nullo pacto possint creditores cogere ad solvendam, vel deponendam mercedem mandati executivi.
17. Mandata suspicionis fugæ non subscribantur, nisi visis à Jure juribus, & à Judicibus non subscripta executioni nequaquam mandentur.
18. Juramentum calumniæ non admittant Judices, nisi præstitum juxta formam à nobis infra Notariis in illius receptione præscriptam.
19. Pro perjurio autem in dicto juramento calumniæ commissio, non facit Judices criminaliter procedant, neque in alio Tribunali, quam ubi perjurium commissum præteritur, & tunc non retardato judicio civili.
20. Juramenta verò litis decisiva coram Jure suscipiantur, & non aliter, nisi Judex aliud arbitratus fuerit ex causa infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti litigantium.
21. Causæ discussionum inter creditores, & hæredes defuncti, seu alterius debitoris, de cujus bonis inter ipsos creditores agitur, intra tres menses quoad præsentem, quoad absentes verò citra montes intra sex, ultra autem intra novem menses expediantur. Et nullo modo, nisi ex magna causa, ut supra diximus, instantiæ prædicta prorogentur. Et à die obitus debitoris intra duos menses hæredes præsentem, absentes autem citra montes intra quatuor, ultra verò montes intra sex, inventarium conficere, & an velint hæreditatem adire, deliberare teneantur. Et interim Judices coram quibus causas discussionis hujusmodi pendere contigerit, bona ipsius debitoris, vel defuncti, vel decocti creditoribus habentibus sua credita liquida, recepta idonea cautione de restituendo habentibus priora & potiora, & contribuendo habentibus æqualia jura, consignari mandent & faciant.
22. Et quia jam à fel. rec. Pio Papa V. Prædecessore nostro constitutum est, ut in causis discussionum miserabiles personæ aliis anterioribus creditoribus pro summa
- feutorum quinquaginta præferantur: Volumus & declaramus in habere locum, etiam cum dictæ miserabiles personæ sunt in majori summa creditrices, ut nihilominus pro dicta summa feutorum quinquaginta dumtaxat aliis, etiam anterioribus, in omni Judicio juxta dictam constitutionem præferantur.
- Et dictarum miserabilium personarum causæ, ad instantiam Creditorum coram quibuscumque Judicibus ordinariis competentibus introduci, & ab illis terminari possint.
- Pro sigillo Judices ordinarii in quibuscumque causis & expeditionibus (his tantum exceptis, quæ taxam requirunt) non nisi julium unum recipiant.
- Communia Judicum omnium, tam civilium, quam criminalium.
- §. 12. Nullus Judicum, sive ordinariorum, sive delegatorum quantæcumque dignitatis & auctoritatis, etiam speciali nota dignus, domi suæ familiariter retineat Advocatum aliquem vel Procuratorem, etiam consanguineos, aut suæ Curie Notarium.
- Similiter nullus Judicum, sive ordinarius, sive delegatus suadendo vel rogando, minus etiam commendando, vel aliis quomodolibet directè se immisceat in proponendis Advocatis, Procuratoribus, vel Solicitoribus in causis, tam coram eis, quam coram aliis pendentibus.
- Ipsi autem Judices ordinarii quicumque, tam civiles, quam criminales, abstineant omnino à Procuratoris, vel Advocati munere, tam publicè, quam secretè exercendo.
- Ad hæc Judices omnes, item Auditores, Subauditores, Locatentes, & Substituti, seu alio quocumque nomine nuncupati, tam in causis civilibus, quam criminalibus, & mixtis, à partibus coram se litigantibus, sive sint actores, accusatores, querelantes, aut instigatores, sive etiam rei conventi, inquisiti, vel querelati, nihil prorsus muneris, aut doni, neque sub alio quocumque titulo, nomine vel prætextu, quantumlibet minimum accipiant, sub pœnis nostro, & Successorum nostrorum arbitrio infligendis.
- Judices quicumque, tam civiles, quam criminales, tam ordinarii, quam delegati, etiam in causis in officio Archivi Prælati Romanæ Curie commissis, sententias, prout in cedula ferre, & terminos pro servatis habere soliti, dictarum sententiarum cedulas subscribere & publicare, necnon terminos pro servatis habitos intra decem dies omnino à die habiti termini pro servato, & non ultra declarare possint & debeant, exceptis Rotæ Auditoribus, qui in hoc eorum facultatibus utantur.
- Nec citationes in quarum terminis pronunciare, vel quarum terminos pro servatis habere contigerit, penes seipso retinere possint, sed penes Notarios dimittant: alioqui sententiæ, & termini ipsi, lapsis diebus decem diebus, pro nullis, & circumductis habeantur.
- A litigantibus Judices, & eorum usque ad secundum gradum cognati & affines, eorumque familiares, neque mutuum, neque fidejussiones, nec alias similes obligationes recipiant.
- Similiter à baroncellis, & quibusvis aliis executoribus, etiam suarum Curiarum particularibus, etiam sponte dantibus, sub quovis prætextu nihil prorsus recipere possint.
- Innovamus Constitutionem felic. record. Gregorii Papæ XIII. prædecessoris nostri, de datis & promissis propter gratiam vel justitiam consequendam, quæ incipit, Ab ipso Pontificatus nostri, & est sub data anni millesimi quingentesimi septuagesimi quarti, nonis Novembris, Pontificatus sui anno Tertio: cujus tenor hic pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto habeatur.
- De Sportulis, seu Propinis.
- §. 13. Nullus Judicum ordinariorum Urbis, & Romanæ Curie, cuiuscumque dignitatis, etiam speciali nota dignus, in causis civilibus ordinariis ratione sportularum, sive propinarum aliquid prorsus accipiat, etiam à sponte dare volentibus.
- In Commissariis autem pariter civilibus, ubi de summa feutorum viginti quinque agitur, & infra, nihil prorsus à viginti quinque supra usque ad centum inclusivè, scilicet

- ria, à centum usque ad ducentos, & supra sex, à ducentis usque ad quancumque summam, & supra decem, & non ultra.
3. Pro quacumque sententia declaratoria ob non partitionem monitorii in contumaciam, non ultra julios septem cum dimidio.
  4. Pro declaratoria in vim litterarum, aut aliàs habente vim diffinitivam, si summa sit certa, accipiant juxta taxam prædictam, si verò incerta, sed agatur ad ipsarum litterarum executionem accipiant juxta causam, & personarum qualitatem, dummodo non ultra quinque aureos.
  5. Pro quacumque interlocutoria, siue decreto ante sententiam diffinitivam, nihil omnino.
  6. Similites & pro decreto mandati de manutendo, item decreto moderationis inhibitionis, & multò magis pro decreto taxationis expensarum, nihil omnino recipiatur.
  7. Pro decreto super contractibus minorum, mulierum, aut rerum Ecclesiarum, & piorum locorum in domo ipsorum Iudicum interponendo, non ultra julios quinque, extra domum verò, non ultra julios decem.
  8. Quæ decreta non nisi à Gubernatore, Auditore Camerae, Vicario, & Senatore, eorumque Iudicibus, ac Iudice Burgi in Burgo, & advocato Pauperum dumtaxat, & à nullo alio interponantur, & à pauperibus nihil recipiant.
  9. Facultates autem interponendi decreta quibusvis aliis personis, & Iudicibus in Vrbe hæcenus concessas, pro cassis & annullatis haberi volumus, prout illas omnino cassamus & annullamus.
  10. Capitaneus autem appellationum Curie Capitolii recipiat sportulas juxta taxam ei constitutam ab Verbis Statutis, non tamen in casibus sibi hac constitutione interdicitis.
- At prædictas sportulas, siue propinas, ut supra taxatas, Iudicibus, non nisi de manibus Notarii causarum, & sententia prius ab ipsis subscripta accipere ullo modo liceat.
12. Debeantque propterea Notarii librum habere, in quod dictas sportulas, seu propinas notent, cum pro Iudicibus deponuntur, ubi cum postea lata sententia Iudici persolvuntur, ipse Iudex manu propria notato deposito subscribat se illam recepisse. Quæ sic ut supra Iudici data deinceps inter expensas litis taxandas ac reficiendas omnino ponatur, & victori reficiatur, usu quocumque contrario non obstante.
- De Commissariis.
1. §. 14. **Q**uicumque Commissarii, & Subcommissarii, tã ad instantiam Fisci nostri quàm etiam particularium personarum à Nobis, aut à Successoribus nostris Romanis Pontificibus, vel Almar Vrbe nostræ Gubernatore, Camerae Apostolicæ Auditore, Vicario, Senatore, & aliis quibuscumque Iudicibus ordinariis, seu delegatis ad diversa loca missi, ad sumendas informationes, formandos processus, & alia necessaria gerenda, necnon omnes & singuli Notarii secum ad effectus prædictos assumpti, teneantur omnia & singula Acta per eos scripta & recepta, processus, testium dicta originalia, & authentica, cum primùm ad Vrbe redierint, vel commissio finita fuerit, omni mora postposita, penes Acta Notarii, ubi ipsa causa specialis pendet, vel pendere speratur, aut si id dubium sit, apud eum Iudicem quem Procurator Fiscalis noster elegerit, exhibeant, deponant, & dimittant, sub amissionis integri eorum propterea debendi salarii, ac etiam ducentorum ducatorum Camerae Apostolicæ applicandorum poena.
  2. Ne autem propterea Notarii & Scribæ prædicti laborum suorum jacturam faciant, mandamus ut si pars certa & manifesta fuerit, ad cujus instantiam talis processus sit formatus, contra eam pro condigna Notarii satisfactione Iudices ipsi summarie & executive procedant, prout in causis mercedum, & depositorum Gubernator procedere consuevit. Sin autem nulla sit pars, sed solus Fiscus noster ex officio inquirat & procedat, tunc de primis, quæ ex causa hujusmodi proveniunt, emolumentis eidem Notario celeriter & sine fraude Iudices causæ satisfieri mandent, & faciant cum effectu.
  5. Necnon Commissarii prædicti ad bona quæcumque,

ram mobilia, quàm immobilia, & se moventia, ubicumque existentia, & quorumcumque personarum pro tempore delinquentium, & quorumcumque excessuum, seu delictorum prætextu, quæ Iudices ipsi coram quibus causas hujusmodi pendere contigerit, Camerae, seu Fiscu nostro applicanda esse putaverint, capiendæ & apprehendendæ deputati, seu deputandi, se de bonis ipsis non amplius intrmittere, nec ex eis quicquam etiã ratione viatici, seu alia quavis ratione, vel causa, sibi retinere ullatenus possint, aut debeant, sed causis & processibus hujusmodi coram Iudicibus illis coram quibus illæ prius pendebant, terminandis & finiendis remanentibus; ipsi Commissarii in informationibus & processibus in similibus fieri solitis ritè formandis dumtaxat versari, ac fideliter & ordinate, omnique cessante strepitu & confusione, bona ipsa uti decet, in Inventarium redigere & annotare, ac illa sic redacta & annotata, Thesaurario, seu depositario Camerae prædictæ in Provincia, siue ejus Vicethesaurario, aut Vicedeposario in illa Civitate, vel loco deputato realiter, & cum effectu dare, tradere, & consignare teneantur. Volumus autem, quod de bonis sic annotatis & consignatis, eisdem Commissariis de eorum Viaticis juxta formam & ordinem à Iudicibus, à quibus dicti Commissarii transmissi fuerint præscriptum, satisfieri à Deposario possit & debeat.

Commissarii verò ad spolia, decimas, subsidia, vel alia regalia aut credita, Cameralia, vel fiscalia exigenda, siue recuperanda, non nisi idonei & probatæ vitæ, nullum habentes in ea interesse constituantur, qui etiam iurejurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio fideliter & diligenter exercendo astringantur. Serventurque quoad eos in omnibus decreta Congregationis bono regimini Communitatum Status Ecclesiastici præpositæ, & edita Cameralia, quæ per præfentes approbamus & innovamus.

De Advocatis Pauperum, & Fisci.

§. 15. **A**dvocatus pauperum sollicitè studeat, ne carcerati in aliquo tam à Iudicibus, quàm etiam ab Executoribus, & Carcerum Custodibus graventur, & propterea non absit unquam in visitationibus Carcerum, tam publicis, quàm privatis. Et Procuratores Pauperum, ac illorum substitutos, & etiam Carcerum Visitatores singulis hebdomadis una vice ad se evocet, & de omnibus carceratis, præsertim iis qui in secretis detinentur, diligenter se informet. Et si ipsos Procuratores, vel substitutos, & Visitatorem negligentes invenerit, Visitatoribus Carcerum denunciaret, atque ut de aliis provideatur instet; & cum ratione sui officii gratis pauperes defendere, & illis patrocinari debeat, nihil propterea ab illis accipiat. Et ut facilius pauperibus operam suam impendere valeat, Visitator Carcerum quolibet die ad eum accedere, & alia quæ illi hac Constitutione injuncta sunt, facere teneatur.

Non possit advocatus præfatus contra reos ad offensam, etiam si causa extra carceres agatur, patrocinando, aut aliàs quomodolibet sub quovis prætextu intervenire, nec (exceptis pauperibus) pro ullo alio qui contraxerit aut litiget cum Camera, patrocinetur.

Fisci Advocatus in omnibus causis criminalibus, & aliis Fiscum tangentibus, ubi articuli Iuris emerferint, interveniat, & Procurator Fisci ipsum super hoc omnino requirere teneatur, & in eis absque ullo præmio patrocinetur. Possit tamen ab instigatoribus propriam injuriam vel interesse prosequentibus, si quid sponte dare voluerint, illud percipere. Idemque in omnibus visitationibus Carcerum adesse teneatur, neq; eorum, etiam extra Carceres existentium defensionem assumat, sed pro veritate & justitiâ causam Fisci tueatur.

De pauperum Procuratoribus.

§. 16. **P**rocuratores Pauperum, ac ipsorum Substituti singulo quoque die carceres visitare, & nomina omnium qui ad illos ducuntur, ac Iudicum de quorum mandato, ac etiam causas eorum detentionis, & diem cum in liberiori carcere, seu ad largam ponuntur, & ante vel post prandium, siue cœnam, annotare teneantur, & similiter pecunias & alias quascumque res, quas inven-

1.  
Vide etiam  
d. consil. 18.  
p. 17. lib. 1.

2.

3.

1.  
Vide etiam  
consil. 18.  
p. 17. lib. 1.

nerint repertas fuisse penes ipsos carceratos, & deinde omnia ad notitiam dicti Advocati Pauperum deducant, ad quem etiam quod ab ipso minime requisiti fuerint, semel in hebdomada, & interea toties quoties carceratis opus erit, accedant.

2. Nihil omnino accipiant non solum à pauperibus, sed nec etiam ab aliis carceratis, etiam quod divites sint.

3. Non possint aliquo modo dicti Procuratores & Substituti contra eos ad offensam, etiam si extra carceres ipsorum reorum causa agatur, patrocinando, vel alias quomodolibet sub quovis pretextu intervenire.

De Fiscis Procuratore, & Substitutis.

1. Vide etiam consil. 58. de IV. lib. 2.

§. 17. In omnibus causis criminalibus quorumcumque Iudicum & Tribunalium, etiam Ripæ, Ripetæ, & aliorum omnium, unum tantum sit Fiscus Procurator generalis, à Nobis & successoribus nostris scilicet deputatus, quo citato, vocato & audito, & non aliter, possit ad earum expeditionem, compositionem, seu quodcumque aliud decretum procedi, exceptis dumtaxat causis fori Capitolini, & his in quibus pro Fisco intervenire solet Camera Commissarius.

2. Qui Fiscus Procurator in primis prospiciat, ut quem admodum in admisione ad ejus officium in Camera juramentum præstat de illud rectè ac fideliter administrando, ita deinde taliter in illius prosecutione se gerat, ut promissis respondeat, nec ullam causam promoveat quam calumniosam esse cognoverit, & cum primum de calumnia, lite cæpta, vel de rei innocentia constiterit, ab illa desistat, etiam non expectata sententia.

3. Cumque ratione sui officii cogatur ad introducendas causas in quibus de interesse Fiscus agitur, nihil omnino ab instigatoribus accipiat pro decreto vel subscriptione cujuscumque Monitorii, etiam ad personaliter comparandum, vel alia quacumque causarum introductione.

4. In prosecutione verò causarum tam ipse quam Substituti ipsius, non nisi moderatè pro labore per eum sive ejus Substitutos ad utilitatem & commodum eorundem instigatorum subeundo. Nihil verò accipiat à reis sub quovis pretextu, & præsertim ab iis qui obtinuerint sententiam absolutoriam, à qua ipse Procurator appellare voluerit, nec etiam pro appositione manus in mandatis de relaxando.

5. Similiter & Substituti ipsius, pro inventariis, cassationibus processuum, citationibus, informationibus, aut alio quocumque pretextu, titulo vel causa, nihil prorsus à reis, sive in carceribus, sive extra eos constitutis, aut pecuniæ, aut muneris, etiam esculentum, aut poculentum, & à lute, vel Constitutionibus permissum, accipiant, sub pena infamiz, privationis officii, inhabilitatis in posterum, & aliis etiam nostro & successorum nostrorum arbitrio.

6. Quoad expensas contumaciales, vel quæ aliàs à reo resciantur, si instigator aderit, sive apertus, sive secretus, qui ipsas fecerit, ipsi instigatori Procurator Fiscalis, cui ratione condemnationis solvendæ veniunt, restituat, ubi verò nullus adfuerit instigator, satisfactis prius de illis Notariis pro mercede laborum suorum, residuum dictarum expensarum, cum non sit justum, reum ex contumacia sua commodum consequi, eidem Procuratori Fiscus solvatur.

7. Reos ipse Fiscus Procurator, aut ejus Substituti non interrogent, neque testes examinent, nisi in præsentia Iudicis. Atqui extra Carceres liceat eisdem cum interventu Notarii examinare. Et pro assistentia, sive examine reorum vel testium, sive ad offensam, sive ad defensam, vel aliàs pro reo productorum, nihil prorsus accipiat ipse, nec ejus Substituti, & ubi in termino citationis examini testium non intervenerit, vel interrogatoria non dederit, testes induci sine ulteriori dilatione examinentur.

8. Citatus originalem citationem non possit ultra diem penes se retinere, sed illam die sequenti restituere teneatur, in qua citatione pars ad cujus instantiam sit, nomen Notarii in cujus officio causa tractatur vel tractari debet,

& Procuratoris, si principalis absit ab Urbe, debeat apponere, alioqui citatio ipsa nulla censetur, nec ipsum Fiscus Procuratorem officiat.

Non det mandata de capiendo quempiam voce, vel scriptis, nisi ubi adfuerit periculum fugæ, & Judicis copiam in continenti habere non possint.

Et cum ad Signaturam spectet causas appellationum nomine dicti Procuratoris Fiscalis sententis contra eum latis interpositarum rejicere vel committere, idem Procurator appellare non prohibeatur, verum quoad illarum rejectionem vel commissionem, pro causarum, vel personarum qualitate Signatura ipsa occurrentibus casibus hujusmodi providere poterit, in cujus Commissionis Signatura citetur prius, antequam signetur, Pars quæ sententiam absolutoriam obtinuit, & aliter Signatura nullius si roboris, vel momenti.

Et cum officium Procuratoris Fiscus quoad causas criminales principaliter consistat in prosecutione publicæ vindictæ, non se intromittat pro obtinendis inhibitionibus de supercedendo in causis civilibus, & præsertim usurarum, nisi ubi de jure ad ejus instantiam inhiberi potest.

Nec ei concedantur litteræ ad partes pro capiendis iudiciis, nisi dato prius aliquo sumo arbitrio Iudicis à quo impetrantur, & tunc non committantur alteri quam loci Ordinario vel ejus Vicario, nisi subsistente probabili causa suspicionis.

Nec etiam dilationes non necessarias, nec debito longiores. Quinimodò potius studeant Iudices quamprimum causas expedire.

Procurator præfatus non tractet de compositione cum ipsis reis, sed expeditioni causarum incumbat, & ubi reus compositionem fieri petierit, non fiat nisi cum interventu Iudicis, & ipsius Fiscus Procuratoris.

Qui etiam non prosequatur causam appellationis à sententia contra eum lata, ubi ad sit instigator secretus vel apertus, nisi data prius per eundem instigatorem cautione de reficiendo expensas tam prioris quam ulterioris instantiæ in eventum succumbentiæ.

Non audiatur Fiscus protestando, causam quæ agitur inter privatos non expediri nisi ipso citato sub pretextu interesse ipsius, nisi de illo incontinenti, quantum Iudici sufficere videbitur, docuerit.

Et cum sit Fiscus & Camera Apostolicæ Procurator generalis, & propterea ad eum spectet Procuratores Fiscales uti ejus Substitutos in terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ deputate, illos Legati etiam de latere cum literis patentibus dicti Procuratoris Fiscalis ad eorum officia admittere teneantur, & faciant admitti. Qui Substituti sub pena privationis eorum officii, ac aliis arbitrio nostro imponendis, ipsum Procuratorem generalem de omnibus Fiscus concernentibus, & præsertim de sententiis, tam absolutoriis quam condemnatoriis certiorum facere debeant.

Caveant autem idem Procurator generalis ne à dictis ejus Substitutis, sive pro substitutione facienda, sive quavis alia ratione, vel causa quicquam recipiat, sed omnia emolumenta eisdem Substitutis liberè & integrè dimittat.

Vigesimalium autem dicto Fiscus Procuratori, & centesimalium Substitutis ipsius de compositionibus, confiscationibus & pœnis eorum opera & interventu jam incarcerationis, id est facta jam cameratione, & non prius, deberi ac persolvi volumus & declaramus.

Et amplius iidem Substituti Fiscales cum ad reformandos processus extra Urbem mittuntur, ultra victus & equorum impensam, possint etiam debita & taxata viaticæ recipere.

Et Fiscus Procurator septem Substitutos habere debeat, quibus singulis Camera scuta quinque mensua persolvat, videlicet quatuor Substitutos pro Tribunali Gubernatoris, duos pro Tribunali Auditoris Camera, & unum pro Tribunali Vicarii.

De Advocatis, Procuratoribus, & Solicitoribus.

Aliam habes in hoc Opere eorundem reformationem quam edidit Bened. XII. in sua cons. 2. Decens, lib. 1.

PAVLVS QVINTVS.

§. 18. **A**dvocati, seu Procuratores, Consanguinei, vel affines usque ad secundum gradum alicujus Iudicis, vel Officialis, in causis coram eo pendensibus nullo pacto valeant patrocinari.

Non omnes passim, sed hi solum ad procurandum in Rotæ Auditorio admittantur, qui doctrinæ, usus & morum examen subierint, & per ipsius Rotæ Decanum, vel alium loco Decani arbitrio Rotæ deputandū, adhibitis duobus vel tribus Procuratoribus ab ipsorum Collegio deputatis, super his universis approbati fuerint, unde si qui tales in præmissis idonei reperti non erunt, à Procuratoris officio removeri volumus, ac pro dicto examine aliquid exigi, vel solvi debere expressè prohibemus.

In Tribunalibus Gubernatoris, Auditoris Camera, Vicarii & Senatoris, Procuratores non admittantur, qui non sint prius approbati à Superioribus illius Tribunalis, & in libro particulari descripti.

Qui etiam ut indemnitati litigantium consulatur, omnibus & quibuscumque Iudicibus districtè præcipimus, ne Procuratores inhabiles ad causas coram ipsis agendas admittant.

De propinis, seu bibalibus dandis, Procuratores, aut etiam Advocati se non immisceant, sed curam hanc partibus, vel earum Solicitatoribus relinquunt.

Stipendia modestè, nec ultra meritum, aut ultra taxas capiant.

Et sicut de quota litis, ita de fructibus & expensis, aut parte earum, in quibus Adversarii condemnantur, aut aliis emolumentis & præmio, cum partibus in eventum victoriæ quisquam Advocatus, vel Procurator nullatenus conveniat.

Unum Procuratorem idoneum cum competenti salario, qui patrocinium pauperibus gratis præstet, singulis annis deputent Procuratores in eorum Collegio, & factam deputationem denuncient Advocato Pauperum, qui ejus opera uti, & pauperes ad eam, cum occurrerit, mittere possit.

Cum Notariis, vel aliis, de gratis registrarum & extractuum, præterquam in partium principalium utilitatem & commodum, ita quod evidenter appareat per instrumentum publicum, non paciscantur, & in his reperi culpabiles perpetuè sint procuracionis officio privati.

Notariatus aliquod officium Procuratores emere non possint, neque cum Notario societatem aliquam inire, neque in totum, neque in partem, sub pœna amissionis ipsius officii. Quod Advocatis etiam prohibitum esse volumus sub eadem pœna.

Sententias contra eorum principales à Curia absentes, à quibus procurare licet, in rem judicatam transire non permittant, sed appellare, & causam committi facere teneantur, ac principalibus suis significare, & prorogationem fatalium semel petere, sub pœna privacionis officii, & aliis pœnis a bitrilo Iudicis.

Postquam alicujus causæ patrocinium susceperint, & onus Procuratoris receperint, indefensas causas non dimittant, sed pro viribus defendant, nisi excusacionem legitimum habeant à Iudice approbandam, nec non secreta causarum adversariis non revelent aliquo prætextu, vel causa, sub iisdem pœnis.

Procuratores & Solicitatores quarumcumque causarum non possint à suis clientibus salariam petere, nisi conventum.

Pridie ejus diei quo Rota agitur, non liceat advocatis, Procuratoribus & Solicitatoribus, etiam tanquam amicis vel aliter attinentibus, studia Auditorum perturbare.

Procuratores qui sunt de Collegio Procuratorum, præcedant omnes alios Procuratores, licet antiquiores.

Neque advocatus, neque Procurator, aut Solicitator, qui pro una parte patrocinium suscepit, in eadem causa pro altera patrocinari possit, sub pœna privacionis officii, & infamiz.

De Notariis Tribunalium Urbis.

§. 19. **N**ullus Notariorum cujuscumque Curiz, sive criminalium, sive civilium causarum, audeat quicquam exigere, nisi juxta taxam eis traditam, quam vulgari sermone scriptam in eorum officiiis appensam, ita ut ab omnibus legi possit, habere teneantur.

Exerceant autem singuli (etiam quibus officia per Sedem, seu Camera Apostolicam concessa fuissent) eorum officia per seipso, nec illa arrendare, locare, aut in administrationem quovis modo concedere possint sine expressa, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum licentia in scriptis obtenta, & tunc non nisi personis à Superioribus sui Tribunalis approbatis, ac recepta satisfactione de fideliter exercendo, & observandis taxis, & reformationibus.

Et loca pia habentia aliquod simile officium illud exerceri faciant ab aliquo viro probò ab eis stipendiato, & à Superiore sui Tribunalis approbato, qui taxas & reformationes observare, ut supra satisfare teneatur.

In juramento calumniæ à partibus præstando Notarii jurantem admoncant vim & importantiam ipsius, & faciant hæc nominatim & specificè asseri, & jurari. Primum quod non animo calumniandi agit, vel defendit, sed quò pro parte sua sibi iusta videretur. Secundò, quod probationem non exigit, nisi quam pro veritate sibi necessariam putabit. Tertio, quod nihil dedit aut promisit, dabit vel promittet Iudicibus aut Notario vel testibus, aut mediatores, aut alicui alteri personæ, ut sententia detur. Quarto, quod calumniandi animo aliquam dilationem non petet. Quintò, quod pactum de quota litis non fecit. Quæ Capitula per Actuarium jurantibus declarari mandamus sub pœna decem aureorum vice qualibet incurrenda. Et nihilominus ulterius ad scribendum in illa causa non admittantur. In actis tamen non apponatur, nisi jurassè monitum juxta formam hujus constitutionis.

Nihil scribant in causis ubi agitur de summa vel re valoris infra quinque scuta, nisi aliter Iudex mandaverit.

Et in causis scutum unum non excedentibus Notarii cujuscumque Curiz nihil prorsus recipiant à partibus ab uno verò scuto usque ad duo inclusivè pariter nihil, nisi si quid à Iudice fuerit eis concessum, sub pœna furri.

Neque possint rogari de instrumentis quæ extra iudicium sunt ad referendum alteri, quanvis Connotariorum, etiam Camera, vel Auditoris Camera, sed quisque per se, aut per proprios Substitutos, qui in ipsius officio commorantur, de dictis instrumentis rogetur, & non pro altero ad referendum.

Si contingat unum Notarium accipere terminum pro alio Notario ad referendum, teneatur accipiens per totam illam diem qua acceperit, relationem facere, & decretum scribatur, sive subscribatur manu Notarii referentis.

Nec quisquam similiter possit in futurum plura Notariatus officia in diversis Tribunalibus obtinere, sed censeantur esse dicta officia inter se incompatibilia, absque nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum licentia.

Et tam ipsi quam eorum Substituti non possint esse Procuratores in Curia, in qua Notarii sunt, aut substituti officium exercent.

Citationes, monitoria, seu qualvis alias provisiones extra Urbem mittendas non expédiant ad alicujus instantiam, nisi notato in actis nomine Procuratoris, principalis, aut alterius illas obtinentis, ut si ad illarum moderationem sit procedendum, possit pars incontinenti scire, quis sit citandus, ejusque citatio sufficiat ad obtinendam moderationem.

Nec sufficiat in actis exprimere nomen procuratoris, nisi is notus sit in Curia ad hoc ut citari possit, vel saltem talis Procurator eligat domicilium ubi citari velit.

In mandatis executivis vigore instrumentorum sive apocharum relaxatis, tam in Curia quam extra eam mittendis; apponatur dies, mensis, & annus instrumenti, sive apochæ, cujus vigore mandatum relaxatum fuit.

Similiter in relaxatione mandatorum & quarumcumque expeditionum, tam in Curia quam extra eam mittendarum, citatis partibus, vel eorum Procuratoribus, aut in contradictorio iudicio obtentorum, apponi debeat altera ex istis clausulis, videlicet in contumaciâ N. Procuratoris, vel si Procurator, verè contradixerit, & in actis protestacionem fecerit, loco prædictæ clausulæ scribatur, Non obtinente protestacione N. ex adverso Procuratoris.

Porro moderatis Inhibitionibus à suo Iudice emanatis nullo

1. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 2. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 3. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 4. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 5. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 6. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 7. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 8. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 9. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 10. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 11. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 12. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 13. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 14. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 15. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 16. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 17. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 18. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 19. de iur. iudic. c. 1. §. 1. 20. de iur. iudic. c. 1. §. 1.

- 16. Summaria testium quando à Notariis dari continget, scribantur in bona charta, non bibula, & charactere intelligibili, soluta solita mercede.
- 17. Notarii nullam prorsus mercedem, aut emolumentum etiam minimum recipiant, quod prius in libro receptorum (quem retinere debeant) fideliter non annotaverint, cum expressione dici, causæ & personæ solventis, ut ex libro superior possit ex officio cognoscere, si quid ultra taxas indebitè receperint.
- 18. Ceterum de datione Arrharum pro registris, extractibus, aut copia Indiciorum, non stetur libro Notarii, nec ejus annotationi, nisi cum subscriptione partis, aut Procuratoris arrham dantis.
- 19. In manualibus, vel broliardis, vel libris instrumentorum Actorum, & filzarum quas vocant ligatarum, non dimittant Notarii folia ulla in parte alba, ubi scribi solet, sed ubi sic alba remanserint, ea interlineare teneantur.
- 20. Non retineant scripturas & jura quæcumque producta in pulpitis, sed infra biduum à die productionis, eorum productionem in manuali, seu broliardo actorum annotate, & in filis ponere teneantur, etiam quod productio fuerit in calce citationis annotata. Examina reorum & testium quorumcumque, tam in civilibus quàm in criminalibus, ab initio & in ipso actu examinis describantur in libro bene compacto & compaginato.
- 21. Non audeant Notarii inconsulto Iudice facere ex se decretum aliquod quantumlibet solitum & ordinarium, nec aliquem terminum quamvis levissimum in forma, ut aiunt, servare, sed semper Iudicem adeant, & citationes omnes coram eodem legant, ab eoque decreta sumant, & deinde in actis apponant, & idem servent, etiam si terminus sit ad videndum inhiberi, juxta formam commissionis, sub pœna falsi & privationis exercitii.
- 22. Citationes, & alie Curforum & mandatariorum relationes nullatenus in actis apponantur, nisi Curfores & Mandatarii eas in chartulis earum subscripserint, & supra subscriptionem nomen Notarii causæ appositum fuerit.
- 23. Citationes & alios actus pro aliquo, vel contra aliquem non recipiant, nisi tam Actoris quàm rei nomen, cum cognomine, & exercitii, vel habitationis, vel patriæ designatione specificè in eis exprimat.
- 24. Citationes ad videndum mandari consignari pignora non recipiant, nisi appositum sit etiam ad videndum mandari subhallari.
- 25. Item non audeant differre, vel retardare publicationem, ostensionem & lectionem sententiarum, tam civilium quàm criminalium, sub prætextu non solutæ notæ ipsarum, aut registri, aut alterius cujuscumque mercedis libi debite: Quinimò teneantur per totum sequentem diem illas unâ cum citationibus ad sententiam in peculiari libro, quem ad hoc habeant, registrare.
- 26. Quod etiam servetur in cedulis privatis Depositorum, quæ scilicet statim facta illarum productione registrètur.
- 27. Sententiarum, Decretorum, aut aliarum quæcumque scripturarum, tam civilium, quàm criminalium copiam unicuique petenti, soluta copiarum petitiæ competenti mercede, dare teneantur.
- 28. Caveant insuper Notarii scribere quempiam in actis uti inistantem, protestantem, producentem, seu quomodolibet comparentem, nisi is tunc præsens fuerit, nec suffragetur mandatum generale Notario datum à quavis persona, ut possit ejus nomen in causis vel actis apponere.
- 29. In eventum in quem in causis sicut nullitates, quæ possint ascribi culpæ, aut negligentia Notarii, & pars propter paupertatem expensas recitare non valeat, ad illas Substitutus Notarii, qui in causa scripsit, teneatur.
- 30. Protestationes scribantur in broliardo eodem die, nec recipiantur in foliis volantibus, & quatenus eorum

longitudinem in hujusmodi foliis recipiantur, statim hujusmodi receptio in broliardo anquetur.

31. Similiter non audeant expedire mandata, quæ non fuerint à Iudice manu propria subscripta, & aliter expedita sunt omnino, & in quacumque Curia, etiam Capitoli nulla. Verùm dicta subscriptio gratis fiat, nec ob eam augeatur ullatenus solita impensa mandatorum.

32. Quando aliquis Notarius allegatur suspectus, & alius deputatur, una tantùm merces consignanda est alteri ex dictis Notariis, cui de jure persolvatur.

33. Custodiant Notarii diligenter scripturas omnes, extractus & registra, & quibusvis personis accommodata infra annum à die accommodationis recuperare, alioquin eis, vel aliquo eorum deperditis illa suis sumptibus recitare teneantur.

34. In Notariorum officiis non recipiantur Substituti, Scribæ, Juvenes, vel alii quicumque ad testes examinandos, neque ad conficienda acta civilia, aut criminalia, nisi qui prius fuerint tam quoad sufficientiam pro munere ab eis exercendo, quàm quoad vitæ probitatem à Superiore Tribunalis approbati.

35. Ad rogandum verò quælibet Instrumenta, Testamenta & alias quascumque dispositiones, tam inter vivos quàm in ultima voluntate, non admittantur, nisi prævio riguroso examine sint prius creati Notarii ab habetæ facultate, neque tamen propterea talis approbatio principalem Notarium sive officialem excuset, quò minus si quid præfatorum culpa, vel factò minus rectè gestum fuerit, ipsi omnino Notarii teneantur, prout teneri volumus, ad damna, expensas & interesse partibus damnium passis.

36. Notarii non audeant rogare, vel stipulari obligationes alienas, sive contractus, etiam parvi momenti, nisi vel contrahentes ipsos Notarii bene noverint, vel ab uno saltem ex testibus cum juramento adhibitis, cognitos esse sciant, testesque prædicti, aut unus eorum contrahentes ut supra recognoscentes, noti sint iisdem Notariis, & nihilominus in quibuscumque contractibus ultra nomen & cognomen cujuslibet contrahentium, apponatur etiam patria & nomen patris, aut alia similis demonstratio, atque de hujusmodi cognitione mentio fiat in instrumentis, alioqui ultra pœnas infra subjunctas teneantur etiam partibus ab omnia damna, expensas & interesse, neque per hoc derogatum censetur statuti majorem in proposito solemnitatem vel diligentiam requirentibus.

37. Prohibemus insuper ne in instrumentis, testamentis & aliis actibus, in quibus testes requiruntur, Notariorum socii, Substituti, & alii in officio illius Notarii qui rogatur, degentes admittantur, sed alios adhiberi omnino mandamus.

38. Dissideta in societatis officii teneantur Notarii non solum in manuali registrare, sed etiam in margine instrumenti societatis annotare his verbis, videlicet: Die tali dissideta, & die tali reproducta, neque talis reproductio dissideta in actis alterius Notarii de societate non rogati fieri possit, neque facta suffragetur, nisi quando contractus societatis extra Urbem est rogatus, vel etiam in Urbe, quando est rogatus Notarius qui non sit Actuarius alicujus Tribunalis, quibus casibus dissideta registrètur in manuali, ut supra, sub pœna in quolibet præfatorum casuum Notario principali sententiarum centum ipso jure Fisco applicandorum, & Substituto scribenti, vel de tali actu rogato, sub pœna infamiae, & suspensionis ab exercitio.

39. Idemque servetur in nominatione, nec non & in translatione periculi vitæ, quæ non suffragentur, neque cuiquam profint, nisi parti intra tempus ad nominandum vel transferendum intimatæ, & per Notarios, ut supra, fuerint annotatæ.

40. Et si Notarii, eorumque Substituti, Actuarii, vel Invenes quicumque se quoquo modo, directè, vel indirectè, sub quovis etiam amicitia nomine, vel prætextu ingesserint, interposuerint, vel tractaverint, seu mediatores fuerint in aliquo censuum, societatis officiorum, aut aliorum quorumcumque negotiorum contractu, non possint sub pœna perpetuarum triremium, ac privationis officii, ejusque proprietatis & tituli ipso jure Cameræ Apostolicæ applicandi, ullas pecunias, bona, seu res, etiam minime quantitatis, à quoquam etiâ sponte dante, occasione præmissa



prout illa recipere, sed sint & esse debeant contenti debita eis mercede rogatus instrumenti, si quod ab eis fuerit rogatum.

41. Quilibet instrumenta subscribantur ab eo Substituto qui illa conficit, apponendo nomen & cognomen suum in margine finis instrumenti.

42. Instrumenta quoque in suis manualibus dictim extendantur & describantur.

44. Instrumenta quaecumque ab eis rogata Notarii debeant infra tres menses à die celebrati contractus, vel instrumenti in librum quem solum vocant, redegisse, vel in protocollum, quod alii manuale extensorum appellant, descriptisse eum suo indice. Non derogando per hoc statutis diligentiorum formam requirentibus.

45. Testamenta autem & codicillos viventium nemini ostendant, sed fideliter recondita servant, & quatenus sint aperta, illa & illos intra tres menses in librum ad hoc de more compactum redigant.

46. Alia cuiuscumque generis, qualitatis, quantitatis contractus, acta, instrumenta, vel ab ipsis rogata, vel apud eos producta, teneantur partibus interesse habentibus ad eorum beneplacitum gratis ostendere, ipsisque copiam facere & tradere, soluta solita mercede competentis, sine tamen die, anno, mense, testibus, ita ut nullam in iudicio fidem facere possint.

47. Neminem tamen possint astringere ad accipiendum instrumenta publica, vel eorum exempla, nisi ita ipsis Contrahentibus, aut aliis interesse habentibus placuerit.

48. Pro rogatu cuiuslibet instrumenti, cum quibusvis conditionibus & clausulis, ubi non adsunt particulares taxæ, & ubi non præcedit conventio partium, solvantur pro quolibet centenariis scutorum, usque ad scuta mille julii duo, à mille usque ad quinque millia, Julius unus pro quolibet simili centenariis, à quinque mille usque ad quacumque summam bononensi quinque pro quolibet simili centenariis, dummodo in totum non excedat summam scutorum viginti quinque.

49. Pro cassatione cuiuslibet instrumenti, seu retrovenditionis census vel similibus, cum quibusvis cessionibus, reservationibus, conditionibus, seu translationibus & aliis clausulis, ubi non adsunt particulares taxæ, solvantur ad eandem rationem, prout dictum est pro rogatu cuiuslibet instrumenti.

50. In tradendis autem publicis instrumentis quoad mercedem quicumque Notarii, sive descripti in Archivio Romanæ Curie, sive in Archivio Capitolii, & alii Notarii retinentes publica officia, non habentes specialem taxam publicorum instrumentorum, vel in quibus eorum taxa non disponeret, teneantur servare taxam Statutorum Urbis.

51. Pro rogatu testamentorum, codicillorum, donationum inter vivos & causa mortis, ubi non adsint taxæ minores, vel ubi Notarii non subjiciuntur Statutis Urbis, & ubi non fuerit aliter conventum per partes, si fuerint factæ à personis quorum patrimonium non excedat scuta quinque millia, solvantur julii quinque: à quinque millibus usque ad viginti millia, scutum unum; à viginti millibus usque ad quacumque summam, non exigant ultra scuta duo.

52. Orta inter Notarios & litigantes, vel alios differentia super ipsorum Notariorum mercede, non à Notariorum Collegiis, seu deputatis ab eis, sed ab eorum Iudicibus, qui non ad mensarios, seu Notarios remittant, sed ipsimet proprio ipsorum arbitrio diffiniant, inviolabiliter observata taxa.

53. Et quandocumque Notarii vigore hujus constitutionis ex facto suo vel suorum tenentur aliquid refundere, restituere, aut partibus resarcire, procedatur contra eos executivè & manu regia.

54. Ad hæc Archivi privilegia illæsa esse cupientes, statuimus & mandamus, quod Protonotarii, Comites Palatini, & alii quicumque habentes, vel habere prætendentes facultatem creandi Notarios, aut spurios legitimandi, non possunt illos creare, vel legitimare, nec jurisdictionem aut potestatem aliquam in Vrbe, & extra eam per unam Diem legalem exercere in præjudicium Collegii Archivi, & privilegiorum ejus, juxta constitutiones fel. rec.

Leonis X. prædecessoris nostri, editam pridie nonas Octob. 1513. que incipit, Ex ministerii pastoralis, quam innovamus & approbamus.

Quodque si aliquis creditor mandatus de capiendo ratione suspicionis fugæ in quocumque Tribunali, etiam Auditoris Camere, contra debitorem suum, vel ipsius debitoris pecunias & bona sequestrum aliquid obtinuerit, creditor ipse ad mandati executivi expeditionem, vel aliquo modo illius solutionem faciendam, aut ejus taxam deponendam cogi non possit.

Juramenta suspicionis fugæ ab aliis quam à principibus palatibus, vel personis ad id speciale mandatum habentibus, non recipiant.

Sequestra non scribant etiam in causis mercedum, nisi in executionem mandatorum servatis servandis relaxatorum, vel nisi docto de credito etiam extrajudicialiter, arbitrio iudicis, juratoque prius de dilapidatione, aut fugæ suspicionem.

Advocatos, Procuratores & Solicitatores pro fidejussoribus occasione litium dandis nullo pacto recipiant

Significationes per viam recursus concedendas non scribant, nisi cum clausula, Non tamen in contumaciam.

Alias verò significationes non scribant, nisi vigore termini, aut nisi productis juribus, vel probationibus super solutione, aut nisi stante pendentia litis, sive lite finita, vel nisi data cautione de stando juri, & iudicatum solvendo, quando essent relaxata mandata suspicionis fugæ pro assensione iudicis, aut nisi stante negatione contra mandata in contumaciam relaxata.

Responsiones ad articulos & juramenta super partitis decisivis, coram Iudice tantum recipere possint & debeant, nisi ipse Iudex aliter decreverit ex causa infirmitatis, aut legitimi impedimenti colligantibus.

Constitutionem à nobis die prima Martii 1608. contra Notarios Criminales Urbis etiam innovantes, denuò & distinctè inhibendo præcipimus omnibus & quibusvis Notariis cuiuscumque Tribunalis & Curie quoquo modo causas criminales exercentibus, ne sub pœna privationis officiorum & proprietatis ipsorum ipso facto incurrenda, & Camere nostræ Apostolicæ applicanda, aliisque gravioribus etiam corporalibus, arbitrio Iudicis imponendis pœnis audeant, vel præsumant mercedes notulæ sententiæ vel decreti, aut cassationis processus in relaxatione carceratorum, seu abolitione querelarum carceratorum, etiam à sponte dantibus, nec etiam ad minimum accipere, nisi quando Reus ipse fabricato processu, & præcedente plena causæ cognitione & discussione, Fisco, & parte, si aderit, citatis in ipsa sententia, vel decreto vim diffinitivæ habente, & à Iudice subscripto fuerit à crimine pro quo detinebatur, vel querelebatur, diffinitivè tanquam innocens, vel tanquam hætenus non repertus culpabilis, expressè absolutus.

Pro compositionibus verò eisdem notulas decretorum, & cassationes accipere, nisi in causis & criminibus gravibus, & gravem pœnam merentibus, & in quibus non solum intervenerit plena causæ cognitio, sed etiam discussio, & decreta fuerint non Iudicis tantum, sed & Procuratoris nostri Fiscalis manu subscripta, minime possint.

Remissiones tamen gratias Bannitorum in contumaciam condemnatorum, necnon exilii & trireremium pœnarum de ordinis nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis excipimus, in quibus iidem Notarii notulas decretorum, & cassationis processuum accipere licitè possint. In aliis autem quibuscumque casibus constet esse debeat sola mercede mandati de relaxando, si rei fuerint carcerati, & si non fuerint carcerati, pariter contenti sint ea mercedè, quæ si carcerati fuissent, eis deberetur pro dicto mandato de relaxando, reprobata, prout reprobamus, omni prava consuetudine & observantia Notariorum, ad effectum extorquendi notulam decreti in omnibus ferè decretis de relaxando apponentium illa verba: Mandavit cassari, Amplius non molestari, Silentium imponi, vel similia.

Et insuper sub eisdem pœnis omnibus Notariis prohibemus, ne se vel alios, Reos quoquo modo processatos ad processum cassationem, aut cuiuscumque sententiæ vel decreti absolutorii impetrationem, vel postulationem

35

36

37

38

39

60

61

62

63

64

65

- nem per citationem ad se representandum, aut ad sententiam, vel alijs qualibet via, directe vel indirecte, aut quoquo modo cogere, inducere, aut invitare audeant, vel praesumant, sed omnia & quaecumque hac nostra constitutione contenta ad unguem omnino observent.
66. Et pro mandatis de exarcerando quibus à Iudice adjectum est, Gratis, nihil prorsus, & in forma pauperum pro medietate tantum accipiant, ideoque nec mandati mercedem ante recipiant, quam à Iudice fuerit scriptum, & foris receptam omnino restituant.
67. Nec pro copia indiciorum quam effectualiter reo non dederint, quicquam percipere (nisi loco arthæ) debeant, & ubi reus amplius ipsam copiam habere noluerit, etiam quod artham dederit, ab ipso non exigant, nisi pro rata copia confecta.
68. Similiter allimenta Carceratorum penes eos deposita Notarii sine ulla ratione pro deposito, vel alia quolibet diminutione, carceratis integrè consignent.
69. Quicumque ex Notariis in eorum officiis scribentibus in aliquo praemissorum contraverint, pro qualibet vice poenam scutorum viginti quatuor, aliasque poenas pecuniarias & corporis afflictivas, pro modo excessus à suo Iudice arbitrandas incurrat, damnaque & interesse partibus reficere cogatur.
70. Ultra praemissa diligenter per omnes Notarios cujusvis Tribunalis observanda, sancimus ut Notarii infra scriptorum Tribunalium, etiam sequentes ordinationes quolibet eorum tangentes servare debeant.
71. Notarii Camerae illis qui annatas & alia jura Camerae pro expeditionibus debita persolverint, quietantiarum & liberationum instrumenta super solutionibus per eos factis intra triduum juxta veterem consuetudinem, mercede solita recepta, in forma authentica tradere compellantur, aut per eos non stet quo minus tradantur. Et abstineant ab indebitis exactionibus, maxime pro obligationibus solvendi annatas.
72. Bullas quarum ratione commune, annata, vel alia jura solvi debent Camerae Apost. vel quae quomodolibet concernant interesse dictae Camerae, aut Sedis Apost. sive earum continentiam, per seipso tantum, & non per substitutos scribant & annotent in libris, & bullas registrare auscultentur per mensarium ipsorum Notariorum, qui in signum auscultationis manum apponere in registro, & de mala auscultatione teneri debeant. Et registra in Archivio Palatii Apostolici custodiantur.
73. Obligationes solvendi commune & alia jura Camerae pro Monasteriis, vel Ecclesiis oneratis pensione, aut solvendi quinquennium ratione unionum, infra quindecim dies ab ipsis Notariis in libro scribantur.
74. De restitutis autem servetur consuetudo capiendi julios duos cum dimidio Cancellariae pro qualibet restitutione bullarum, & non ultra.
75. Imolesta eis debita, tam ratione registrationis Bullarum, quam alia quaecumque, inter se certo pretio, vel alijs quomodolibet non arrendent, nec arrendare possint.
76. In expeditionibus & scripturis conficiendis, de propositione & commissione facta in plena Camera mentionem expressam facere teneantur.
77. Ponant in massa communi mercedes instrumentorum omnium, tam Cameralium quam interesse Camerae activè & passivè, seu alijs quomodolibet concernentium, etiam extra Cameraam coram Thesaurario, vel alio per nostrum, aut successorum nostrorum Chirographum, vel literas, aut aliter deputato rogatorum, de quibus rogatus Notarius teneatur illa denunciare Collegio, & ut praefertur in massa ponere, dempta rata sibi pro mercede laborum debita juxta constitutiones ipsorum.
78. Et conficiatur liber apud eorum mensarium dimittendus, in quo quisque Notarius in fine hebdomadae summam describat singulas, quas fecerit, expeditiones.
79. Pro expeditionibus & sigillo in gratiosis, quando sent plures per one consortes, etiam si sint Congregationes, Collegia, Capitula, vel Universitates, non solvatur nisi pro taxa duorum. In judicialibus vero expeditionibus non nisi pro uno tantum exigatur.
80. Et pro literis patentibus quorumcumque Commissariorum, tam à Camera quam à Thesaurario, vel Commissario Camerae, etiam in partibus quilibet solvatur ultra julios viginti duos in totum, computato sigillo & mercede Secretarii ac Notarii.
- Mercede semel soluta juliorum quinque Notario dictae Camerae pro deputatione Iudicum ad solidanda computa, pro quacumque postea subrogatione solvatur tantum medietas summae praedictae.
- Notarii Gubernatoris teneant intus vel juxta Palatium eorum officia separata, & in locis ita distantibus, ut colligatorum tumultus nullam afferre possit impedimentum.
- Manualls citationum, & manualis protestationum separatum & distinctè teneant.
- Expeditionum duos libros habeant, in quorum uno distinctè & ordinatim annotare debeant omnes significaciones per viam recursus concedendas, cum expressione nominis colligantium & Curiarum, à quibus Locumtenens recursus juxta suas facultates concedet, & etiam summae, vel valoris rei de qua agitur, necnon omnia sequestra & monitoria ex quavis causa decernenda.
- In altero autem similiter annotare debeant omnia mandata executiva, non tamen in contumaciam, & omnia arresta, mandata de exarcerando, significaciones dotales, aut vigore termini, aut in vim litis pendente, aut litis finite, aut stante deposito, vel negatione, aut data cautione de stando juri, & judicato solvendo concessas, & omnes citationes, vel inhibitiones vigore commissionis, aut extra Curiam decretas, dummodo in quolibet ipsorum casuum agatur de re, vel summa scutorum auri septem constituentium julios 84. ut supra.
- Listas expensarum non conficiant, neque propterea mercedem aliquam etiam à sponte dantibus recipiant, nisi praevio Locumtenentis decreto, & ejusdem subscriptione, in calce citationum ad videndum taxari expensas apponenda.
- Examem testium scribere possint duo tantum Notarii pro quolibet officio, quos Gubernator pro tempore approbaverit, & non alii.
- Notarii Auditoris Camerae ultra ea quae sancita sunt de Tribunali Auditoris Camerae, & de alijs Notariis, abstineant à monitoriis jactationis, & jactationum, aut alijs quibuscumque, quibus prima instantia à suis ordinariis auferatur, exceptis casibus privilegiatis.
- Et in Monitoriis specialibus in prima instantia, ubi permittitur, & inhibitionibus vigore appellationum, quae ab Auditore Cam. conceduntur in partibus cum clausula, Dummodo causa summa scutorum quinquaginta excedat, & molestiae non sint judiciales, debeant praedicta clausulam, Dummodo causa, scribere litteris masculis, & loco illius clausulae, Dummodo molestiae non sint judiciales, scribere pariter litteris masculis hæc verba, videlicet, Dummodo judicium non sit coeptum in partibus, ita ut si judicium coram aliquo Iudice competenti sit coeptum, monitorium non afficiat. Et quatenus inter partes de dicto valore controversatur, Auditor Cam. vel ejus in civilibus Locumtenens, constituto sibi etiam extrajudicialiter causam non excedere dictam summam, teneatur per literas missivas, & absque ulla impensa dictas eorum inhibitiones & monitoria revocare, & causas ad suos Iudices remittere.
- Et quoniam experientia compertum est, quod Notarii multoties inducunt hujusmodi monitos & citatos, ut in jurisdictionem tacite consentiant, volumus ut quando summam praedictam causa non excedit, hujusmodi consensu in jurisdictione minime sufficiat, nisi ad sit expressus.
- Non possint relaxare mandata vigore termini in eorum officiis suscepti, quando jam mandatum à Iudice cause in alio Tribunali est relaxatum. Eo vero nondum relaxato, in arbitrio sit & potestate creditoris illud utrobi voluerit accipere, cogi tamen ad id non possit.
- Atque in praefata termini susceptioe non admittant aliquam conditionem, reservationem aut protestationem retinendam petentis, neque illam scribant, sed tantum simplicem debiti confessionem, & solvendi in fine termini obligationem, & non aliter.
- Et ad effugiendam incommoda, quae ob citationes deperditas

- perditas, forte etiam subtractas, frequentes occurrunt, mandamus eidem Auditori Camere Notaris, ut singuli juxta veterem consuetudinem Manuscriptorum omnino conficiant, illudque infra unius mensis spatium à die publicationis presentium debeant inchoasse, & quanto citius perfecisse, in futuram verò illud quolibet trimestri faciant, ac Auditori Cameremet quolibet trimestri exhibere teneantur.
94. Teneantur Notarii prædicti describere in lista omnes indistinctè informare volentes in sua die, nec pro ordina- tione vel informando Judice aliquid recipiant etiam à sponte dantibus. Et lista fiat una die pro altera. Et in eventum in quem omnes in lista positi informare non potuerint, aliis præferantur in sequenti informa- tione.
95. Pro contradictis non recipiant, nisi quod verè solvi- tur officio contradictarum.
96. Substituti Notariorum ejusdem Auditoris Tribunalis ad consiciendum acta civilia seu criminalia, ad testes ex- aminandos, necnon ad roganda quælibet instrumenta, tes- tamenta & alias dispositiones, ultra requisitas approba- tiones Auditoris Camere, sive ejus in civilibus vel cri- minalibus Locumtenentium non admittantur, nisi præ- via etiam approbatione Collegii eorundem Notariorum in qua Notarii ipsi de approbatione, fide & idoneitate admittendorum attestentur.
97. Quodque tam Notarii sub amissionis officii, quam eorum substituti prædicti sub treremium perpetuarum pœna aliquas societatum officiorum pecunias, censuum & aliorum cujusvis generis contractuum, nisi procura- torio nomine, vel de ordine, consensu, aut voluntate partium exigere, recipere, & penes se quovis modo re- tinere, tractare & habere non audeant. Et si secus fece- rint, Notarii ad damna & interesse, quæ culpa Substi- tutorum eorundem partibus evenierint, teneantur & obli- gati sint, ac contra eos in his executivè procedi possit & debeat.
98. Postremò dicti Notarii nihil unquam cujusvis generis scripturæ ad iudicium pertinentis, quod extra Curiam mittendum sit, expediant & parti tradant, nisi cum sub- scriptione Auditoris vel ejus Locumtenentis.
99. Notarii Vicarii Urbis non faciant monitoria generalia vel specialia extra Curiam & Urbis districtum, cum non sit eorum officii, nec dent censuras neque terminum su- per obligationibus in forma Camere. Neque concedant monitorium in forma Significavit, pro rebus deperditis, nisi juxta formam Concilii Tridentini.
100. Non capiant pro examine vel litteris ordinandorum, nisi quantum sibi à Concilii Tridentini decretis & re- formatione sumere est permillum.
101. Pauperibus gratis dent ut tenentur.
102. Notarii Rotæ in confectioe registorum, rubricarum & copiarum, remissoriis, compulsoriis, executoriali- bus, notis sententiarum diffinitivarum, testium exami- ne & hujusmodi, hanc nostram & alias Rotæ consti- tutiones accuratè observent, sub pœnis in eis conten- tis, quas innovamus, nec ultra quàm per eas licet, accipiant.
103. Litteras remissoriales scribant in charta juxta veterem morem à Chartulario lineata, cujus unaquæque linea contineat saltem syllabas decem & octo, atque rotuli palmus sit linearum triginta.
104. Dent iidem Notarii Rotæ petras à partibus expedi- tiones absque requisitione depositi pro registro illius actus, vel expeditionis consiciendo, vel factò deposito registro de illis omnino fiat, & non relinquunt folia in albis.
105. Factò registro consiciant inventarium actorum, in- strumentorum & scripturarum in eo descriptarum, Actoris primum, deinde Rei acta & jura notando, cum adjunctione foliorum in quibus illa descripta re- periuntur, & dictum inventarium assuant initio regi- stri.
106. Pro notis verò interlocutoriarum nihil accipiant, quod idem de moderatis solutionibus in copiis & publica- tione testium servetur.
107. Ac pro relationibus socio faciendis de rogatis per eos nihil capiant.
- Faciunt præterea singuli in eorum officio broliardum qui dicitur actorum, in quo omnes omnino provi- siones, decreta, comparationes & protestationes, etiam à tergo citationum scriptæ notantur. Item & manua- le citationum cum suis protestationibus & decretis, atque aliarum rerum registrarum solitarum, ita ut nihil prorsus supersit in cartulis, quod non sit in libris de- scriptum.
- Officia Notariorum Rotæ non conferantur nisi per- sonis peritis & idoneis, quæ per seipos illa exercere sciant & exercent, nisi aliqua legitima causa impedian- tur. Nec eo casu officia aliquibus arrendare aut Substi- tutos deputare valeant, nisi à proprio Auditore appro- bati fuerint, qui insuper de officio fideliter exercendo arbitrio Auditoris cavere debeant.
- Et pro ipsorum Substitutorum factò Notarii ipsi quo ad interesse partium, tanquam principaliter obligati om- nino teneantur.
- Pauperes omnes qui juxta formam constitutionum ad- mitti debent ad juramentum paupertatis, tam in benefi- cialibus quàm in profanis, etiam per Procuratorem ad- mittant, & si ille pro quo juratur, præsens non erit, ul- tra Notarii vel Procuratoris assertionem per duos testes de paupertate doceri debeat, ita tamen ut quicumque fuerit admittendus, non sine juramento, & obligatione pinguioris fortunæ, ut moris est, admittatur, & hoc nisi evidens sit atque notorium, quod paupertatem jurare volens, sit opulentus, quo casu illum admittere non te- neantur.
- Quæ omnia, & singula inviolabiliter observari man- damus sub pœna ultra aliàs infra expressas viginti quin- que aureorum, ac suspensionis ad sex menses pro prima vice, & si secundo erraverint, eo ipso in pœnam priva- tionis officii, & alias hac nostra constitutione contentas incurrant.
- Quocirca querelæ omnes pauperum & oppressorum ad Rotæ Decanum deferantur, qui his omnibus oppor- tunis remediis provideat, tum ne partes opprimantur, tum ut opprimere ausi puniantur, & prædicta exactissime serventur.
- Notarii Consulium Agriculturæ, & cæterarum Artium taxam eis per statuta præscriptam, & ubi aliqui ipsorum nullam minorem taxam haberent, aliorum qui illam ha- bent sequantur, & secundum illam exigant, & qui non habent officium titulo oneroso, exigant tantum pro me- dietate taxæ aliorum Notariorum Capitolinorum, & non ultra in omnibus, & per omnia.
- Protonotarius Senatoris non se immisceat in causis criminalibus, neque fidejussiones recipiendo, neque man- data subscribendo.
- Notarii Capitolini deservientes Collateralibus Sena- toris pro Acquariis, per seipos coram Collateralibus acta conscribant, nullumque aliud officium Notaria- tus in alia quavis Curia obtineant.
- Et tam dictus Protonotarius, necnon valesciorum & Collateralium Notarii, quàm Scriba Senatus, Secretarius Conservatorum, Notarius Magistrorum Viarum, & alii omnes Notarii Curiarum Capitolii, aliquid etiam mini- mum non recipiant ultra taxam ipsi statutam, sub quo- cumque prætextu.
- Eorundem Notariorum Capitolii defunctorum, & eorum qui in posterum decedent Hæredes, ac quicum- que alii scripturas eorum detinentes, exceptis iis qui emerunt officia juxta constitutionem fel. recor. Sixti Pa- pæ Quinti prædecessoris nostri, infra quindecim dies ab obitu ipsorum Notariorum, ac publicationis presentium respectivè computandos, scripturas prædictas cum no- mine Notarii cujus fuerint, sub pœna amissionis dicta- rum scripturarum & emolumentorum inde provenien- tium, consignent Archivio populi Romani, cujus Cus- tos librum teneat, in quo per Inventarium dictæ scrip- turæ annotentur.
- Notariorum officia in Curia de Sabellis duo tantum habeantur, neque hic numerus ullo prætextu augeri un- quam possit, & ii etiam approbandi sint ab Urbis Gu- bernatore pro tempore existente.
- Notarius Curie Turris Nonæ observet tabulam No- tariorum Curie Sabellorum.

121. Notarii locorum piorum debeant servare stylum, consuetudinem & taxas Tribunalis Vicarij, nec prorsus aliquid recipere ultra quod Notarii Vicarii in suis causis ordinariis recipere possunt. Qui autem ex eis gratis sunt deputati, nec habent officium titulo oneroso, non possint exigere nisi pro speditate dictæ taxæ Notariorum Vicarij, & non ultra in omnibus & per omnia.
122. Notarius Ripettæ pro publicandis instrumentis, & in publicam formam dandis, exigat juxta formam statutorum Urbis.
123. Et in conscribendis extractibus servet formam Capitulinam, & normam alijs præscriptam.
124. Atque in prima instantia nullus in Curia Ripettæ fiat extractus, minusque in secunda coram Præside, nisi de utriusque partis consensu, vel Notarius fuerit juratus suspectus, ita ut acta transportari debeant, & si secus factum fuerit, qui arrham dedit, totum de suo solvere teneatur, nec ulla detur cedula depositi contra alium.
125. Nullum mandatum Notarius dare possit pro indicijs absque Judicis licentia.
126. Singulis autem diebus etiam festivis, ab ortu solis usque ad occasum, officium apertum tenere debeat, neque ab illo discedat sine causa necessitatis.
127. Deposita non recipiat, nisi usque ad summam permiffam, & penes eum facta, post decretum de consignando debeat omnino infra diem consignare sub pœna arbitrio Præsidis.

#### De Registris, Extractibus & Exemplis, seu Copiis.

*Ad hæc vide taxas Notariorum, de quibus in const. seq. per totam.*

1. §. 10. **Q**uoad Registra & Extractus perpetuo statui-mus & ordinamus, quod in omnibus & quibuscumque causis cujuscumque generis ordinariis in quibuscumque Urbis Tribunalibus, & coram quibusvis Judicibus, nullis prorsus exceptis, motis & movendis (quæ scilicet à principio via ordinaria introductæ fuerint, etiam si in illarum progressu forsitan, aut plures commissiones supervenerint, ac materia introducta via ordinaria non esset de jurisdictione Judicis ordinarij) nulla penitus fiant registra, sed tantum extractus simplices & absque aliqua terminorum extensione, qui in uno confecti in quibusvis alijs Tribunalibus, si ad illa transportentur, plenam fidem faciant in omnibus & per omnia, perinde ac si essent registra extensa.
2. Minusque extractus in causis ordinariis fiant, etiam una vel utraque partium petente, nisi de Judicis licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta essent ad alium Judicem transportanda.
3. In verè autem commissariis causis summam ducatorum ducatorum auri de Camera excedentibus, quarum videlicet principia ordinariè non sunt introducta, registra quidem fiant, sed modo infrascripto, quem & in extractibus prædictis servari volumus & mandamus.
4. Registra bona & legibilia Notarii accuratè, & juxta normam hac nostra constitutione traditam & innovatam faciant.
5. Tam in registris quàm in Extractibus hujusmodi conscribendis, facultates Judicium ordinarium, vel deputaciones eorum Locatenentium, cum illæ sint notoriæ, & illarum exempla publica & impressa habeantur, nullatenus præferantur, & pro illis Notarii nihil à partibus exigant.
6. Deinde tam in ordinariis extractibus quàm in eorum & aliorum quorumcumque delegatorum, etiam causarum Palatii nostri Apostolici Auditorum, & S. R. E. Cardinalium registris, dimittantur appositiones Fistorum ordinariorum & certorum. Sin autem occurrant Festa incerta & repentina, in quæ caderet observatio alicujus termini, fiat mentio de illis summarie, & hoc modo, videlicet, Die tali fuit Consistorium publicum, & sic de cæteris similibus.
7. Successivè citationes sive cum inhibitione sive absque ea factæ, in earum reproductione nullo pacto repetantur, sed illarum executio tantum apponatur his aut similibus
- verbis, Tali die reproducta fuit citatio, de qua supra, quæ fuit executæ.
- Nec monitoria Procuratoribus sine solutione registri facta ponantur in registro, nisi fortè ad effectum docendi de censuris.
- Præterea si contingat commissiones semel registratas alijs Commissionibus dependentibus præferri, illæ amplius non registrentur, sed annotetur solum in quo superius fuerint registratæ, & idem de Motibus propriis, Brevibus & alijs literis Apostolicis, ac alijs quibuscumque jam semel registratis.
- Idem & de terminorum etiam substantialium extensione observari mandamus, ut semel tantum pro qualibet parte extensa non amplius extendantur, sed tantum eorum reiteratio sine extensione notetur, etiam in citatione ad sententiam.
- Instrumenta quæ in actis causæ rogantur, non ultra illorum notulam extendantur; quoad ea verò quæ producuntur, præferatur aliquid de illorum substantia, idque succinctè: deinde illorum tenor apponatur hoc modo, Talis constituit Procuratorem suum talem, prout in instrumento cujus tenor sequitur, & sic de alijs.
- Consequenter, tam in registris quàm extractibus causarum, in quibus per duos vel tres annos nihil actum fuerit, non ponantur in illarum reassumptione mutatio anni vel mensis, indicio vacantiarum, creatio Pontificis, & similia ad causam non spectantia.
- Porro si contingat in aliqua causa plurium recipi juramenta testium uoico contextu, in registris hujusmodi unicum juramentum, ubi omnes jurati nominentur, dumtaxat extendatur.
- Insuper non repetantur dignitates vel tituli Judicium, vel locus eorum Tribunalium & partium litigantium, sed tantum talis Judex vel Auditor prædictus, vel talis Actor vel Reus aut Procurator, aut similia.
- Singula folia in registris confectis coram quibuscumque Tribunalibus, ac alijs Judicibus prædictis continent in qualibet illorum pagina ad minus lineas viginti quatuor, & unaquæque linea ad minus duodecim syllabas, quæ scribantur literis bonis & intelligibilibus, & in charta bona, non infecta, nec bibula, alioqui liceat unicuique tam Judicium quàm partium vel Procuratorum litigantium folia aliter scripta lacerare, & omnino debeant postmodum expensis Notarii convenienter rescribi, sive lacerata sint, sive non, aut si Judicis, & partibus seu Procuratoribus magis placuerit, folia sic malè scripta tænantur pro medietate, vel alia rata ad Judicis arbitrium.
- Rubricellæ registorum similiter literis bonis & intelligibilibus scribantur, sintque fideles & sufficientes, integre & exacte introscripto actui respondentes, totiusque actus & decreti tenorem, prout in broliardo jacet, & instrumentum, diem, annum, mensem & partium nomina, reique gestæ summam vel indicem continentes.
- Processus de partibus, itemque Remissoriales, Compulsoriae & alia, nulla scripturæ habita ratione, sive sit longa, sive sit brevis, sive excedat, sive non excedat numerum foliorum viginti quatuor, non registrentur, neque in Registris aut Extractibus describantur, sed tantum ut dicitur, rubricentur, si rubricati non fuerint, & pro dicta rubricatione solvatur merces foliorum ipsius processus originalis tantum.
- Nisi quando scriptura originalis in qualibet facie excederet lineas triginta, continentes in earum qualibet ultra syllabas decem & octo, quo casu excessivitas reguletur & solvatur ad rationem linearum & syllabarum, ut supra.
- Copiz quæ instar Registri vel extractus dantur, non minori syllabarum aut linearum numero descriptæ tradantur.
- Instrumenta in actis rogata, etiam semel publicata, aut quæ in actis alijs producta sunt, si repetantur, & postea registrari contingat, non solvatur merces nisi foliorum scripturæ ad rationem registri vel extractus, & si non fuerint alijs publicata, solvatur tantum tertia pars mercedis debite pro publicatione, cujus etiam ratio habeatur in casu quo postea sumantur in publica forma, ut scilicet tanto minus de mercede publicationis solvatur.

- 10. Pauperibus dantur gratis extractus, registra, instrumenta etiam publica, copia & alia quaecumque expeditiones & scripturae, tam civiles quam criminales, & ostendantur etiam originalia Pauperum Advocato, & Procuratori similiter gratis, & absque ulla impensa, & si quando contigerit probandam esse paupertatem teste, similiter gratis & summarie examinentur, & de paupertate datur arbitrio Judicis.
- 11. Et quoniam aliquando Notarii extorquent à partibus modicam arrham, ut postea cogere illas possint ad recipiendum Extractus, arrha non obliget, nisi in casibus in quibus extractus jure consueverunt.
- 12. Neque exigant Notarii, quicumque illi sint, etiam Archivii Romane Curiae, mercedem extractus, sive registri, nisi illis completis.
- 13. Notarii Rotae, ultra praemissa per eos omnino servanda, rubricationes per se fideliter, & sufficienter faciant, & correspondentes actui introscripto, ut supra dictum est.
- 14. Non rubricentur processus de partibus rubricati, ut jam supra dictum est, nisi quantum illis deesse visum fuerit, nec registra de illis ullatenus fiant, sed post registra de Curia, ut moris est, ligentur, & si interpretationem fieri necesse fuerit ob idioma à Latino diversum, in quo processus forte conscriptus erit, non fiat in forma registri, sed processus de partibus, ita ut una charta registri illius importet dimidiam ad minus processus de partibus, nisi de partium consensu id fieri convenerit.
- 15. De parte lucri registorum, vel testium, vel copiarum, antequam causae suis sint Auditoribus commissae, cum Solicitoribus, Advocatis vel Procuratoribus non paciscantur, nec de gratia quam de registro facere intendunt, veluti de dando quindecim vel viginti folia pro ducato, ita ut personae cum quibus agunt, de lucro participant, sub poena privationis, sed totum quicquid post commissam causam convenerit, partis beneficio penitus cedat.
- 16. Mandantes omnibus, & singulis Judicibus, & Auditoribus praedictis sub indignationis nostrae poena, ut pro praemissorum inviolabili observatione in causis eorum eis ad praesens pendebunt, & quae in posterum pro tempore pendebunt, nulla aliter quam ut praefertur, confecta registra, & extractus admittant, & recipiant, imò illa tanquam in fraudem ac damnum partium litigantium confecta rejiciant, suosque Notarios, ut extractus, & registra hujusmodi juxta praemissa conscribant, cogant & compellant, atque ut illa observentur diligentem curam adhibeant. Districtius nihilominus inhibentes Notariis ipsis sub mille ducatorum auri de Camera, partim partibus litigantibus, partim Camerae Apostolicae applicandorum, ac privationis, & amissionis Notariatus per quemcumque contravenientem eo ipso incurrendis poenis, ne de cetero in causis in quibus Notarii deputati fuerint, & scripserint, registra & extractus aliter quam ut praefertur, omnibus lemotis fraudibus, conficere audeant seu praesumant. Volumus tamen & mandamus, quod Gubernator Urbis, & Auditor Camerae cumulativè possint, & debeant, etiam ex officio, & partibus non instantibus inquirere etiam extrajudicialiter, & manu regia, an Notarii cujusvis Tribunalis praemissa servent, & contravenientes supra dictis poenis punire, prout etiam ipsimet Scribae extractuum & registorum, qui in illis scribendis praemissa omnia non servaverint, possint ab ipsis eorum arbitrio poenis puniri, non obstante quavis appellatione, reclamatione aut recurso.

De Cursoribus, & Mandatariis.

- 1. *Ad hoc vide niam Pii IV. tit. 8. §. 73. c. 1. §. 1. 2.*
- 2. **§. 21.** Cursoribus & Mandatariis quicumque, eorum officium fideliter, & ea qua decet integritate, diligentia, peritia, & discretionem exercent.
- 3. Ad dicta officia non admittantur personae suspectae de falsitate, & qui nesciant legere vel scribere latine, neque infirmi non valentes ambulare propriis pedibus, vel senes excedentes annum sexagesimum.
- 4. Cursoribus solitam & debitam assistentiam irreprehensibiliter observent, Consistoria publica, & privata, necnon

*Enlar. Mag. Tom. III.*

alias solemnitates & divina officia intimati solita fideliter debito tempore intiment Cardinalibus & illis quibus tenentur, absque praemio, & mercedis alicujus expectatione, nisi solita antiquitus & consueta.

Citationes, & intimationes personales vel ad domum, vel in valvis, & locis publicis, tam Cursores quam Mandatarii, pro eorum officio & Curiae quibus serviunt, fideliter & mature faciant, & factas referant, & contra proprias personas non suppositas vel falsas, aut non cognitatas per eos, sub poena amissionis officii. Et quando personae citandae eis notae non sunt, non assertioni partis, sed duorum testium testimonio de citandorum qualitate veram notitiam habentium stare debeant, aliam executionem citationis facere vel factam referre non debeant sub simili poena, & pro falsariis habeantur contrarium facientes, sintque statuta mercede contenti, novas angarias non faciant, neque inducant.

Relationes de citationibus personaliter executis, nisi sit persona citanti cognita, & personaliter apprehensa, tam Cursores quam Mandatarii facere non audeant, neque debeant.

Nec possint Cursores vel Mandatarii citationes ab aliis Cursoribus vel Mandatariis executas subscribere, etiam quod inter se citationes Urbis vel Regionis distribuatur, sed illemet Cursor vel Mandatarius qui citationem est executus in pede, ejusdem debeat fidem, & relationem facere factae per eum executionis, sub poena falsi.

Officia pro alio vel aliis in arrendam capere, vel exercere non debeant, nec possint.

Caveant etiam ab appatu citationum, super quibusvis, quod pactum cum quibusvis personis iniuri omnino interdiximus.

Insuper curent tam Cursores quam Mandatarii omnes citationes personaliter exequi. Et si personas commodè habere non poterunt, teneantur dimittere citationum copiam in manibus alicujus de familia, qui si non adsit, aut fores aperire nolit, citationes affigant ad januam domus sibi cognitae, adhibito saltem uno teste, & relationes in scriptis dumtaxat referre debeant, exprimendo an personaliter vel domi dimissa copia vel affixa, in casibus praemissis, qui in citatione exprimi debeant, & an ad statim, vel ad hodie per totam, seu ad primam diem vel aliam fecerint, sub poenis praedictis.

Praeterea citationes, & earum copiarum citatis dimittendae vel affigendae, tam à Cursoribus quam à Mandatariis fiant omnino bono, & intelligibili caractere, & dictae copiae subscribantur à Cursoribus & Mandatariis, qui eas exequantur, ut in omnem casum possit ad eum qui eas fecerit, recurri.

Citationes, intimationes, & alia non exequantur praedicti sive personaliter, sive domi dimissa copia post tertiam horam noctis, per affixionem autem in casibus praemissis non nisi de die, & tunc in relationibus exprimat fecisse de die, dimissa copia affixa in tali loco.

In citationibus & aliis nomen tam actoris quam relictum cognomine, exercitio, vel habitationis, vel patriae designatione exprimat.

Idem Cursores, & Mandatarii in substationibus pignorum affigere debeant ad valvas officii in quo fit substationis, oblationes quae dictum sunt pro pignoribus captis substationibus.

In citationibus ad videndum mandari consignari pignora apponant etiam, Et videndum mandari substationibus.

Pignora omnia ab executoribus quibuscumque eis consignanda ordinatim singulariter adnotare debeant in eorum libris, exprimendo rerum qualitates, & quantitates, nomen executoris, & colligantium.

Oblationes recipiendas annotare debeant in eorum libris cum appositione anni, mensis, & diei, ac expressione nominis, cognominis, exercitii, vel habitationis, vel patriae offerentium.

Non recipiant oblationes cujuscumque officialis illius Tribunalis in quo facta est executio, nec ipsius officialibus inservientium, neque Notariorum, & aliorum juvenum Tribunalis, neque ipsorum Cursorum, & Mandatariorum affinium vel consanguineorum usque ad tertium gradum.

Minus officium ipsorum cuiquam impartiri dolose

recurrunt vel differunt, nec etiam sub prætextu modice mercedis, vel quod majorem habere velint.

19. **Cursoribus** (ad quos spectat) commissiones ad bancam Curforum perventis, statim scribant, & in libro solito annotent, ita ut ab omnibus videri possint, nec quovis modo aliquam commissionem non annotatam vel occultatam penes se retineant.

20. Quicumque ex Cursoribus, & Mandatariis, qui in aliquo præmissorum contraverint, poenam scutorum decem pro qualibet vice, aliasque poenas pecuniarias, & corporis afflictivas, privationisque officii pro modo excessus à suo Judice arbitrandas incurrat, damnaque & interesse partibus rescire compellatur.

21. **Cursores pro qualibet citatione, inhibitione, vel quavis alia intimatione** cujuslibet actus judicarii non exigant ultra bononenos duos, nisi forsitan executio citationis vel alterius actus judicarii hujusmodi facienda esset in loco satis distanti à Tribunalibus Urbis, quo casu exigere possint bononenos quatuor, & non ultra. Et loca intelligantur esse distantia, exempli gratia, si executio sit facienda in regione Translyberim, Montium, Trivii, & non longè ab Ecclesia B. Mariæ de Populo. Et si extra moenia Urbis (in illius tamen suburbiis) non ultra carolenum unum.

22. Pro citatione verò, inhibitione, vel intimatione simili, facienda contra Episcopos, & Prælatos, ac alias personas qualificatas, & Procuratores Fisci, non ultra bononenos quinque.

23. Pro citationibus vel executionibus, aut intimationibus quarumcumque literarum extra Curiam, & in partibus faciendis, statuta, & debita eis antiquitus mercede sint contenti, & ultra exigere non audeant.

24. Pro subhastatione quoruncumque pignorum, tam mobilium, quam immobilium, iidem Cursores exigant prout hæcenus exigere consueverunt.

25. Pro deliberatione verò, custodia, vel restitutione pignorum, aut alio prætextu, etiam quando bona non sunt posita sub hasta, nihil, etiam à sponte dantibus, recipiant.

26. Nec quisquam ipsorum pro ea intimatione qua partim intimatur, mandatum procuræ esse in actis productum, vel Procuratores in causa esse revocatos, ultra julium unum percipere audeat, etiam si dictum procuræ mandatum de partibus veniret.

27. Et pro prima Commissionem, per quam causa coram aliquo Judice introducitur, exigant bononenos quinquaginta, pro aliis verò, si quæ in causa supervenerint bononenos decem & octo, etiam quod dictæ Commissiones post primam supervenientes adderent aliquid, vel alterarent jurisdictionem, aut haberent aliquam novam clausulam, vel admitterent aliquem tertium pro suo interesse ad causam, quocumque contrario usu, vel porius abusu non obstant.

28. Diem præsentationis in Commissionibus appellacionum, vel principalibus in causis, manu propria antequam præsentent, vel in Arca eas ponant, seu ut vulgo dicitur, incapsent, verè, & fideliter ponere teneantur, nec sine tali manus, & nominis appositione, ultra manum Magistri Curforum dictæ Commissiones ponantur in Arca.

29. Ceterum Mandatarii quarumcumque Curiarum non exigant ultra bononenum unum pro citatione, nisi facienda sit in longinquis locis ab eorum Curia, quo casu exigant duos, & non ultra, itemque exigant duos bononenos pro intimatione cujuslibet sequestri, monitorii, inhibitionis, decreti, & cujuscumque actus judicarii, exceptis citationibus faciendis contra Fiscum, pro quibus exigere possint bononenos tres.

30. Pro subhastatione, & deliberatione pignorum, sive rerum, & bonorum mobilium, & immobilium, usque ad summam trium scutorum, bononenum unum pro quolibet scuto, abinde supra bononenos duos pro quolibet scuto, ita tamen quod ultra unum scutum non exigant pro quacumque summa, etiam quod res subhastate, & deliberatæ ad magnam summam ascendant.

## De Baroncellis, &amp; Exequutoribus

Taxa istorum est in cons. seq. §. 13.

§. 13. **B**aroncelli, & Exequutores omnes quarumcumque Curiarum, observent in omnibus, & per omnia Tabulam, ordinationes, & taxam de mandato nostro editam, & pro executione quacumque nihil ultra prædictam taxam, & mercedem eis assignatam, etiam à sponte dantibus recipiant, sub poenis in ea contentis.

Quinimò nec debitam mercedem, nec aliud quicquam etiam à sponte dantibus recipiant, nisi facta vere & realiter executione reali vel personali, aut captis pignoribus, quorum retractus si non sufficeret, ita ut sit opus nova executione, novam propterea mercedem recipere non possint, sed teneantur denno gratis, & toties idem mandatum exequi donec integre creditoris satisfiat.

Quo verò ad pignorum in executione captorum custodiam, subhastationem, & restitutionem, quo res integre, & sine ulla fraude fiat, quisque Magistratus in suo Tribunali suum quemque Depositarium eligat, & deputer, penes quem pignora conserventur.

Capta autem pignora debeant Baroncelli, & Exequutores per totam sequentem diem consignare depositario, quem quisque Magistratus ad hoc hujus nostræ Constitutionis autoritate deputaverit.

Quæ pignora fideliter describantur in literis ad hunc effectum specialiter per quemlibet Baroncellum, Exequutorem, & Depositarium ut supra deputandum retinendis, cum annotatione quantitatis, & qualitatis bonorum, diei, & Exequutoris.

Et quando contingit poni sub hasta bona in partibus existentia vigore mandati in Urbe relaxati, volumus, & mandamus, præter edicta, & diligentias in loco subhastationis, & judicii fieri solitas, fieri debere etiam in loco ubi, vel in cujus territorio bona ipsa subhastanda reperiuntur pro reperiendis oblatoibus, nec aliter posse ad deliberationem deveniri, nisi habita prius ab officiali illius loci relaxatione de edictis ibi publicatis.

Ad hæc in pignorum subhastationibus, si lapso ad offerendum tempore quispiam plus obtulerit, non fiat deliberatio nisi intimato eo qui prius licitando vice rat, ut possit iterum, si velit per totam sequentem diem plus offerre, alioqui oblatio, & deliberatio illi cui facta est non suffragetur.

Cum autem in Executionibus realibus contigerit recipi cautionem in forma depositi, aut pignora alicui in depositum tradi, non credatur de hoc Exequutoribus, nisi vel cum subscriptione ipsiusmet depositarii à tergo mandati, vel cum interventu duorum testium, quorum nomina similiter à tergo mandati describantur, ac deinde in prædictum librum referantur.

Mandata civilia birruarii vel Exequutores non exequantur in diebus festis, neque de nocte, nisi sint mandata suspicionis fugæ, neque de die in domo januis clausis, nisi parte citata, & cum speciali decreto Judicis.

Mandata sibi à partibus consignata teneantur infra riduum exequi, vel illa partibus restituere, & casu quo mandata aliqua ipsis consignata perdidissent, ad sumptus duplicatorum extrahendorum teneri decernimus.

Et offensa Exequutoribus carta dotali, non gravetur, vel inhibitione aliqua, nihil exigant mercedis, neque faciant executionem aliquam, & si quam fecerint, gratis restituant.

Quando autem Exequutor asserit aliquam executionem non fecisse eo quia sibi exhibitum fuerit non gravetur, vel carta dotalis vel inhibito, debeat sumere ejus copiam si brevis est, vel saltem annotare diem, Notarium, & Judicem, qui hujusmodi inhibitionem, aut Non gravetur, aut cartam dotalem concessit, aliàs Exequutor Judicis arbitrio puniatur.

Restituat quilibet Exequutorum prædictorum executiones, sive bona in executione capta gratis, quotiescumque Judex id mandaverit.

Porro,

14. Porro, traditis sibi mandatis de consignandis pignori-  
bus in executione captis, non possint Exequutores  
eorum consignationem vigore cuiusvis impedimenti su-  
pervenientis effugere vel differre, sed teneantur omnino  
dicta pignora consignare.

15. Ceterum nullus Exequutor aut birruarius possit man-  
data civilia exequi alterius Tribunalis, quam eius in quo  
sunt ipsi exequutores, exceptis Exequutoribus aut bir-  
ruariis Gubernatoris Urbis, Vicarii, Auditoris Camere,  
Senatoris, & burgi, pro quibus omnibus teneantur eor-  
um Baroncelli, contra quos quocumque casu proceda-  
tur exequutive, & manu regia.

16. Baroncelli autem, & ceteri Exequutores Urbis possint  
ad executionem procedere contra committentes frau-  
des, & facere, ut aiant inventiones, eo modo quo Extra-  
ordinarii, & alii Curie Capitolinae, & Conservatorum  
exequutores faciunt, dummodo in fraude deprehensos  
ad ipsos Conservatores deferant, & deducant, habeant  
que partem poenarum huiusmodi inventionum, sicuti &  
dicti Extraordinarii.

17. Nec quispiam eorum qui executionem non fecerit  
sub pretextu quod facta fuerit executio ab eo exequu-  
tore a quo fieri non poterat, vel in loco in quo certus  
exequutor deputatus erat, aliquid proorsus a partibus  
contra quas executio facta fuerit, sub poena furti au-  
deat exigere.

18. Capti cum mandato de deducendo ad praesentiam,  
non carcerentur, nec ad carceres, nisi de expresso or-  
dine Iudicis illius qui mandatum relaxavit ducantur,  
etiam quod ipsius Iudicis praesentia commodè haberi  
non possit.

19. Baroncelli non exigant a carceratis quicquam ratione  
expensarum in explorationibus factarum.

20. Baroncelli, & alii Exequutores quarumcumque Curia-  
rum, Extraordinariis majoribus in spectantibus ad eor-  
um Officium obedire teneantur.

21. Quicumque in praemissis, ac aliis sibi vetitis aut ordi-  
natis contravenerit, pro modo excessus etiam corporali-  
bus poenis, ac etiam privationis officii, Superioris sui ar-  
bitrio plectatur, damnaque & interesse partibus rescire  
cogatur, pro quibus damnis, & interesse quilibet Baro-  
ncellus cuiuscumque Curie, pro suis Exequutoribus &  
birruariis obligatus sit.

De Carceribus, & Carceratis, & eorum Visita-  
toribus, & Custodibus.

Taxa Custodum est in const. seq. §. 12.

1. **§. 13.** Carceres Curie Sabellorum, Turris Nonae, &  
Capitolii, nullo pacto locentur, sed ad eor-  
um custodiam, & officium Commentariensis, ipsorum  
carcerum domini, sub certa mercede deputent aliquem  
virum probum, a Gubernatore Urbis, & quoad Capito-  
lium a Senatore approbatum. Et quatenus de licentia  
nostra, vel Successorum nostrorum Romanorum Ponti-  
ficum locentur, conductores approbentur a Guberna-  
tore, & Senatore respectivè, qui etiam possint ipsos con-  
ductores ex causis illis bene visis, & ad eorum libitum  
removeere.

2. Gubernator Urbis, semel in Mense unà cum Paupe-  
rum, & Fiscii Advocatis, & Procuratoribus, ac deputatis  
a Societatibus Charitatis, & Pietatis, ultra Visitationem  
ordinariam semel in hebdomada fieri solitam (quam om-  
nino fieri volumus, & mandamus) visitet Carceres, tam  
secretos quam publicos per seipsum, ne carcerati inde bitè  
a Custodibus carcerum male tractentur. Atque ut tabu-  
la novissime edita, & in ipsis carceribus affixa tenenda  
observetur, provideat.

3. Protector autem Charitatis, & illius deputati, cum  
interventu Gubernatoris, & Fiscii Procuratoris, eligat  
duos Medicos-fideles, & expertos, unum scilicet Physi-  
cum, alterum verò Chirurghum, qui visitent carceratos  
infirmos & carent, ac de eorum infirmitate cum opus  
fuerit, fidem gratis faciant eidem Gubernatori, & aliis  
Iudicibus, provideatque eisdem de competenti salario ex  
poenis malefactorum solvendo.

4. Eligat etiam in primis aliquem Presbyterum, saecula-  
Bullar. Mag. Tom. 111.

rem vel regularem, qui confessiones ipsorum infirmorum  
vel aliorum carceratorum (non tamen ultimo supplicio  
damnatorum, postquam in manibus executorum con-  
signati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis  
Misericordiae spectat) audiat, eosque carceratos visitet  
ac spiritualiter consolatur.

5. Triemes bis in anno visitentur a Commissario ad id  
deputato.

6. Visitator verò carcerum, qui nunc a Societate Pietatis  
carceratorum eligitur, & deputatur, quolibet die post  
carcerum Visitationem ad Advocatum pauperum acce-  
dere, & sibi nomina eorum qui in dies carcerantur,  
in scriptis, & pariter etiam Iudicibus deferre te-  
neatur.

7. Capse omnes elemosynarum quae sunt carceratis,  
clausae teneantur, & claves sint penes Pauperum Advoca-  
tum, qui suo arbitrio eas aperiat, & elemosynas in eis  
reperas distribuat inter carceratos, qui facultatem se  
alendi, & alimenta aliunde non habent.

8. Carcerati in Ripa praesententur in Visitatione Capito-  
lii; Carcerati verò in Burgo praesententur in Visita-  
tione Turris Nonae, & Visitationes intimentur Ca-  
merario Ripae, & Iudici Burgi per Procuratores Pau-  
perum.

9. Ceterum omnes de carcere ad carcerem occasione Vi-  
sitationis transportandos, birruarii cuiusvis Tribunalis  
requisiti transportare debeant gratis, & nihil proorsus re-  
cipiant etiam nomine muneris, sub poena privationis of-  
ficii, & trium ictuum funis publice infligenda.

10. Citationes contra carceratos in carceribus exequendae  
non nisi personaliter fiant.

11. Arresta contra debitores aliter quam praecedente man-  
dato servatis servandis relaxata, nulla sunt, & eis non  
obstantibus arrestati relaxentur.

12. Alimenta debitoribus carceratis ex decreto praestanda  
deponantur anticipatè saltem pro decem diebus, & in-  
tegra carceratis solvantur, & consignentur absque ulla  
diminutione vel retentione.

13. Carcerati pro testibus, quibus ab Instigatore vel Fisco  
praestari debent alimenta necessaria, quamdiu ibi detine-  
buntur, expediti statim relaxentur gratis ubique, nec  
pro dictis alimentis sive expensis ullatenus retineantur,  
sed carcerum Custodes illa exigant ab Instigatoribus, vel  
Fisco.

14. Instrumenta satisfactionum pro carceratis in partibus  
datarum vel receptorum, non nisi parte cuius interest ci-  
tata, in actis producantur, & aliter producta non suffra-  
gantur, & Notarii qui ea sine partis citatione receperit,  
periculo recepta intelligantur.

15. Julius dari solitus Cancellario Baroncelli pro quolibet  
carcerato relaxando, solvatur Cancellario dumtaxat  
Baroncelli Gubernatoris, & non aliis cuiusvis alterius  
Tribunalis, & quando mandatum erit signatum gratis,  
nihil, quando verò in forma pauperum, non nisi medie-  
tatem Julii Cancellarius praefatus possit, & audeat exige-  
re, sub poena arbitrio visitatorum.

16. Relaxati a carceribus in quibus pro causa criminali  
detinebantur, per spatium horae non possint pro civili  
causa capi, & carcerari.

17. Relaxati verò a carceribus ob non praestationem ali-  
mentorum, possint quidem volente quodcumque cre-  
ditore alimenta praestare, denuò carcerari, sed non cum  
eodem mandato, nisi praevia nova citatione, & facto ali-  
mentorum deposito, saltem pro quindecim diebus, aut  
amplius arbitrio iudicis.

18. Pauperes carcerati quando sunt in casu liberationis,  
liberentur, & relaxentur gratis ubique, quoad Iudices,  
Notarios, Executores, carcerum Custodes, & alios om-  
nes, nec quaequam pro nota sententiae vel decreti Judi-  
cum propinis, aut quibusvis juribus Fiscalibus solvere  
teneantur.

19. Et si cum exilio relaxentur, conserventur in solita  
exemptione non solvendi Custodibus carcerum expensas  
victus habitas in carceribus, & juxta formam mandato-  
rum, statim ac liberè dimittantur.

20. Custodes quorumcumque carcerum, seu Commenta-  
riensis, observent & ipsi tabulam post praesentem  
constitutionem sup loco imprimendam, quam etiam  
A a 3 publica

publicè usum teneant, & alias ordinationes, & decreta ipsos concernentia, sub pœnis contentis in eis.

21. Observent insuper, & executioni semper demandent quicquid communi Visitatorum voto fuerit deliberatum & inobservantes eorundem Visitatorum arbitrio puniantur.

22. Et post decretum à Visitatoribus factum de relaxando debitorem, Custodes ad instantiam cujusvis creditoris Arresta eadem die non recipiant, sed nec etiam postea ad instantiam illius creditoris qui cum detinebat, nisi Arrestum fuerit à duobus Visitatoribus subscriptum.

23. Teneantur etiam dicti Custodes, post publicam visitationem carcerum, à Visitatoribus seu ab Advocato pauperum requisiti, dare notam carceratorum criminalium in secretis existentium, cum expressione temporis & Judicis illorum.

24. Et infirmos etiam pro civili causa detentos, teneantur ponere in Valerudinario, quod infirmariam appellant.

25. Detentos in publicis carceribus superioribus, & in mediis, quolibet die conducant ad audiendam Missam.

26. Nullum recipiant in carceres, quem prius non describant in libro carceratorum, de cujus mandato, ad cujus instantiam, & pro qua causa captus, & an pro suspitione fugæ. Alioqui carceratus non descriptus ad nullas victus aut carceris expensas teneatur.

27. Ac bona, vel pecuniæ quæ penes ipsum ad carceres ductum reperiuntur, factò inventario in eisdem carcerati presentia, cum duobus testibus consignentur Custodi carcerum, qui teneatur omnia integre restituere ad mandatum Judicis, qui illum capi fecit.

28. Nec possint Custodes vel Capitanei, quicquam vestimentorum carceratis auferre, vel sibi retinere, prætextu alimentorum præstitorum, sub pœna privationis officii, & aliis arbitrio Visitatorum.

29. Detentis in secretis carceribus nullo pacto, directè vel indirectè prohibeant, vel impediunt quo minus alimenta aliunde deferantur, facta tamen prius per ipsos Custodes diligenti inquisitione, ne apodicta, vel quid aliud in ferculis transmittatur, nisi aliud sibi à Judice demandatum fuerit. Atque in tali casu alimentorum aliunde habiturum, non possint Custodes quicquam à dictis carceratis, neque pro alimentis, neque alia de causa prætere.

30. A carceratis autem in publicis carceribus, & ut dicitur ad largam existentibus, nihil pro Camera, passaggio, vel etiam alimentis ultra quinque dies petere possint.

31. Similiter pro transportatione carceratorum ad alios carceres de mandato Judicis faciendâ, vel pro extractione à carceribus ad effectum alicujus contractus vel obligationis faciendæ, aut etiam pro extractione compedum nihil recipiant.

32. Nec pro Arresto ab Arrestantibus, etiam sponte dantibus plus exigant vel recipiant, quàm à carcerato exigitur pro relaxatione à carceribus.

33. Non permittant in publicis mulierum carceribus neque ad earum ferreos cancellos, seu fenestras, aliquem alium carceratum accedere seu versari.

34. Et ubi Judices in mandatis de exarcerando apponunt clausulam, Absque alia manu, etiam Procuratoris Fisci, vel Commissarii Camerae respectivè, Custodes ob dire, & carceratos dimittere teneantur, licet Procurator Fisci, aut Commissarius Camerae respectivè manum apponere recusaverit.

#### De facultatibus Visitatorum carcerum.

1. **§. 16.** Visitatores carcerum possint relaxare debitores à carceribus ex causis infrascriptis.

Primò, concedendo dilationem data cautione de solvendo infra tempus assignatum, & hoc præsertim quando Visitatores considerant retentionem debitoris cedere non solum in ipsius præjudicium, verum etiam creditorum, cum debitor in carceribus existens efficiatur deterioris conditionis, & in dies minus solvendo, ubi extra carceres faciliùs intra tempus assignatum modum

satisfaciendi repertores sit, & hoc damnum creandum dicitur, & ere alieno non oritur.

Secundò, relaxare possint debitorem, qui licet non habeat pecunias in promptu, habet tamen tot bona, ex quorum venditione potest creditoribus satisfieri, & ex tunc consentit eorundem bonorum subhastationi, & Visitatores hoc faciant facta prius per debitorem indicatione suorum omnium bonorum, ac data cautione de se representando, in eisdem statu, & terminis in quibus carceratus reperitur, in casa impediendi, vel quod bona non sufficiant.

Et si bona non sufficiant, nec bonis cedere velit, neque birem viride deferre, non nisi de omnium creditorum consensu quemquam relaxare possint.

Idemque servetur etiam quod clarum sit, debitores nullum prorsus habere modum satisfaciendi creditoribus suis, nisi ex sudore virtus sui.

Tertiò, relaxare possint quando creditor executionem habet realem, & est in bonis captis per executionem sibi bene cautum.

Quartò, in casu infirmitatis creditores eorum sumptibus pauperibus debitoribus alimenta, & medicamenta ministrent in carceribus, quibus creditoribus recusantibus relaxentur habita fide à Medicis deputatis, & data cautione, si illam habent, sint minus recepta juratoria cautione, de se representando postquam convaluerint. Quod servetur etiam in debitoribus non pauperibus infirmis, qui data pariter cautione de se representando, ut supra, sub pœna debiti relaxari possint.

Quintò, relaxentur debitores quando cognita eorum paupertate, & pertinacia creditoris, qui tamen non sit æquè pauper, ei mandatum fuit ut carcerato debitori subministraret alimenta, & ipse hoc facere recusat. Quandoque autem debitori relaxato creditor paratus sit alimenta præstare, possit illum cogere ad redcundum ad carceres, prout supra dispositum est.

Sextò, relaxentur mulieres pro debito civili detentæ quando sunt honestæ, etiam captæ sint pro debito publico.

Septimò, relaxare possint debitores, qui ex natura debiti de jure non tenentur ultra id quod facere possunt, tunc enim nec carcerari poterunt, & propterea contra bona est executio dirigenda.

Octavò, relaxentur debitores capti ut suspecti de fuga, data cautione de se representando sub pœna debiti.

Nonò, relaxentur debitores facta cessione bonorum prout de jure, & servata forma constitutionum scilicet rec. Pii Papæ IV. incip. Cupientes mercatoribus, & Pii Papæ V. incip. Reverendi Domini Visitatores.

Decimò, relaxentur debitores nulliter, & indebitè capti, de qua nullitate manifestè constat.

In quibus omnibus relaxationibus sint præsentès Judices, qui mandata relaxarunt, & uti edocti atque instructi de meritis causæ rationem reddant.

Et in præmissis habeatur ratio paupertatis creditoris, & an debitor calumniosè diu litem sustinuerit, fatigando ereditorem expensis, & laboribus, & an aliath dilationem habuerit, & creditori non satisfecerit, non constito de legitimo impedimento. Et in his omnibus Visitatores arbitro utantur, & pensatis qualitatibus tam creditoris quàm debitoris, ac facultatibus, & natura debiti, decernant ea quæ juri, & æquitati, & utilitati etiam creditorum conveniant.

Quæ autem à Visitatoribus carcerum fuerit alicujus carcerati causa commissà alteri Judici, quàm illi cui mandatum de carcerando relaxatur, maneat nihilominus dictæ causæ Notarius is, per cujus acta fuit relaxatum mandatum, & id ipsum servetur quandoque contigerit cautionem aliquam recipi per alium quàm causæ Notarium, quo casu is qui cautionem recipit, teneatur dictæ cautionis integram fidem, & authenticam dare causæ Notario.

Quando in visitatione alicui carcerato dilatio videtur concedenda, illa semper intelligatur concessa, etiam quoad executionem realem, nisi in specie in decreto sit apposita clausula, Sine præjudicio executionis realis.

Atqui

1. Ad hac vide ad 144. Pauli 1. lib. 1. c. 68. Pii V. lib. 2. c. 2.



Neque Præfides carcerum, & alii quibus à dictis carcerum Visitatoribus alicuius carcerati causa commissa est cum carceratum à carceribus relaxante, nullo pacto se amplius in principali causa cognitionem immisceant, sed merita suo Iudici cognoscenda relinquunt.

De Protomedico, & Aromatariis.

De Protomedico vide notata supra in consil. 40. Greg. XIII. lib. 2. Et de Aromatariis attende notata hic supr. in consil. 47. Clem. VIII.

§. 25. Protomedicus in visitatione Aromatariorum faciat in manibus Notarii præstare iuramentum ab Aromatariis, quod bona in Aromataria existentia, sunt propria ipsorum, nec alia habent alio loco abscondita, & qui falsum iuraverint, ab eodem Protomedico, & Consiliariis debita pœna puniantur.

Consules Aromatiorum, sicut & ceteri Aromatarii sint suppositi jurisdictioni, & obedientiæ Protomedici, à quo si quando se gravatos senserint, ad Auditorem Cameræ recurrant.

Atque in puniendis Aromatiorum delictis, & aliis casibus in quibus vigore concordiæ Protomedicus, & Consiliarii tenentur exquirere consilium Consulum Aromatiorum, si dictis Protomedico & Consiliariis visum fuerit dictum consilium minime sequi, faciant eo non obstante suum decretum, à quo qui senserint se gravatos recurrant ad Auditorem Cameræ, & interim, recursu, vel tempore ad recurrendum pendente, supersedeatur in executione decreti.

Iidem Consules nullam prorsus habeant potestatem, & jurisdictionem eligendi Aromatarium, quem Protomedicum vocant, ad visitandas Aromatarias extra Urbem degentes, minusque subscribendi patentes, ut Consules districtus Urbis, & Superintendentes Artis in Statu Ecclesiastico, sed talis eligendi potestas penes Protomedicum sit, & remaneat.

Decreta facta in Congregationibus Aromatiorum, quod nullus Aromatarius possit pro veritate fidem aliquam facere nisi de consensu vel licentia Consulum, sint penitus nulla, & invalida, & quisque ad libitum possit absque vlla prorsus licentia pro veritate se examini subijcere, aut extrajudiciales fides facere.

Pro pretio rerum Aromatariæ servetur præscriptio quinquennalis, non obstante quavis interruptione etiam per receptionem partis pecuniarum, aut per dationem aliarum rerum Aromatariæ. Aromatarii nullam prorsus audeant in quemquam exercere, sub quovis prætextu criminalem jurisdictionem, Protomedicus autem non nisi in delictis pro quibus veniat imponenda pœna pecuniaria usque ad aureos viginti quinque.

Pœnæ Constitutionis.

§. 26. Quicumque vero ex iis, qui hac Constitutione sunt comprehensi, aliquid contra præmissa eos respectue concernentia, in quibus specialiter pœna non est adiecta commiserint, illi scilicet qui supremo magistratu funguntur, vel alia dignitate præfulgent, indignationis nostræ, & Romani Pontificis pro tempore existentis, aliasque similiter arbitrio nostro, & Romani Pontificis infligendas pœnas. Ceteri vero omnes, vltra rerum & pecuniarum male, indebite, vel alias perceptarum restitutionem, & alia damna, expensas & interesse, ad quæ omnino, tam ex suo quam suorum in officio existentium facto teneti, & pro eis executivæ ac manu regia procedi volumus & mandamus, pœnam privationis, exilii, & alias pœnas pecuniarias, & etiam corporales arbitrio Iudicis, pro facti & personarum qualitate infligendas incurrant.

§. 27. Ut autem præmissa omnia & singula à Nobis, ut præmittitur, ad publicam præcipue Pauperum carceratorum, & litigantium utilitatem & levamen statuta, decreta, & ordinata, debita in omnibus & per omnia executioni mandentur, & inviolabiliter observentur, Mandamus omnibus & singulis Almæ Urbis, & Curie no-

stræ Iudicibus, & Magistratibus, ac præcipue Camerario, Vicecamerario, Governatori Urbis, Auditori Cameræ, ac Præsidi Carcerum pro tempore existentibus, & eorum singulis, ut vltra alios etiam in aliquo casu specialiter deputatos, præmissa omnia & singula ab omnibus observari faciant cum effectu, inobedientes coercant & compescant tam ex officio & per inquisitionem quam ad instantiam Advocati pauperum, Procuratoris Fisci, Commissarii Cameræ, & Procuratorum pauperum pro tempore existentium, & aliorum quorumcumque, omni & quacunque appellatione sive recursum remota.

§. 28. Declarantes hac nostra Constitutione, sub simplici ac generali Magistratum, Iudicum, Notariorum, aut Officialium nomine omnes omnino Magistratus, Iudices, & personas quantalibet dignitate fulgentes, ac specialiter nota dignas, omniaque Tribunalia quavis superiora, Camerarii, Vicecamerarii, Governatoris, Auditoris Cameræ, Vicarii, causarum Sacri Palatii nostri Auditorum, & Clericorum prædictæ Cameræ Præsidentium, Senatoris, Conservatorum, locorum Piorum, & ceterarum Curiarum Iudices quoscumque, tam majores quam minores, eorumque Notarios, Officiales, & Ministros omnes, nullis prorsus exceptis, comprehendi & significari, & in ea expressis pœnis subijci, & ad eorum quæ in ea sancita sunt, observantiam indistincte teneri.

§. 29. Et ita per quoscumque Iudices, tam ordinarios quam delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos, iudicari & definituri debere, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi & interpretandi facultate. Decernentes irritum & inane quicquid secus in præmissis, & quolibet præmissorum, & hac nostra Constitutione contentorum, & statutorum, vel circa ea à quoquam quavis auctoritate, scienter aut ignoranter contigerit attentari.

§. 30. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus, ac Urbis & Romanæ Curie Tribunalium, & Collegiorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, styliis & consuetudinibus, quos & quas per præsentem improbamus, privilegiis quoque, indulgentiis, facultatibus, & literis Apostolicis eidem Tribunalibus, Officiis, ac personis, etiam motu proprio, & consistorialiter, sub quibuscumque tenoribus & formis, etiam in vim contractus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere vel in specie, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut etiam nos concessis, approbatis, confirmatis & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quævis alia exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si præfatis personis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Kalendis Martii, anno incarnationis Dominicæ 1611. Pontificatus Nostri Anno 7.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1611. In publicatione die 10. die vero 10. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris, & D.N. D. Pauli divina providentia Papæ V. anno ejus septimo supra illa littera officio & publicata fuerunt in Cancellaria Apost. & in acie camp. El va per nos Joannem Dominicum de Pace, & Petrum Matthæum Lucarninum Cursores Apostolicos.

Paulus Bartolini Mag. Curf.

Securum oratio in conveniens.

Procedatur ad officio & in inquisitionem & quædam instantiam

Omnibus etiam majoribus Magistratibus ista constitutio comprehendatur.

Classifica ab L. a. de deorum ritibus.

D. r. g. de ista constitutione.

D. P. A. 7. 16 Martii

W

LXXII. Taxa Notariorum & Officialium Almaz Urbis.

Reformavit hic idem Pontifex Tribunalia Romana Curia, ut in const. precedenti. Et tam illam, quam istam const. postea declaravit, ut in const. subseq.

PAVLVS PAPA V.

Motu proprio, &c.

Præmissum. CVM Nos nuper generali reformationi Tribunalium Urbis incumbentes, Iudicibus, Notariis, aliisque Officialibus, & Iustitiæ Ministris singulorum Tribunalium, singulariumve Curiarum Taxas, juxta quas mercedes & emolumenta exigere & percipere deberent, confici & tradi mandauerimus, jamque expedito reformationis negotio, ac nostris literis desuper confectis & publicatis, Taxas prædictas, necnon ordinationes nonnullas ad illarum clariorem intelligentiam de consilio prudentum virorum, quibus curam hanc demandavimus, vocatis & auditis iis etiam de quorum interesse agebatur completæ, ac plerasque veteres Taxas à prædecessoribus nostris editas, processuque temporis in abusum transactas innovando, plerasque novas, pro personarum & rerum qualitate addendo, tandem Dei auxilio ad formam & modum infra scripta reductæ fuerint.

Confirmatio Taxarum. §. 1. Nos ut illæ validiores & firmiores sint, omnibusque innotescant, & à cunctis iniuolate seruentur oportune providere volentes, motu simili, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Taxas & ordinationes omnes & singulas supradictas, illarum omnium tenorem hic pro repetito, expresso & inserto habentes, tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac Bullæ nostræ generalis reformationis annecti volumus.

Iustitias observandi. §. 2. Ac ab omnibus Iudicibus, Notariis, Officialibus, & Iustitiæ Ministris Tribunalium & Curiarum Urbis, & aliis ad quos spectat, & in futurum spectabit, sub pœnis in Bulla reformationis, ac Taxis, & ordinationibus supradictis irrogatis, inconcusse ac inviolabiliter observari.

A. in loco publico em retinenda. §. 4. Ac in singulis Notariorum officiis, Curiarumque & Tribunalium Taxas illas, quæ Curias, Tribunalia, & officia prædicta concernunt, vulgari idiomate impressas in loco publico, quo ab omnibus inspicere, legi & intelligi possint, affixas retineri mandamus.

Contrariis derogatur. §. 4. Non obstantibus omnibus, quæ in nostra Bulla reformationis prædictæ volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Solum signaturam sufficere. §. 5. Volumus etiam quod præsentium sola Signatura sufficiat absque alia data, & registratura, regula quacumque contraria pariter non obstante.

Papa subscribitur. Placet Motu proprio C.

Taxa Notariorum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, & solutionis Sigilli Illustrissimi D. Card. Camerarii.

Reformatio Camera & Camerarii est sup. in const. præced. §. 1.

1. Citatio siue monitorium extra Curiam, vigore commissionis Sanctissimi, cum inhibitione vel sine, etiam sub censuris pro vno vel pluribus litis consortibus, Collegio, Capitulo, vel Vniuersitate, solvantur Notario Iulii octo, bon. duo cum dimidio. Et pro sigillo solvantur bonon. viginti septem cum dimidio.

2. Citatio siue monitorium simile per edictum, Notario scutum vnum, sigillo bon. viginti septem cum dimidio.

3. Compulsoriales generales siue speciales, pro vno siue pluribus, vt sup. Notario scutum vnum, sigillo bonon. 27. cum dimidio.

4. Remissoria instrumentum, pro vno seu pluribus, vt

supra, Notario Iulii quindecim, sigillo bon. 27. cum dimidio.

6. Remissoria rotulus si fiat, pro quolibet palmo solvantur Notario Iulii septem cum dimidio, si autem palmas linearum triginta, & syllabarum decem & octo.

6. Literæ missiue clausæ loco remissorialium cum articulis introclusis pro vno siue pluribus, vt sup. Notario Iulii sex, bon. duo cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.

7. Instrumentum declaratorie vigore commissionis, pro vno siue pluribus, vt sup. Notario scutum vnum, & sigillo bon. 27. cum dimidio.

8. Instrumentum litis pendente extra Curiam, pro vno siue pluribus, vt sup. Notario Iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.

9. Instrumentum sententiæ vigore commissionis, si extrahatur pro vno siue pluribus, vt sup. Notario scutum vnum, sigillo bon. 27. cum dimidio.

10. Instrumentum absolutionis vel commissionis, pro vno, Notario Iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.

11. Instrumentum absolutionis pro pluribus, Capitulo, Vniuersitate, & similibus, Notario scutum vnum, sigillo Iulii quinque cum dimidio.

12. Instrumentum absolutionis cum reincidentia, pro vno siue pluribus, vt sup. Notario Iulii quinque, sigillo bon. 27. cum dimidio.

13. Inhibitio in Curia vigore commissionis, pro vno siue pluribus, vt supra, Notario Iulii quatuor, sigillo Iulii vnum.

14. Instrumentum litis pendente in Curia, pro vno siue pluribus, vt supra, Notario Iulii quatuor, sigillo Iulii vnum.

15. Monitorium extra Curiam speciale, in ordinariis etiam cum inhibitione, & etiam pro pluribus consortibus, Capitulo, vel Vniuersitate, Notario Iulii quinque, sigillo bon. 27. cum dimidio.

16. Inhibitio in Curia vigore priuilegii, vel recursus, aut præuia citatione, pro vno vel pluribus consortibus, Notario Iulii tres cum dimidio, sigillo Iulii vnum.

17. Citatio extra Curiam vigore appellationis, etiam cum inhibitione, etiam pro pluribus, vt supra, Notario Iulii quinque, sigillo bon. viginti septem cum dimidio.

18. Monitorium per edictum extra Curiam, pro vno vel pluribus, vt sup. Notario Iulii 7. cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.

19. Remissoria per literas clausas cum articulis, pro vno vel pluribus, vt sup. Notario Iulii sex, bon. duo cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.

20. Sequestrum extra Curiam, siue mandatum de sequestrando, pro vno vel pluribus, vt supra, Notario Iulii quinque, sigillo bon. 27. cum dimidio.

21. Sequestrum in Curia, nihil vbique.

22. Instrumentum litis pendente extra Curiam, pro vno vel pluribus, vt sup. Notario Iulii quinque, sigillo bon. 27. cum dimidio.

23. Instrumentum declaratorie pro vno vel pluribus, vt sup. Notario Iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.

24. Mandatum executiuum post declaratorias, pro vno vel pluribus, vt sup. Notario scuta duo, sigillo bon. 27. cum dimidio.

25. Mandatum suspensionis fugæ vsque ad quamcumque summam, etiam vigore obligationis Cameralis, pro vno vel pluribus, vt sup. etiam parte citata, Notario Iulii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.

26. Mandatum executiuum vsque ad scuta viginti quinque, pro vno vel pluribus, vt supra, Notario Iulii quinque, sigillo bon. 27. cum dimidio.

27. A viginti quinque vsque ad quingenta, Notario Iulii vigintiduo, sigillo Iul. 11.

28. A quingentis vsque ad mille, Notario Iul. 15. sigillo Iulii 11.

29. A mille vsque ad quamcumque summam, Notario scuta nouem, & Iul. nouem, sigillo Iul. 11.

Mandatum

30. *Mandatum de excoecrando sive relaxando, pro uno vel pluribus, ut supra in eadem causa, Notario Julii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.*
31. *Pro examine cujuslibet testis in officio, tam in commissariis quam in ordinatis, cum articulis & interrogatoriis, Notario Jul. 4.*
32. *Si autem super materiis expressis in citatione, Julii duo.*
33. *Extra officium capiatur duplum.*
34. *In excessivis arbitrio Judicis.*
35. *Pro examine cujuslibet testis super intrusione, Notario Jul. unus.*
36. *Pro mandato super intrusione sine testibus etiam pro pluribus, & Capitulo, vel Universitate, Notario Julii quinque cum dimidio, sigillo bon. viginti septem cum dimidio.*
37. *Pro nota sententiarum diffinitivarum in prima instantia, pro uno sive pluribus, ut sup. Notario Julii trigintaseptem cum dimidio.*
38. *In secunda instantia scuta tria.*
39. *In tertia instantia Julii 21.*
40. *Pro nota sententiarum absolutiviarum, pro uno vel pluribus, ut sup. scutum unum.*
41. *Pro nota declarativarum, pro uno vel pluribus, ut sup. scutum unum.*
42. *Pro nota interlocutoriarum, pro uno vel pluribus, ut sup. scutum unum.*
43. *Transumptum extra Curiam alicujus bullae, instrumenti seu cedulae, vel etiam plurium similium, vel aliorum jurium in eodem transumpto descriptorum, non tamen de scripturis Archivii Cameracensis, si fuerint in forma probanti (habita ratione scripturae) arbitrio Judicis, pro uno vel pluribus, ut sup. Notario Jul. sex, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
44. *Pro transumpto alicujus bullae extra registrum bullarum Archivii, Notario ducatus unus, sigillo Jul. quinque cum dimidio.*
45. *Pro transumpto alicujus bullae ex Archivio, quando ex licentia Superiorum dare contigerit, salva semper necessitate scripturae arbitrio Judicis, tam in sumpto, quam in transumpto, Notario ducatus unus, sigillo Jul. 12.*
46. *Pro quolibet instrumento publicato valoris usque ad quinquaginta ducatos auri, Notario Julii quinque.*
47. *Usque ad centum inclusive, ducatus unus.*
48. *Usque ad quingentos, ducatus unus pro quolibet centenario.*
49. *A quingentis usque ad mille, dimidium pro quolibet centenario.*
50. *A mille sup. solvatur unum quartum pro quolibet centenario excedente.*
51. *Pro instrumentis non Cameralibus, quorum merces non ponitur in massa, servetur taxa Notariorum Auditoriarum Cameracensis.*
52. *Pro literis de jure summario, Notario Julii quinque cum dimidio, sigillo bonon. vigintiseptem cum dimidio.*
53. *Pro literis commendatitiis, Notario Jul. quinque, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
54. *Pro rogitu quocumlibet instrumentorum, cassatione, & pro rogitu testamentorum, & aliorum, servetur constitutio Sanctissimi Domini nostri in rubr. de Notariis, §. pro rogitu cujuslibet, & §. pro cassatione, & §. in tradendis, & §. pro rogitu testamentorum.*
55. *Pro quocumque deposito cujuscumque summae vel rei, per cedulam vel sine, nihil recipiatur.*
56. *Pro restitutione vero cedulae vel depositi, usque ad summam scutorum quadragintaquinque inclusive, recipiant Notarii omni casu bonon. duos tantum pro quolibet scuto, nec aliud quicquam, neque pro restitutione cedulae, neque pro mandato, neque pro quietatione.*
57. *A scutis quadragintaquinque supra, usque ad quamcumque summam, quando depositum est factum ante mandati relaxationem absque conditione, vel protestatione extrinseca, cum consensu quod consignetur adimpletis conventis, & facta legitima quietatione, tunc pro*
- mandato de consignando habeat Notarius Jul. 4. cum dimidio, & alios quatuor eum dimidio pro consignatione cedulae, & non ultra.*
- Quando vero depositum est cum protestatione, vel conditione extrinseca, non conventa in scriptura, cujus vigore agitur, adeo quod oriatur super ea decretum, tunc pro mandato de consignando illud, habeat Notarius tantum quantum solveretur pro mandato illius summae executivo, & amplius Jul. 4. cum dimidio pro restitutione cedulae, si consignetur in totum, sin minus, Julium unum pro quietatione summae quae consignabitur, & non ultra.*
- Quando depositum est falsum post mandati executivi relaxationem, quomodocumque fiat, etiam quod plura desuper fieri decreta contingat, nunquam habeat Notarius, nisi Julios quatuor cum dimidio pro mandato de consignando, & totidem pro restitutione cedulae & quietantia, si integrum consignetur, alioqui ultra mandati praedicti mercedem habeat Julium unum pro quietantia, ut sup. & nihil amplius in quolibet praedictorum casuum.*
- Mandatum de consignando, aut deliberando a vigintiquinque scutis infra, Notario Jul. 3. cum dimidio, sigillo Julii unus.*
- A viginti quinque sup. usque ad quamcumque summam, Notario Jul. quinque cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
- Mandatum regaliarum in totum, Notario Julii quinque cum dimidio, sigillo bonon. vigintiseptem cum dimidio.*
- Mandatum gratiosum de solvendo, pro uno seu pluribus, ut sup. Notario Julii tres cum dimidio, sigillo Julii unus.*
- Mandatum de restituendo a scutis vigintiquinque infra, pro uno seu pluribus, ut sup. Notario Julii 3. cum dimidio, sigillo Julii unus.*
- Ab inde supra usque ad quamcumque summam, Notario Julii quinque cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
- Mandatum de immittendo, associando, vel manutendo, seu simile, servatis servandis, exigatur prout in mandatis executionis.*
- Mandatum elemosynae factis, Notario Jul. tres.*
- Mandatum de observando cum insertione privilegii, pro uno seu pluribus, ut sup. Notario scutum unum, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
- Pro mandato de retinendo annatam, Notario scutum unum, sigillo scutum unum.*
- Patentes quod soluto damno non teneatur ad poenam, pro uno sive pluribus, ut supra, Notario Julii 11. sigillo Julii 11.*
- Patentes faciendi mercatum, seu nundinas, Notario Jul. 22. sigillo Jul. 11.*
- Patentes ad favorem conducentium gratiam ad Urbem Notario Jul. 5. cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
- Patentes concessionis Arcis, vel aliorum bonorum, Notario Jul. 11. sigillo Jul. 11.*
- Patentes aperiendi apothecam barbitonforis, Notario Julii 11. sigillo Jul. 11.*
- Patentes deferendi arma pro Ministris, & Appaltatoribus Cameralibus, Notario scutum unum, sigillo scutum unum.*
- Patentes ad favorem deferentium aurum seu margaritas ad Urbem, & statum Ecclesiasticum, Notario Julii quinque cum dimidio, sigillo bon. vigintiseptem cum dimidio.*
- Patentes concessionis officii proxenetarum Ripae in numero 25, Notario Julii 22. sigillo scuta quadraginta auri in auro.*
- Patentes concessionis officii Notariatus Rotae, ex illis duodecim ad Cardinalem Camerarium spectantibus, Notario Jul. undecim, sigillo scuta vigintiquinque in auro.*
- Quietantia decimarum vel alterius subsidii, pro uno Notario Jul. 5. cum dimidio, sigillo bon. 27. cum dimidio.*
receptaculum collectis atque confusis, & unam aquam conficientibus, aquam omnem per novum aquæductum, quem ob veterem dissipatam, subterraneo & arcuato opere à fundamentis extruximus, & restituvimus, ac inter cætera duabus sublimioribus arcibus propè Urbem, cum suis subscriptionibus, ad perpetuum rei monumentum erectis ornavimus. Longo nempe à priori receptaculo quinque & triginta millia passuum circūitu, ad eminentiorum collium, & humiliorum Vallium obicere vitandos, & ut inflexo ductu, crebroque anfractu melior inde aqua redderetur, ad eandem urbem Dei beneficio, ingenti omnium lætitiæ adductus, & ex ea, quæ ad uncias centum supra mille simul ascendit, de majori ipso aquæductu in via supra Sacellum sub invocatione beatæ Mariæ Reposi vulgò nuncupatæ, trecentis in Vaticanum pro usu Palatii nostri Apostolici, & Burgi S. Petri derivavimus, reliquas octingentas uncias in Montem Janiculum, inter Portam Divi Pancratii, & Ecclesiam divi Petri in Monte aureo nuncupatam, per duci placuit, ubi prædicto magnifico, latoque Fonte extructo, ac ingenti, sumptuosoque perpolitorem marmorum, & columnarum apparatu exornato, per quinque lapideas Aquilas, & Dracones, veluti per totidem latissima ora, magno vel astantium, vel è longinquo prospicientium oblectamento abundè aqua decurrit, ac perennè manat. Ut vero Fons ipse egregiaque ejus structura meliorem è regione adventantibus præstaret prospectum, ac deinde publico usui commodior & visui jucundior esset, omnibusque ad eum acclivior & faciliior pateret accessus, parte Montis in qua Fons ipse conspicitur, quantum opus fuit depressa, aream satis amplam, & viam aperuimus, alia etiam ornamenta & commoditates in dies adjecturi. Atque ut cætera Urbis publica & privata loca usu & commoditate hujus aquæ frui possint, eandem aquam ultra Sixtum, & quatuor Capitum dictæ Urbis Pontes traduci, & in Castella divisam, in Capitolium, & aliqua Urbis loca distribui mandavimus.

*Et mod. pro d. Aqua, ip- sive aqua ductu int. & confer. a- sine Congre- gationem A- que Paulæ duntaxat- am erigit.*

§. 4. Cumque non satis sit Aquam hujusmodi adduxisse, & tantum opus summo labore, ac tam laigo sumptu absolvisse, nisi in ejus administratione, ac perpetua conservatione exacta & præcipua quæque cura & diligentia adhibeatur, partes nostri Pastoralis officii esse cognovimus, ut hujus aquæ, & illius aquæductus, totiusque operis curam, & rationem talibus viris committamus, quorum opera, fide, prudentia, solertique studio rectè & feliciter regantur & gubernentur, ac alia quæ ad eorum conservationem spectare noscuntur statuamus: Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac d. liberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua constitutione Congregationem Aquæ Paulæ nuncupandam, in qua dilecti filii Cameræ nostræ Apostolicæ generalis Thesaurarius, & Archihospitalis S. Spiritus in Saxia de eadem Urbe Præceptor, ac ejusdem Cameræ Commissarius etiam generalis, nunc & pro tempore existentes, necnon per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes ad nostrum, ipsorumque successorum beneplacitum deputandi, unus ex eisdem Cameræ Præsidentibus Clericis, & duo Cives Romani esse debeant, perpetuò erigimus & instituvimus, ac ex nunc ad ipsam Congregationem Magistrum Galeatium Sanvitalem, ejusdem Cameræ Præsidentem Clericum, & Alexandrum Mutium, ac Paulum Mellinum Cives Romanos, dilectos filios, quibus Nos alias ducendæ aquæ hujus curam demandavimus, & de quorum prudentia, fide & integritate plurimum in Domino confidimus, ad beneplacitum similiter nostrum deputamus.

*Protectorem d. Congrega- tionis illi- strissimum Fr. Burghesium depuiat.*

§. 5. Ipsique Congregationi dilectum filium nostrum Scipionem tit. S. Chrysgoni presbyterum Cardinalem Burghesium nuncupatum, nostrum secundum carnem ex sorore germana nepotem, durante ejus vita præficimus, & in Aquæ Paulæ, & illius aquæductus & operis prædictorum Protectorem similiter ad ejus vitam deputamus, ipsam protectionem & præfectionem post ipsius Cardinalis obitum alteri concedi prohibentes, sed eas post obitum prædictum cessare, & penes dictam Congregationem remanere debere decernentes & declarantes.

Secretarium  
ejusdem Con-  
gregationis  
Jo. Jacobum  
Bulgarinum  
eligit.

Congregatio-  
nis iurisdi-  
ctionem &  
facultates  
prescribit.

Visitatores  
aqueductus  
duos esse, &  
deputari pra-  
cipit.

§. 6. Praeterea dilectum filium Jo. Jacobum Bulgari-  
num, quem alias ad curam scripturarum hujus negotii  
deputavimus, ad ejus etiam vitam, cum honoribus &  
oneribus, iuribusque & emolumentis solitis & consue-  
tis, etiam in remunerationem laborum per eum, tam in  
opere hujusmodi, quam pro servitio & utilitate Camerae  
nostrae impensorum, ejusdem Congregationis Secreta-  
rium, cui castella, & receptacula, illorumque claves  
custodiendi, & ne à quoquam amplius aut latiori modu-  
lo, seu fistula, vel alias quam fuerit impetratum vel con-  
cessum aqua accipiatur animadvertendi cura & onus in-  
cumbat, constituimus, deputamus, ac declaramus, & esse  
volumus.

§. 7. Distaque Congregationi universam custodiam,  
& curam aquae, & aqueductus, ac operis praedictorum  
per praesentes committimus, & mandamus, illiusque  
Deputatis praedictis semel singulis mensibus, & quoties  
opus fuerit se congregandi, & aquam praedictam pro usu  
& commodo, tam publico, quam privato, & à quavis  
parte aqueductus, & ad quavis Urbis regiones & loca  
deducendam distribuendi & erogandi, & postquam fue-  
rit distributa & erogata per cessionem vel consensum ob-  
tinentium, in alia etiam transferendi, literasque patentes  
desuper sub Scipionis Cardinalis quoad ipse vixerit, &  
successive sub Theaurarii pro tempore existentis praefato-  
rum sigillo & nomine expeditas desuper concedendi,  
neon pro ipsius aqueductus, & operis conservatione  
ea quae faciendae, quae vitanda fuerint decernendi, ac su-  
per praemissis etiam statuta condendi, & eaque mutandi,  
corrigendi, variandi, & de novo faciendi, ac de & super  
eisdem praemissis, & eorum occasione inter & contra  
quascumque personas cujuscumque status, gradus, ordinis,  
& conditionis, ac quavis tam Ecclesiastica quam tem-  
porali dignitate, titulo & honore fulgentes, summarie,  
simpliciter, & de plano, manuque regia, & sola facti  
veritate inspecta cognoscendi, procedendi, judicandi,  
& definiendi, neon citandi, ac ubi, quando, ac quo-  
ties opus fuerit inhibendi, ac pecuniarias, & ubi perso-  
narum & casuum qualitatem sic exigere Congregatio  
ipsa judicaverit, etiam corporis afflictivas penas contra  
transgressores statutorum praedictorum, & alios contra  
quos opus fuerit eorum arbitrio imponendi, & ad illa-  
rum, neon etiam earum quae de jure communi, ac dictae  
Urbis statutis de custodiendo aqueductu, aut alias in  
similibus constitutae sunt incursum declarationem & exe-  
cutionem, omni & quacumque appellatione, reclama-  
tione, revisione, & recursum penitus & omnino remotis,  
deveniendi, ac deveniri mandandi & faciendi, aliaque  
necessaria & opportuna gerendi, & exequendi, etiam pri-  
vative quoad omnes Judices & Officiales Romanae Cur-  
riae, ita tamen ut ubi dicta Congregatio ad executionem  
alicujus penae corporis afflictivae super praemissis deveni-  
endum duxerit, executionem hujusmodi dilecto filio  
moderno, & pro tempore existentis dictae Urbis Gubernatori,  
qui ad illam omni & quacumque appellatione  
pariter remota procedat, committere atque demandare  
debeat, similiter perpetuo tribuimus, concedimus, &  
impartimur plenariam & omnimodam potestatem, facul-  
tatem, & auctoritatem.

§. 8. Insuper, ut praemissa omnia accuratius perficiantur,  
duos aqueductus & operis hujusmodi Visitatores,  
quorum praecipuum inter alia aqueductum invisere, &  
perlustrari, repurgari, ac resarciri facere, ac ut aqua ali-  
quo pacto non inficiatur, nec in aqueductu aliquid vitij  
fiat, neve à quopiam in aquarum iuribus ulla fraus, do-  
lusve committatur, minusque aqua, sive clandestine,  
sive palam, per vim aut propria auctoritate, & nisi per-  
missione aut consensu ipsiusmet Congregationis acce-  
dente, & juxta modum ab ea praescribendum, etiam praet-  
extu, seu vigore cujuscumque rescripti, seu concessio-  
nis nostrae vel successorum nostrorum Romanorum Pon-  
tificum aliud deriverat, seu deducatur provide cavere,  
fornices, & parietes universos, & ipsum opus ac aedifi-  
cium integrum diligenter tutari, & quicquid in eo repa-  
ratione indigere, aut in aqueductu, & illius iuribus  
aliquid vitij seu damni factum fuisse, vel fieri repere-  
rint, quamprimum eidem Congregationi renunciare,  
ac de mandato ejusdem Congregationis reparationem

& provisionem opportunam adhibere, ac in omnibus  
justa Congregationis praesentis, ut ad effectum perducantur  
efficere munus existat, & esse debeat per Scipionem  
Cardinalem quoad vixerit, & eo vita functo, per Con-  
gregationem hujusmodi deputari, ipsique Visitatori-  
bus, ac praedicto Jo. Jacobo, & pro tempore existentis  
Secretario hujusmodi quinque scuta monetae singu-  
lis mensibus constitui, & persolvi mandamus & vo-  
lumus.

§. 9. Postremo, ut impense quae necessitate sicut in  
reparatione & conservatione praedictis, neon ut Offi-  
cialium, & Ministrorum salaria solvi possint, ducenta  
loca alicujus Montis non vacabilis de pecuniis Camerae  
Apostolicae, sub nomine, & in favorem aqueductus praed-  
icti quamprimum emi etiam mandamus, illaque sic  
empta ex nunc pro ejusdem aqueductus, & illius operis  
perpetua dote assignamus hoc modo, videlicet ut illo-  
rum annuus redditus, illorumque fors nunquam immi-  
nuatur, neque in alios usus quam dicti aqueductus  
convertatur. Quicquid autem ex ipso reddito, impensis  
necessariis, & salariis deductis annuatim supererit, forti  
accrescat, & in emptionem aliorum locorum ejusdem  
Montis in fortis incrementum collocetur, & ipsius red-  
ditus, ac incrementi administratio, ac libera dispositio  
nunc & in perpetuum penes dictam Congregationem  
sit & esse debeat, non possit tamen redditus ipse in toto  
vel parte, alias quam per Congregationis mandata De-  
positario hujus Montis, nunc & pro tempore existentis  
dirigenda exponi, & per dictum Depositarium absque  
ejusdem Congregationis mandato solvi, prout id omni-  
no prohibemus.

§. 10. Decernentes praemissa omnia & singula per  
eos ad quos spectat, & in futurum quomodolibet  
spectabit, firmiter, & inviolabiliter perpetuo observari  
debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam  
quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit  
attentari.

§. 11. Non obstantibus pia memoriae Pii Papae IV.  
praedecessoris nostri quatenus opus sit super gratis in-  
terelle dictae Camerae concernentibus in eadem Camera  
intra certum tunc expressum tempus registrandis, ita  
quod praesentes, etiam si in ipsa Camera registratae, vel  
in ea intimatae non fuerint, nihilominus perpetuo vale-  
re, & in suo robore persistere debeant, aliisque consti-  
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis  
facultatibus, privilegiis, indultis & litteris Apostolicis,  
nostro & pro tempore existentis Romani Pontificis Cam-  
erario, seu Camerae Apostolicae, & ejus Praesidentibus  
Clericis, aliisque Officialibus & Ministris quibuscumque,  
etiam iteratis vicibus, etiam motu simili, ex certa  
scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, etiam  
Consistorialiter, per Nos & Praedecessores nostros quo-  
modolibet, etiam cum derogatoriis derogatoriis, irri-  
tantibusque & aliis decretis, ac tam Praeceptorum Archi-  
hospitales praedicti, quam Deputatis Aquae Paulae, &  
quibusvis aliis communiter vel divisim concessis, appro-  
batis, & innovatis, etiam in corpore juris clausis, etiam  
praemissa fieri specialiter prohibentibus, eorumque usi-  
bus, & naturis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de  
illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expres-  
sa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per  
clausulas generales idem importantes mentio, seu qua-  
vis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita for-  
ma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulo-  
rum tenores hujusmodi, ac si praesentibus etiam de ver-  
bo ad verbum, & forma in illis tradita nihil penitus  
omisso observata infererentur, eisdem praesentibus pro  
expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris,  
hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expresse,  
motu, scientia, & potestate paribus derogamus, caeteris-  
que contrariis quibuscumque.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
nam nostrorum erectionis, institutionis, perfectionis,  
constitutionis, deputatorum, deputationis, declarationis,  
commissionis, demandationis, tributionis, concessionis,  
impartitionis, voluntatum, mandatorum, assignatio-  
nis, prohibitionis, decretorum, & derogationis infrin-  
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attentare

Doctores  
rum dicitur  
tam Montis  
non vacabilis  
de pecuniis  
Camerae  
Apostolicae  
sub nomine  
& in favorem  
aqueductus  
praedicti  
quamprimum  
emi etiam  
mandamus  
illaque sic  
empta ex nunc  
pro ejusdem  
aqueductus  
& illius operis  
perpetua dote  
assignamus  
hoc modo  
videlicet ut  
illorum  
annuus redditus  
illorumque  
fors nunquam  
imminuat  
neque in alios  
usus quam  
dicti aqueductus  
convertatur  
Quicquid  
autem ex ipso  
reddito  
impensis  
necessariis  
& salariis  
deductis  
annuatim  
supererit  
forti  
accrescat  
& in emptionem  
aliorum  
locorum  
ejusdem  
Montis  
in fortis  
incrementum  
collocetur  
& ipsius  
redditus  
ac incrementi  
administratio  
ac libera  
dispositio  
nunc & in  
perpetuum  
penes  
dictam  
Congregationem  
sit & esse  
debeat  
non possit  
tamen  
redditus  
ipse in toto  
vel parte  
alias quam  
per  
Congregationis  
mandata  
Depositario  
hujus  
Montis  
nunc & pro  
tempore  
existentis  
dirigenda  
exponi  
& per  
dictum  
Depositarium  
absque  
ejusdem  
Congregationis  
mandato  
solvi  
prout id  
omnino  
prohibemus

Observari  
praemissa  
immutari

Commissio  
deputati

Sancti  
nalu  
aj  
ca  
tuta

accusare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicae 1612. Idibus Septembris, Pontificatus nostri Anno 8.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1612. in diebus 20. Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pauli Divina providentia Papa V. Anno eius 8. die vero 29. mensis Novembris, praesentes litterae Apostolicae affixae, & publicae fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranenae, Principis Apostolorum de Urbe, in Valvis Cancellariae Apostolicae, & in aedibus Campi Florae, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis, per nos Apostolicos Cursores infra scriptos.

Ita est. Balthassar Vacca Curs. Ita est. Virginus de Virginis Curs. Brandimartes Latinus Mag. Curs.

XXVI. Facultas Deputatorum à Capitulo Conventualium Eremitarum Montis Senarii, Ordinis Fratrum Servorum B. Mariae Virginis, in recipiendis Novitiis. Et mitigatio jejunii in pane & aqua, pro quarta feria hebdomadae.

Hac Eremita instituta, & postea restituta fuit anno 1593. tempore Clem. VIII. ut videre est supra in eius const. 80. Decet.

Cetera de Ordine isto Servitarum vide sup. in const. Martini V.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

SEdis Apostolicae circumspècta benignitas, personarum quarumlibet in Eremitis & aliis locis regularibus Altissimi famulantium votis ad pii eorum instituti propagationem & incrementum tendentibus, libenter annuit, eaque favoribus prosequitur opportunis.

§. 1. Hinc est quod nos supplicationibus nomine dilectorum filiorum Eremitarum domus Montis Senarii Florentinae Diocesis, Ordinis Fratrum Servorum B. Mariae, Nobis super hoc humiliter potrectis inclinati, eidem Eremitis perpetuo concedimus & indulgemus, ut in eorum domo tres ex antiquioribus à Capitulo Conventuali ejusdem domus deputari possint, qui eandem habeant facultatem & potestatem in admittendis Novitiis, quam habent Capitula generalia, & provincialia, aliaque deputandi juxta constitutionem super Novitiorum receptione à Fel. record. Sixto Papa V. praedecessore nostro editam, sub Dat. 6. Kal. Decembris, anno 3. & alteram ejus declarationem, sub Dat. 12. Kal. Novembris, anno quarto ejus Pontificatus, dummodo in reliquis eorumdem constitutionum formam servent, ad hocque plenam, & amplam facultatem, & auctoritatem dictis Deputatis impartimur.

§. 2. Non obstantibus praedictis Sixti V. & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 2. Octobris 1612. Pontificatus Nostri Anno 8.

Sequitur supradicta mitigatio jejunii in pane, & aqua.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

ALIAs Fel. record. Clementi Papae VIII. praedecessori nostro, &c. Omititur narrativa solida quia ipsa est Bul. la 80. Clem. VIII.

§. 3. Cum autem sicut pro parte dilectorum filiorum Majoris, & Conventus Fratrum Eremitarum dictae Eremitae Montis Senarii, Nobis nuper expositum fuit, quod praedicti Prior Generalis, ac Prior & Fratres dictae domus Annuntiatae, concessa sibi ut, praefertur, facultate utentes,

erectionem & alia praemissa fecerint, statuerint, & ordinauerint, experientia vero compertum sit, quod jejunium in pane & aqua tantum, in tribus praedictis quarumlibet hebdomadarum Adventus, & Quadragesimae feriis observandum, dictorum Fratrum Eremitarum virginitatis debilitat, ac valetudini officiat; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis, ut infra providere de benignitate Apostolica designemur.

§. 4. Nos igitur attendentes, quod praedictorum Fratrum Eremitarum institutum, etiam si dicta panis & aquae jejuniorum observantia moderetur tantum, satis arctum remanet, humanae infirmitati aliquid indulgentum duximus. Itaque eosdem Fratres Eremitas specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter potrectis inclinati, eidem nunc & pro tempore existentibus Eremitae praedictae Fratrum Eremitis, ut in Feria quarta cujuslibet hebdomadae Adventus, & Quadragesimae, in pane & aqua tantum jejunare minime teneantur, firmis in reliquis remanentibus litteris praedictis, dicta auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 5. Decernentes ipsos Fratres Eremitas super praemissis, aut eorum aliquo nullo modo molestari vel perturbari quoquo modo posse, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus litteris praedictis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinibus, & Eremitae praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis, quibus omnibus & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Tusculi, sub Annulo Piscatoris, die 13. Octobris 1612. Pontificatus nostri Anno 8.

Apostolica benedictio ad Petrum Patriarcham Maronitarum Antiochenum, facultasque ei tributa omnes Catholicos Maronitas benedicendi, cum Indulgentiarum largitione.

Pro hac Maronitarum natione Collegium Scholarum bonis artibus & Catholicè instruendum, erexit in Urbe Gregorius XIII. in sua constit. 91. Humana, lib. 2.

PAVLVS PAPA V. Venerabili Fratri Petro Patriarchae Maronitarum Antiocheno, salutem & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Quoniam fraternitatis tuae nomine Apostolici nostri Nobis nuper expositum fuit, quod nostram Apostolicam benedictionem Tibi, ceterisque Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, dilectisque filiis Clero & populo Maronitarum impartiri desideras.

§. 2. Idcirco Nos pio desiderio hujusmodi boni pastoris benignè satisfacere volentes, eidem Fraternitati tuae hujusmodi Apostolicam benedictionem libentissime impartimur.

§. 3. Quo vero ad Archiepiscopos, Episcopos, Clerum & populum praedictos attinet, ut eorumdem personas utriusque sexus respectivè, tuosque etiam & illorum

An. D. 1612.

Concessio

An. D. 1612.

Ordinum

Concessio

Constit.

Ordinum

An. D. 1612.

An. D. 1612.

Clem. VIII.

Concessio

Concessio

Instit. de sumpt.

Contrariis

Dat. P. Ar. 13. Octob.

Edicta An. D. 1612.

Patriar. ha Maronitarum Pontificae benedictionem pro se & aliis postulat.

Quilliam sibi impatit, & alios nullo modo impatit, sicut benedictio mactus in magis

agros

agros, possessiones, domos, & bona quaecumque, ex parte omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, & nostra, eadem Fraternitas tua per se vel alios, Episcopali tamen dignitate fungentes, una vice tantum benedicere.

Præsentibus quo hinc benedictionem, & factam communi ratione refertur peccata omnino elargiendi. Deum in super orat ut ipsum Patriarchæ, totaque nationum imperat benedictione sua. Duc. P. An. 8. 22. Novemb. LXXVIII.

§.4. Hisque præterea, qui confessi, & sacra communione geseñi huic benedictioni præsentem erunt, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino eadem auctoritate nostra Apostolica largiri possit, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§.5. Precamurque Dominum, ut aperiens manum suam, impleat vos, & bona vestra, & universam Maronitarum Catholicam nationem benedictione sua.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1612. 10. Kalend. Decembr. Pontificatus nostri Anno 8.

Erectio Seminarium sub invocatione S. Pauli in Urbe, Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiæ, pro Christianæ fidei propagatione.

De hoc Ordine dicti supra in constit. 64. Gregorii XIII. P. lib. 2.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumspicua, animarum saluti assidue invigilans, quæ antea providenda facta fuisse videntur, si rerum, & temporum ratio postulerit, nonnunquam in melius commutat, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

§.1. Aliàs siquidem pro missione ad conversionem infidelium instituenda, per nostras in simili forma Brevis expeditas literas, sub datum 22. Julii 1608. Pontificatus nostri anno 4. Motu nostro proprio, ex Ordine B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo novæ reformationis, tam Hispaniarum quam Italiæ, unam Congregationem sub invocatione S. Pauli, ab uno Commissario generali, cum Diffinitorum interventu regendam perpetuò exercimus, ipsamque Congregationem & ejus Commissarium generalem, ac Fratres, illorumque Monasteria, domos, & bona, ab omni jurisdictione Ordinariorum locorum quorumcumque, necnon ab omni obedientia Præpositorum generalium, tam Congregationis Hispaniæ, quam Italiæ, præterquam in nonnullis tunc expressis, etiam perpetuò exemimus, & liberavimus, ac sub nostra & Sedis Apostolicæ protectione subjecimus, aliisque fecimus prout in dictis literis plenius continetur.

§.2. Quoniam autem, sicut nobis innotuit, novæ Congregationis hujusmodi erectio, & alia præmissa iustis de causis, ut effectum sortiantur, non expedire in Domino dignoscitur. Ideo Nos dictarum literarum tenorem præsentibus pro plenè & sufficienter expresso habentes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Erektionem Congregationis S. Pauli, & literas prædictas, ac in eis contenta, & si quæ sint inde secuta quaecumque, tenore præsentium perpetuò cassamus, irritamus & annullamus, vitiisque, & effectu evacuamus.

§.3. Cupientes autem dicti Ordinis Fratres in pio eorum propagandæ religionis zelo confovere, nihilque quod convertendis ad fidem infidelibus, & reducendis hæreticis opportunum in Domino judicamus prætermittere, in ædibus per dictos Fratres in Monte Quirinali prope Ecclesiam Monasterii Monialium sanctæ Sufannæ de Urbe noviter extructis, unum Seminarium dicti Ordinis Congregationis Italiæ, sub invocatione S. Pauli, in quo prædicti Ordinis Fratres, qui ad messum Dominicam aptiores videbuntur, diversarum linguarum & controversiarum scientiam ad evertendos errores Hæreticorum, Schismaticorum, Saracenorum, Gentilium, & Judæorum, aliorumque infidelium, necessariam ad discere, & majoribus vigiliis, abstinentiis, aliisque vir-

Seminariumque in Urbe pro christum Fratribus Congregationis Italia ad eundem effectum erigit.

tutum exercitiis assuescere possint, indeque edocti, pro arbitrio Superiorum ad infidelium partes pro conversione animarum proficisci debeant, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam perpetuò erigimus.

§.4. Necnon Seminario hujusmodi, illiusque Rectori, & Fratribus, quod omnibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, concessionibus, gratiis, tam spiritualibus quam temporalibus, & indultis quibus alii Fratres, tam Mendicantes quam non mendicantes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, similiter uti, potiri, & gaudere possint & debeant, concedimus & indulgemus.

§.5. Decernentes præsentem literas, & in eis contenta quaecumque, perpetuò valida & efficacia fore, ac suos plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicati, & diffiniti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædicti, & quorumcumque aliorum Ordinum statutis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, aut sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 7. Martii 1613. Pontificatus nostri Anno 8.

Contra Monachos S. Bernardi Congregationis Cisterciensium Italiæ, dignitates & officia ipsius Congregationis, conquistis extra eam favoribus ambientes, eorumque complices & fautores. Necnon contra Superiores, eisdem in electionibus favores attendentes.

Congregationem istam firmavit Alexander VI. in sua constit. 7. Plantatus, lib. 1. ubi alia etiam de Cisterciensi Ordine notavi.

PAVLVS PAPA V. Ad futuram rei memoriam.

Aliàs per Nos accepto, quod quidam in Ordine S. Bernardi Congregationis Cisterciensium Italiæ, professionis & regulæ quam professi sunt penitus immemores, nimis in dignitatem, & officiorum Ecclesiasticorum in d. Congregatione consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis Ecclesiasticorum & secularium Principum studia requirebant, commendatitias literas, aliosque favores & gratias propterea expectabant, quibus adjuti, quos ipsi ex se promeruisse minime condebant, gradus & dignitates in eadem Congregatione consequi valerent, sicque ejusdem Congregationis

Gravissimum quodque de d. Ordine d. gimus.

Classis præsentium & am. tam irritum apponit.

Comparis derogat.

Transumptis ere. j. j. j.

D. P. A. 1. 7. Martii.

Edita A. D. 1611.

Pr. ambrosio Mosacensis Congreg. S. Bernardi Cisterciensium in Italiæ primatus.

nis quærenti non sine animarum suarum periculo perturbabit.

*Transumptis  
quæ credi  
jurer.*

§.1. Nos malum hoc ab eodem Ordine & Congregatione pro nostra pastoralis sollicitudine expellere summo pete capientes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine eos omnes & singulos Monachos dicti Ordinis & Congregationis, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præminentie, qualitatibus, & dignitatis existentes, qui ex tunc de cætero ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis & Congregationis assequenda intenti, & ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam secularium quam Ecclesiasticarum, de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, & quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam imperiali, regali, & ducali fulgentium, favores recurrerent, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis, directè vel indirectè, palam vel occultè ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspirassent, vel aliis minus legitimis & honestis rationibus ea obtinere quæsisserent, aut etiam sponte oblati & minime conquisitis usi fuissent, illorumque complices & fautores, ad quascumque prælaturas, dignitates, & officia, gradus, honores, administrationes & munera in ipsa Congregatione obtinenda perpetuò inhabiles declaravimus, & obtentis per eos prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privavimus, ac privatos voce tam activa, quam passiva carere decrevimus & declaravimus.

*Exordium.*

§.2. Atque in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub censuris læ sententiæ pœna omnibus dicti Ordinis, & Congregationis Superioribus & Prælatibus, quocumque titulo nuncupatis, etiam Præfidentibus, & Patribus distinctioribus, tunc præsentibus & futuris præcepimus, districteque mandavimus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, nec favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam secularium quam Ecclesiasticorum, extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædictæ Congregationis promovendi, vel pœnas aliquas remittere auderent vel præsumerent, & aliis prout in nostris desuper in simili forma brevibus, sub die 27. Julii 1605. expressis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

*Quibus summo  
quæ non ob  
stantibus.*

§.3. Nos qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica regularisque disciplina pristino candori restituatur, ac hujusmodi ambitionis malum, ne altius serpat, per amplius providere volentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omnibus & singulis Monachis dicti Ordinis & Congregationis, cujuscumque status, gradus, conditionis, præminentie, qualitatibus, & dignitatis existentibus, ne de cætero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Congregationis assequenda, ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam secularium quam Ecclesiasticarum, de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, & quacumque seculari dignitate fungentium favores recurrant, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directè vel indirectè, palam vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspirant, vel aliis minus legitimis & honestis rationibus ea obtinere quærant, aut etiam sponte oblati favoribus, & minime conquisitis utantur, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis læ sententiæ pœna per contrasacientes ipso facto incurrenda, districtè præcipimus, mandamus, ac prohibemus.

*Publicatio  
hujus constituti  
onis in Con  
gregatione  
sua, ut  
omnes  
sciant.*

§.4. Non obstant. præmissis, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obtare, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si prædictis Monachis, vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab Apo-

stolica sit Sede indultum, quod interdicti, &c. mentionem.

§.5. Ut autem harum literarum notitia ad omnes d. Ordinis & Congregationis Monachos facilis deveniat, volumus illas in Monasteriis d. Congregationis publicè legi, illasque in Monasteriis hujusmodi lectas sic arctare, ac si legitime unicuique innotuissent.

*Hanc legem  
in Monasteriis  
publicè  
legi mandat.*

§.6. Illarumque exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Præfidentis ipsius Congregationis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eandem prorsus fidem haberi, quæ præsentibus haberetur, si eadem exhiberentur.

*Transumptis  
quæ credi  
jurer.*

Dat. Romæ apud S. Petrum, &c. die 30. Martii 1613. Anno 8.

*Dat. P. An. 8.  
30. Martii.*

Declaratio super reformatione scrutini in Superiorum electionibus, Ordinis Eremitarum S. Augustini.

LXXX.

*Alia qua hunc Ordinem concernunt, indicavi hic sup. in const. 48. Admonemus, & const. 76. Sedis, vide etiam aliam const. hujus Pont. inf. num. 93. Provisionis.*

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

*Edicta An. D.  
1614.*

Pastoralis nostra sollicitudo nos admonet, ut ea quæ Regularium sub sancto religionis jugo Deo militantium felici regimini conducunt, præsertim in Superiorum & Officialium, à quibus rectæ eorum Ordinum administratio maxime pendet, electionibus, observari omnino curemus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

*Exordium.*

§.1. Siquid ut Prioris generalis, aliorumque Officialium Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, tam in proximo generali in domo regulari S. Augustini de Urbe, quam in aliis ubilibet perpetuis futuris temporibus celebrandis Capitalis electiones, cum zelo honoris Dei, & regularis discipline observantiæ utilitate & incremento rectè in Domino fiant, sublatis iis quæ libertatem in ferendis suffragiis tollere, aut quomodolibet minuire possent, Motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac meta deliberatione nostris, de que Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium perpetuò statuimus & ordinamus, ejusdem Prioris generalis, & quorumcumque Superiorum, & aliorum Officialium d. Ordinis in proximo prædicto generali, & aliis quibuscumque Capitulis electiones per secreta & clausa suffragia fieri debere, quæ aperiri & legi non possint, nisi postquam omnes qui suffragaturi sunt, suffragia tulerint, ita ut illi qui vota recipiunt, aut electioni assistent, intelligere, aut scire non possint in cujus favorem quique suffragatus fuerit: in reliquis verdè ejusdem Ordinis constitutiones ab Apostolica Sede approbatas servari debere præcipimus & mandamus, decernentes irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari.

*Electiones  
Prioris generalis  
& aliorum  
Officialium  
in domo  
regulari  
S. Augustini  
de Urbe  
et in aliis  
ubilibet  
celebrandis  
Capitalibus  
electionibus  
cum zelo  
honoris Dei  
& regularis  
discipline  
observantiæ  
utilitate &  
incremento  
rectè in  
Domino  
fiant.*

§.2. Non obstant. quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac d. Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque apud Nos, & Sedem Apostolicam pro tempore existentibus Protectoribus, & Præfidentibus in dictis Capitulis, & quibusvis aliis Superioribus & personis, per Nos, seu quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Quibus summo  
quæ non ob  
stantibus.*

§.3. Volumus autem & decernimus, ut præsentibus nostræ in Congregatione vocalium ante electionem ejusdem proxime futuri Prioris generalis ad hunc effectum con-

*Publicatio  
hujus constituti  
onis in Con  
gregatione  
sua, ut  
omnes  
sciant.*

canda publicatæ, obligent & adstringant perinde ac si singulis personaliter intimatæ fuissent.

Dat. P. An. 9. die 16. Maii. 1614. Pontif. nostri anno 9.

Sequitur declaratio dictæ Constitutionis.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Dubiorum propositio.

§. 4. Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet; Pastoralis, &c. ut supra. Cùm autem ex eo quod in constitutionibus d. Ordinis inter cætera cavetur, quod in electione Prioris generalis huiusmodi, Scriba in paucis schedulis scribat plura nomina, & cognomina diversorum Patrum ab Electoribus petita, & quod unusquisque ex Electoribus petat plura nomina diversorum in diversis schedulis scribi, ex quibus illam tantum mittat in bussula in qua fuerit nomen, & cognomen illius Patris, quem ipse voluerit in Priorem generalem eligere, dubitari contigerit, an per constitutionem nostram superscriptum Scribæ ministerium huiusmodi sublaturum fuerit, ita ut nomina diversorum Fratrum ab Electoribus petita, per Scribam in diversis schedulis, ut præfertur, scribi amplius non possint. Et præterea quoniam Nobis innotuit electiones Priorum Provincialium & Conventualium, aliorumque Officialium in Capitulis generalibus, & provincialibus respectivè per secreta & clausa suffragia, ut præfertur, hoc est per secretas schedulas ob eorum multitudinem difficile fieri posse.

Declaratio quod prædicta electione fiat absque Scriba.

§. 5. Nos licet constitutio nostra prædicta satis aperta sit, ad omnem tamen ambigendi occasionem tollendam, omnesque interpretationes Conc. Trid. decretis, nostræque menti & secretæ electioni contrarias penitus arcendas, & prohibendas, & ad amputandam quascumque difficultates, quæ possent in prædictis electionibus exoriri, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, Scribæ ministerium prædictum, tam in electione Prioris generalis, quam aliorum quorumcumque Superiorum & Officialium huiusmodi adhiberi minime posse, sed electiones prædictas absque eius ministerio, & omnimodè secretas, juxta decreta prædicti Conc. Trid. esse debere.

Aliorum an- t- m per scribas secretas.

§. 6. Insuper electiones Priorum Provincialium & conventualium, aliorumque Officialium (Prioris & Procuratoris generalium, ac Assistentium in generalibus, necnon similiter Provincialium, & Diffinitorum in Provincialibus Capitulis, electionibus dumtaxat exceptis) per secretas scribas fieri posse decernimus pariter & declaramus.

Clausula sub- lata, &c.

§. 7. Sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate surgentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, similiter decernimus.

Clausula de- rogatoria.

§. 8. Non obstantibus omnibus illis, quæ in literis nostris prædictis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio qua sufficiat.

§. 9. Volumus autem ut præsentibus nostræ in Capitulo conventuali domus S. Augustini de Urbe, in quo Prior generalis, ac Procurator etiam generalis dicti Ordinis, necnon Assistentes esse debeant, lectæ & publicatæ perinde omnes afficiant, ac si in Capitulo generali publicatæ, & legitime intimatæ fuissent.

Transumptio- rum fides.

§. 10. Utque earum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. A. 10. die 14. Julii.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 13. Julii 1615. Pontificatus nostri anno 10.

LXXXI. Regimen & administratio Scholarum Piarum in Alma Urbe ad pauperes gratis erudiendos institutarum, & ubicumque instituendarum, Congregationi Clericorum secularium B. Mariæ perpetuò demãdatur, ipsaque Congregatio B. Mariæ Dei de cætero nuncupari decernitur.

Congregationem istam pridem ab Episcopo Lucensi in ea Civitate institutam, approbavit Clemens VIII. in ejus const. 123. Ex quo divina, hic sup.

Mox alia pro feliciori hujus Congregationis regimine decernere intendit hic Sanctissimus Pontifex, sed usque modò ejus desuper constitutio firmata non fuit.

Erexit postea hic idem Pont. Congregationem Clericorum Pauperum Matris Dei nuncupatorum, ad pauperes scholares piè, & absque ullo præmio docendos, in Const. 101. Ad ea, hic inf. ubi alias Constitutiones de eadem Congregatione postea in Religionem erecta videre poteris.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita 1614.

Inter pastoralis officii curas, quæ Romani Pontificis animum assidue sollicitum habere debent, illa non mediocriter esse dignoscitur, ut Christi fideles piis motibus, & doctrina imbuantur.

Exordium

§. 1. Quapropter ut pium, ac maxime laudabile opus pauperes erudiendi, & instituendi in Alma Urbe nostra pridem divina gratia institutum, in dies magis ad Decem gloriam promoveatur, pro nostri muneris debito libenter procuramus, & cum operati religiose zelo labores suos in agro Domini tam fructuosè impendere cupientes se offerunt, Apostolicæ auctoritatis favore prosequimur, ac præsidio communitus, & aliàs disponimus, prout conspicimus salubriter in Domino expedire.

Quia in Scholam Piarum pauperum prius ab infirmis

§. 2. Sanè cum sicut accepimus, opus piarum Scholarum à Nobis in Urbe nostra ad pauperes erudiendos & instituendos erectarum uberes fructus ferat, operæ pretium esse duximus providere, ut pium ac salubre institutum huiusmodi perpetuò duret, quod facile Deo adjuvante successurum speramus, si dictarum Scholarum cura alicui personarum Ecclesiasticarum Congregationi, in qua personarum idonearum verisimiliter defuturæ non sunt, committatur.

Perpetua in Urbe nostra ad pauperes erudiendos & instituendos

§. 3. Cum verò, sicut dilectorum filiorum Præpositi generalis, & Clericorum secularium Congregationis B. Mariæ, necnon Præfati dictarum Scholarum nomine nobis nuper expositum fuit, Præpositus generalis, & Clerici præfati, Christiana charitate ducti, sese onus huiusmodi suscepturos obtulerint, & habito desuper tractatu de consensu Venerabilis fratris nostri Benedicti Episcopi Prænestini, Cardinalis Justiniani nuncupati, eorumdem Scholarum Protectoris, cum eodem Præfato ad infra scriptas condiciones devenerint, videlicet quod Scholarum præfatarum cura, regimen & administratio Præposito & Clericis d. Congregationis pro tempore existentibus perpetuò incumbat, ipse tamen Præfatus vita sua durante in huiusmodi officio Præfati dictarum Scholarum, & alii qui in domo earumdem Scholarum ad præfens reperiuntur, etiam vita eorum durante, possint & debeant secundum suas proprias constitutiones ibi permanere: illis autem vita functis, seu inibi permanere recusantibus, in eorum locum non alii, quam qui juxta regulas d. Congregationis à sel. rec. Clemente Papa VIII. prædecessore nostro confirmatas, servare voluerint, admitti debeant.

Præfati in Urbe nostra ad pauperes erudiendos & instituendos

§. 4. Insuper ut tam in dictis Scholis piis in Urbe præfata erectis, quam in aliis in eadem Urbe pro tempore erigendis, pauperes dumtaxat cum fide Parochi de eorum paupertate, necnon filii nobilium, quorum familiarum ad inopiam redactæ fuerint, cum fide eorum Confessorum, vel alterius personæ fide dignæ admittantur, in iisque gratis, & absque ullo præmio, propter charitatem & Dei amorem erudiri debeant.

Quia in Scholam Piarum pauperum prius ab infirmis

§. 5. Quare nos dictæ Congregationis Clericos utiles fore operis huiusmodi ministros firmiter in Domino sperantes, ac Præpositi & Clericorum præfatorum promptam ad præmissa voluntatem plurimè in Domino commendantes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat

Præfati in Urbe nostra ad pauperes erudiendos & instituendos

taxat consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon dictam Congregationem, illiusque Præpositum & Clericos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, Apostolica auctoritate tenore presentium Præposito, Clericis, & Congregationi prædictæ, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus MATRIS DEI nuncupari, ac illius Præpositis & Clericis nunc & pro tempore existentibus, sub regulis & constitutionibus ejusdem Congregationis à dicto Clemente prædecessore confirmatis, quibus, necnon ejusdem Congregationis privilegiis præjudicare non intendimus, exceptis iis quæ presentibus contrariæ sunt, militare debeant, curam, regimen, & administrationem dictarum in Urbe erectarum, & aliarum piarum Scholarum pro tempore erigendarum, cum supradictis conventionibus, dictis Præposito, Clericis, & Congregationi auctoritate & tenore presentis perpetuè committimus, & demandamus. Ita quod liceat Præposito & Clericis præfatis præfatarum Scholarum hujusmodi, & aliarum simul atque erectæ fuerint, illarumque bonorum & reddituum quorumcumque corporalem, realem & actualem possessionem capere, & apprehendere, ac de illis in Scholarum earundem beneficium disponere.

§. 6. Decernentes presentes literas, & in eis contenta quæcumque semper & perpetuè valida, firma, & efficacia fore & esse, dictisque Præposito & Clericis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

§. 7. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales judicari & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, ac consuetudinibus, illis præsertim, quibus cavetur expresse, quod Clerici dictæ Congregationis novas domos, cum obligationibus docendi adolescentiam rudimenta Grammatices, aut literas humaniores, & cum aliis quibusvis obligationibus quibus Clerici hujusmodi extra Ecclesiam inservire teneantur, recipere non possint: privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis in contrarium præmissorum sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis concessis, confirmatis & innovatis, quibus omnibus & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 14. Januarii 1614. Pont. nostri anno 9.

XXXII. Prohibitio de pecuniis Montium Pietatis Status Ecclesiastici ad alium quam ab eorum erectione destinatum usum, absque Sedis Apostolicæ licentia quocumque modo disponendi.

Hujusmodi Montium institutiones licitas probavit Leo X. in constitut. 11. Inter, lib. 1. & eorum administrationis rationem Ordinarius locorum reddendam esse censuit Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 9. De Monte autem in Urbe constituto attende Gregor. XIII. constitut. 49. Inter, lib. 2. ubi notavi.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Onerosa pastoralis officii cura, meritis licet imparibus nobis ex alto commissa postulat, ut bonorum quorumcumque, miserabilium personarum subventioni destinatorum conservationi consulamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, pecuniæ Montium Pietatis nuncupatorum Status nostri Ecclesiastici ad usus pauperum mutuè dandæ, in alios usus avertantur, & in dies minuantur.

§. 2. Nos huic malo opportuno remedio quantum cum Domino possumus providere volentes, motu proprio, &

Bullar. Mag. Tom. III.

ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, universis, & singulis Montium Pietatis hujusmodi Præsentibus, Protectoribus, Defensoribus, Administratoribus, Deputatis, & Officialibus quibuscumque, necnon Communitatibus, Universitatibus, & earum etiam Officialibus quorumcumque Civitatum, terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici, quacumque dignitate fulgentibus, etiâ si Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, S.R.E. Cardinales, etiâ de latere Legati existant, ne de pecuniis ad dd. Montes quomodolibet spectant, & pertinent, ac tam pro sorte principali à principio illis assignatis, quàm pro d. sortis augmento postea acquisitis, in alios quàm pauperum usus, juxta modum & formam in erectione dd. Montium præscriptam, absque nostra & Sedis Apostolicæ licentia, sub quovis prætextu vel quæsito colore, & cum obligatione intra quocumque breve tempus restituendi, disponere præsumant, tenore presentium prohibemus.

§. 3. Quod si quis contra hanc nostram prohibitionem venire præsumperit, Cardinales quidem, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi suspensionis, aliz vero inferiores personæ excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo absolvi possint.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§. 5. Volumus autem quod presentis prohibitionis copia in loco publico Montium Pietatis hujusmodi, ut ab omnibus legi possit, continuè affixa remaneat.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 5. Februarii 1615. anno 10.

Quæ servare debeant Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati in admittendis Novitiis ad habitum, & professionem Religionis.

Congregationem istam omnium primus approbavit Clem VII. in sua const. 37. Votis, ubi alia de hac Congregatione tibi indicavi. Quibus adde quod hic Pontifex nos videm Congregationem indultum concessit nova Monasteria de sola Ordinariorum licentia fundandi, sup. in const. 64.

Quo verò ad receptionem & educationem Novitiorum attende etiam const. 71. Sixti V. lib. 2. & const. 3. Greg. XIV. Circumspecta, lib. 2. necnon const. 83. Clem. VIII. hic sup.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias fel. rec. Sixtus Papa V. prædecessor noster a modum, & formam admittendi Novitios ad habitum, & professionem regularem præfatis, & antea de super editam suam constitutionem medians, inter alia concessit, ut in qualibet Provincia saltem duo, vel si commodè fieri posset, tria, aut plura Monasteria, seu domus regulares deputarentur, quarum, seu quorum Superiores infra annum saltem, ad inquisitionem super Novitiis facien. & ad ipsos religiosos juxta formam ejus prioris constitutionis recipiendos, & alia in eadem constitutione contenta peragenda insimul congregarentur, prout in ejusdem Sixti prædecessoris sub plumbo desuper expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenè continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii Præpositus Generalis, & Clerici regulares Congregationis Clericorum regularium S. Pauli Decollati Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Novitios ad habitum & professionem prædictos, juxta literarum prædictarum tenorem, non nisi magno cum incommodo, propter nimiam eorum domorum regularium ab se invicem distantiam recipere non possint, in regularibus verò eorum institutis Apostolica auctoritate confirmatis caveatur expresse, ne Novitii in Congregatione prædicta ad habitum, & professionem absque consensu & voto d. Præpositi & quatuor Assistentium recipi possint, indeque piæ mem. Sixti prædecessoris circa præmissa intentioni satis prospectum esse videatur.

D d §. 3 N. bis

in alios quam ab eorum erectione destinatum usum committendi.

Contractio n. entium p. na.

Derogatio d. trariorum.

Fides transumptorum.

Dat. P. A. 10. die 5. Febr.

LXXXIII.

Edita An. D. 1615.

Cujus Pontificii menti si infari videtur ex inquisitione quam ista Congregatio fecit, secundum eum institutum auctoritate Apostolicam.

in litera...

quæcumque...

etiam causarum...

Hujusmodi...

Dat. Romæ...

Edita An. D. 1615.

ad perpetuam...

quæcumque...

etiam causarum...

Bullar. Mag. Tom. III.

*Dissergo Congregatio huic Pontifici supplicanti pro opportuna provisione.*

*Qui eidem Congregationi indulget, Novitius de voto Praepositi generalis, & quatuor Assistentium ad habitum, & religionem admitti, sicut in reliqua forma d. bulla sexti v.*

*Contrariusque derogat.*

*Dat. P. A. 10. die 21. Febr.*

**LXXXIV.** Institutio Studii generalis in Collegio per Theodorum Episcopum Paderbornen. & Sacri Imperii Principem, ad Catholicæ fidei, ac bonarum artium profectum in Civitate Paderbornensi erecti, sub regimine Societatis Jesu, cum privilegiorum, & gratiarum largitione.  
**PAVLVS PAPA V.**  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Edita An. D. 1615.*

*Studiorum universitatum commendatio.*

*Theodor. Episc. Paderbornen. Sacri Imperii Principis, Collegium Societatis Jesu, à Praeposito generalis d. Societatis regendum, ad religionem, & bonas artes in sua Civitate Paderbornen. concessit, & adhibuitque dispensationes ad hoc.*

*Et in d. Collegio universitatem Studii generalis Theologia, Philosophia, &c. ad Catholicam fidem profectum ab illi Pontifice institui possit.*

§. 3. Nobis propterea Praepositus & Clerici praedicti humiliter supplicati fecerunt, quatenus sibi in praemissis, ut infra, indulgere, aliasque desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur Praepositum, & Clericos praedictos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis regularium praepositorum consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in praedicta Congregatione Novitii ad habitum, & professionem regularem ejusdem Congregationis, cum consensu & voto illius Praepositi generalis, & quatuor Assistentium praedictorum, servata in reliquis praedictarum literarum forma, recipi & admitti liberè & licitè, ac validè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 5. Non obstantibus literis praedictis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Marian Majorem, sub annulo Piscatoris, die 21. Febr. 1615. Pont. nostri anno 10.

poralium rerum damno proficiscuntur, & in tota veteri Saxonia nullam adesse Academiam Catholicam, & propterea, ut religionem Catholicam, quae in locis sibi subiectis, & vicinis Episcopatibus viget, conservet, & ubi collapsa est, hac potissima ratione restituat, ac suos subditos, & vicinos quamplurimos ad literarum studia, & navandi bonis literis operam excitet, Universitatem Studii generalis, in qua duae facultates, Theologia, & Philosophia, cum Scholis linguae Latinae, Graecae, & Hebraeae, sub cura tamen, regimine, & administratione dictae Societatis Praepositi generalis, & Clericorum ejus, seu personae à dicto Praeposito generali deputandae doceantur, seu legantur, sufficientibus redditibus per eum dotandam, ac competentem habitatione, aliisque rebus necessariis ei providendum, per nos erigi, & institui summo opere desideret, Nobis idcirco humiliter supplicati fecit, quatenus subditorum suorum saluti & commodo consulendo, in dicta Civitate, ac aedibus ipsius Collegii Universitatem in qua Societatis praedictae Religiosi Theologiam, Philosophiam, & ingenuas artes praedictas publice profiterentur, & juvenes quoscumque docerent, Apostolica auctoritate perpetuè erigere, & instituere, aliasque in praemissis opportunè providere de benignitate Apost. dignaremur.

§. 3. Nos igitur Theodorum Episcopum à quibusvis, & ceteris censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex nunc, prout postquam dictus Theodorus Episcopus sufficienter redditis ad infrascripta de suo attribuerit, & de rebus necessariis providerit, in Civitate praedicta, ac aedibus dicti Collegii, ubi nunc Scholae sunt, seu forsitan in ampliore formam construentur, Universitatem Studii generalis, in qua Religiosi dictae Societatis Theologiam, necnon Philosophiam, tam Scholasticam quam positivam, naturalem, ac moralem, linguas Latinam, Graecam, & Hebraeam, aliasque ingenuas artes praedictas publice profiteantur, ac juvenes quoscumque doceant, ad instar aliarum Universitatum Studiorum generalium, tam in Transalpinis Provinciis, & Regnis, quam alias ubilibet erectarum, Apostolica auctoritate praedicta tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituimus, sine tamen alicujus praepjudicio.

§. 4. Ipsamque Universitatem, & Studium generale sic erectum & institutum, curae, regimini & administrationi dictae Societatis, & illius Praepositi generalis, seu ab eo deputandi, qui totius Universitatis Rector existat, praedicta auctoritate etiam perpetuè supponimus, & submitimus.

§. 5. Ac eidem Universitati, illiusque Rectori, Magistris, Scholasticis, aliisque praedictis universis & singulis, ut omnibus & quibuscumque privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, praerogativis, honoribus, & praeminentiis hujusmodi Universitatibus, illarumque pro tempore existentibus Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Praeceptoribus, Scholasticis, Procuratoribus, Bidellis, Nunciis, Officialibus, Ministris, & aliis personis, in genere vel in specie, tam praedicta, quam Imperiali, Regia aut Ducali auctoritatibus, & aliis pro tempore quomodolibet concessis, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, ac aequè principaliter in omnibus & per omnia uti, potiri & gaudere.

§. 6. Et insuper Rectori ejusdem Universitatis, & Collegii pro tempore existenti, ut illos, quos in ipsa erecta Universitate, vel etiam alibi in alia quavis Catholica per debitum tempus studuisse, ac scientiae & moribus idoneos esse repererit, in praedictis facultatibus artium & Theologiae, ad Baccalaureatus etiam formati, Licentiatum laureae, ac Doctoratus, necnon Magisterii gradus (servata in omnibus forma decretorum Viennen. & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus) & aliis juxta Universitatum aliorum Studiorum generalium consuetudines, & erectae Universitatis statuta promovere, & ipsorum graduum solita insignia eis exhibere.

§. 7. Utque ad dictos gradus sic per illum promoti, postea publicè & privatim, etiam in omnibus aliis Universitatibus Studiorum generalium facultates praedictas interpretari, & alios docere, & de eis disputare, gradui seu gradibus hujusmodi convenien. actus exercere, ac omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, praerogativis & indultis, quibus alii in praedictis, seu aliis Universitatibus

*Quibus illud est.*

*Reposita Societatis.*

*Privilegia, quae sunt Societatis, hujusmodi Collegii, quae in eorum.*

*Reposita facultatis, pro modo ad gradum, hujusmodi Collegii, quae sunt.*

*Privilegia, quae sunt in aliis, hujusmodi Collegiis, quae sunt.*



statibus, & alibi juxta illarum constitutiones & mores, ad gradus prædictos promoti, de jure vel consuetudine utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterunt in futurum, in omnibus & per omnia, perinde ac si gradus ipsos in Vniuersitatibus hujusmodi juxta illarum mores & consuetudines rite suscepissent, uti, potiri, & gaudere.

§. 8. Necnon pro tempore existentis dictæ Societatis Præpositi generali, ut per se vel ad Collegii, & erectæ Vniuersitatis Rectorem, aut alium seu alios, pro salubri & utilitate Vniuersitatis directione, ac Receptoris, Magistrorum, Procuratorum, Bidellorum, Nunciorum, ac aliorum Ministrorum & Officialium muneribus & functionibus, modoque & forma docendi, & alias sua officia exercendi, & Scholasticorum mantentione, quæcumque statuta & ordinationes, licita & honesta, ac sacris Canonibus & Concilii Tridentini decretis, & constitutionibus Apostolicis non contraria, edere & promulgare, eaque pro tempore, rerum & personarum qualitate mutare, corrigere, & reformare, seu illa cassare & abrogare, ac alia de nouo edere, & super illorum obseruatione pœnas ejus arbitrio imponere. Dictæque Vniuersitatis Doctores, Magistros, Lectores, Scholasticos, Procuratores, Bidellos, aliosque Ministros, & Officiales eligere & amouere, seu electiones factas confirmare licite valeant, auctoritate & tenore prædictis etiam perpetuo concedimus & indulgemus.

§. 9. Necnon domum, bona & jura à dicto Theodoro Episcopo, ut præfertur Collegio, & illius Vniuersitati per præsentem erectæ prædictis concessa & donata, ac etiam concedenda & donanda, auctoritate & tenore similibus itidem perpetuo applicamus & appropriamus.

§. 10. Præsentem vero nostras literas de nullitatis vitio notari seu impugnari, infringi, limitari, seu in jus vel controuersiam vocari, aut aduersus eas quodcumque juris & facti vel iustitiæ aut gratiæ remedium intentari, impetrari vel concedi nullatenus vnquam posse, sed illas semper & perpetuo aduersus quacumque impugnationes & exceptiones validas & efficaces fore & esse, suoque plenarias & integros effectus sortiri, & obtinere debere.

§. 11. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam caularum Palatii Apost. Auditores, ac S.R.E. Cardinales iudicari, &c. attentari decernimus.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die 2. Aprilis 1615. Anno decimo.

Proposito Gen. ...

ma & jura ...

Et ita, & non ...

Constat quoque ...

D. P. An. 10. ...

LXXXV. Edita An. D. 1614. ...

Emendatum. ...

Has V. Br. ...

Constitutio Ritualis Romani in administratione Sacramentorum, aliisque Ecclesiasticis functionibus inuiolatè seruandi.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ Sedi per abundantiam diuinæ gratiæ, nullis suffragantibus meritis præpositi, nostræ sollicitudinis esse intelligimus, super vniuersam domum Dei ita invigilando intendere, ut opportunis indies magis rationibus prouideatur, quo sicut admonet Apostolus, omnia in ea honeste, & secundum ordinem fiant, præcipuè vero quæ pertinent ad Ecclesiæ Dei Sacramentorum administrationem, in qua religiose obseruari Apostolicis traditionibus, & Sanctorum Patrum decretis constitutos ritus, & ceremonias pro nostri officii debito curare omnino tenemur.

§. 1. Quamobrem fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster, hujus nostri, tunc sui officii memor, ad restituendam sacrorum rituum obseruationem in sacrosancto Missæ sacrificio, diuinoque officio, & simul ut Catholica Ecclesia in fidei unitate, ac sub vno visibili capite beati Petri successore Rom. Pont. congregata, vnum splendidi, & orandi ordinem, quantum cum Domino poterat, teneret, Breuiarium primum, deinde Missale Romanum multo studio & diligentia elaborata, pastorali prouidentia edenda censuit.

Bu. lar. Magni Tom. III.

§. 2. Cuius vestigia eodem sapientiæ spiritu sequutus similis mem. Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster, non solum Episcopis, & inferioribus Ecclesiæ Prælati accuratè restitutum Pontificale dedit, sed etiam complures alias in Cathedralibus, & inferioribus Ecclesiis ceremonias promulgato Ceremoniali ordinavit.

§. 3. His ita constitutis, restabat, ut vno etiam volumine cõprehensi sacri, & sinceri Ecclesiæ Catholicæ ritus, qui in Sacramentorum administratione, aliisque ecclesiasticis functionibus seruari debent, ab iis qui curam animarum gerunt, Apostolicæ Sedis auctoritate prodiret, ad ejus voluminis præscriptum in tanta Ritualium multitudine sua illi ministeria, tanquam ad publicam & ob signatam normam peragerent, vnoque ac fideli ductu, inoffenso pede ambularent cum consensu. Quod sanè jam pridè agitatum negotium posteaquam generalium Conciliorum Græce, Latineque diuina gratia editorum opus morari desinit, sollicitè vrgere nostri muneris esse existimauimus. Ut autem rectè, & ordine, ut par erat, res ageretur, nonnullis ex Ven. fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus pietate, doctrina, & prudentia præstantibus ea demandauimus, qui cum consilio eruditorum virorum, variisque, præsertim antiquis, & quæ circumferuntur, ritualibus consultis, eoque in primis, quod vir singulari pietatis zelo, & doctrina bo. me. Iulius Antonius S.R.E. Cardinalis Sanctæ Seuerinæ nuncupatus, longo studio, multaque industria, & labore plenissimum composuerat, aebusque omnibus maturè consideratis, demum diuina aspirante clementia, quanta oportuit breuitate, Rituale confecerunt, in quo cum receptos, & approbatos Catholicæ Ecclesiæ ritus suo ordine digestos conspexerimus, illud sub nomine Ritualis Romani merito edendum publico Ecclesiæ Dei bono iudicauimus.

§. 4. Quapropter hortamur in Domino Ven. fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios eorum Vicarios, necnon Abbates, Parochos vniuersos, vbique locorum existentes, & alios, ad quos spectat, ut in posterum tanquam Ecclesiæ Romanæ filii ejusdem Ecclesiæ omnium Matris, & Magistræ auctoritate constituto Rituali in sacris functionibus vtantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Ecclesia, & ab ea probatus vsus antiquitatis statuit, inuiolatè obseruent.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Iunii 1614. Pontificatus nostri Anno 10.

Clem. VIII. Pontificale primo in consuetudine ...

Prælati & alios, ut in functionibus ...

Dat. P. A. 10. die 17. Junii.

Erectio Capellæ in Basilica S. Mariæ Majoris de Vrbe, & ad illam translatio Sacræ Imaginis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, cum Prioratus, Capellaniarum, & Clericatum, ac Jurispatronatus institutione, annuorumque reddituum assignatione, & Cardinalis P. orectoris jurisdictione.

In hac eadem Basilica, & è conspectu hujus Capellæ olim adificata fuit altera Capellæ Præsepis D. N. I. J. u. I. b. r. i. s. t. i, cum non ab simili Jurispatronatus, protectionis, jurisdictionis, que ac beneficiorum institutione, à Sixto V. ut supra in ejus constitutione 58. Gloriosa, lib. 2.

PAVLVS PAPA V. Seruus Seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Immensæ bonitatis creator omnium Deus, cujus admirabili prouidentia cuncta reguntur, cum ita dilexisset mundum, ut pro illius redemptione dare decreuisset Filium Vnigenitum, ad tam magnum & ineffabile implendum mysterium, ex omni creatura Mariam Virginem purissimam atque sanctissimam de Regis stirpe prælegit. Hinc Spiritus sancti virtute ei sicut pluvia quæ de rore cæli in vellus descendit, obumbrante, fecit Vnigeniti sui Genitricem, vnaque cum vberima fecunditate florem Virginitatis illibatam perpetuo conservauit, cuius virtutem & pulchritudinem Sol & Luna mirantur, natura obstupescit, infernus quoque contremiscit. Ipsa enim tot figuris, tot Prophetarum visionibus, ac vaticiniis antea præmonstrata, & à Sanctis Patribus diu expectata, tandem veniens splendore virtutum & gratiarum omnium

Edita An. D. 1615.

Edita An. D. 1615.

LXXXVI.

Edita An. D. 1615.

Beata Virgini aliqua ex pluribus meritis, & laudibus in præmissa constitutione ...

D d 2 ornata,

ornata, salutifera fecunditate sua liberavit nos a captivitate, ac serpentis capite contrito, sole amicta, lunam habens sub pedibus, victrix & triumphatrix, duodecim corona stellarum coronari, ac super choros Angelorum exaltata, Regina caeli & terrae appellari promeruit.

*Et quoque in suis operibus ad patriam semper habuisse, & san-ctissimam illius imaginem in Basilica S. Mariae Majoris de Vrbe asserunt praecipue coluisse vestras in illiusque profertur honoris novam in di-cta Basilica a fundamentis Capellam or-igare, & di-ctam imaginem ad ea transferre deliberavit.*

§. 1. Igitur dum praecelsa meritum insignia, quibus ipsa Virgo Dei Genitrix gloriosa sedibus illata sydereis, quasi Stella matutina refulget, Nos pie considerationis indagine persequamur, dum etiam intra pectoris arcana reuolvimus, quod ipsa vti Mater misericordiae pro Christiano Populo sedula exoratrix, & peruigil ad Regem quem genuit, intercedit, quodque eandem sacratissimam Virginem in omnium rerum difficultatibus, ac operibus nostris semper inuenimus adiutricem, ac innumera quae largitor Altissimus nobis contulit beneficia, piis illius precibus credimus accepisse, dignum quin potius debitum arbitramur, vt sicuti Redemptor noster, & Deus ipsam sacratissimam Virginem sublimavit in caelis, ita eam nos quantum possumus honoremus in terris. Atque vt Religionem quam semper erga ipsam Dei Genitricem animo inclusam tulimus, externi quoque cultus insigni testimonio aperiremus, cum alias eiusdem sacratissimae Virginis nomine & miraculorum splendore illustres Ecclesias semper in honore habuimus, tum in primis erga celeberrimam eius in Alma Vrbe Basilicam S. Mariae Majoris appellatam, & illius sacratissimam imaginem, quae inibi venerabiliter asseruatur, praecipua quadam, & pia devotione affecti sumus: etenim Imaginem hanc Christi fidelium religione semper claruisse, pluraque & insignia ex ea miracula prodisse antiqua monumenta testantur, ipsius vero Basilicae fundamenta ab eadem Virgine praecelso Nivis miraculo designata fuisse, vetus traditio docet. Plurimis item privilegiis & gratiarum, tam spiritualium quam temporalium titulis & praerogatiuis ipsa Basilica, ipsaque Imago a Beato Gregorio Magno, & aliis summis Pontificibus praedecessoribus nostris decorata reperitur, ac frequens ad eam non modò Romani Populi, sed exterarum Nationum devotus concursus accedit. Itaque vbi primum ad Apostolatus apicem euecti fuimus, singulari erga eandem Gloriosissimam Virginem & illius sacratissimam Imaginem praedictam devotione, & divina quadam inspiratione permoti, in illius honorem insignem Capellam a fundamentis extruere, & ornare, ac eandem Imaginem, quae in media dictae Basilicae Navi prope dextrum cornu Altaris maioris in ligneo ciborio marmoreis columnis elato colebatur, ad Capellam nouam praedictam transferre, & supra Altare eiusdem Capellae propterea erigendum honorificentius collocare deliberavimus, ipsamque deliberationem ex animo amplectentes & omni studio prosequentes.

*Capella insignem locum & ambitum elegit.*

§. 2. In primis locum opportunum pro Capella huiusmodi aedificanda, scilicet in navi dextra eiusdem Basilicae, vbi antiqua illius Sacristia existeret, ad conspectum alterius insignis Capellae ad Praesepe Domini, per saec. rec. Sixtum Papam V. praedecessorem nostrum a fundamentis erectae, & omnem illius ambitum circumstantem vsque in vias publicas elegimus, ac antiquam Sacristiam praedictam demoliri, & loco illius aliam in extrema penè Basilica sinistrorsum, structura, aedificio, ornatuque magnificentissimam & commodissimam, magna nostra impensa fieri curavimus, iactisque Capellae altissimis fundamentis, validissimisque & firmissimis muris illius ambitum vniuersum complectentibus fabricatis, Capellam nouam praedictam ad sui formam ereximus, ipsamque extrinsecus sublimi testudine plumbi laminae tegi, ac crustis Tiburtinorumque lapidum tegmentis ad maiorem illius roboris firmitatem vndique vallari, intus vero sedis marmoribus, ac versicoloribus lapidibus, & columnis pretiosis de longinquis partibus aduectis, egregiis quoque statuis marmoreis, & picturis a primariis seculi nostri sculptoribus, pictoribusque delineatis atque confectis magnificentissime ornari, nostra itidem, & quidem maxima impensa, etiam curavimus.

*In cuius praecipua parte altare marmoreo ex ultimis gemis suis praecipue in ipsius B. Virginis honorem erecti.*

§. 3. In praecipua vero parte ipsius Capellae nouae, Altare in honorem ipsius Beatae MARIAE Virginis, quatuor ex iaspide columnis aurata iunctura contextis, ac statuis aeneis superstantibus excultum ereximus, medium autem qui praedictis columnis intercipitur parietem

vbi locum sacrae Imagini designavimus, ceteris lapideis lazuli crustis inteximus, ibique locum instar fenestram aeneis Angelorum figuris auro micantibus circumseptum, ac pretiosis gemis vndique exornatum pro eiusdem sacrae Imaginis digna sede excidi ac aptari mandavimus.

§. 4. Duo praeterea minora Altaria siue Sacella eodem modo picturis & ornamentis magnifice exculta, ad ipsius Capellae nouae limina ab vtraque parte, vni delict sub S. Caroli Borromei, alterum vero sub S. Franciscæ, quorum nomina in Catalogo Sanctorum nobis descripta sunt, invocationibus institimus, super quae quatuor mansiones ad vsum & formam chori reliquimus, & in vna, quae est supra Altare ipsius S. Franciscæ, organum iussu nostro collocatum est.

*Ad Capellam limina ex vna parte S. Caroli Borromei, & ex altera S. Franciscæ.*

§. 5. Ad dictae vero Capellae nouae latera duo stident monumenta magnifice extruximus, quorum alterum ab vna parte pie mem. Clementi Papae VIII. etiam praedecessori nostro, cum praecipuis ab eo in suo Pontificatu gestis de marmore expressis erectum, & alterum è regione memores viae vniuersae carnis ad nostram sepulchram reservatum extruximus.

*In eodem Capella loco monumentum mem. Clem. VIII. posuit, aliud vero supra sepulchram referunt.*

§. 6. Item aliud sepulchrum in vestibulo dictae Capellae nouae, pro sanguine nobis conjunctis, & de parentela nostra pro tempore exist. ntib. sepeliendis fieri fecimus.

§. 7. Sacristiam quoque eidem Capellae nouae annexam ad illius vsum, necnon plures mansiones ad maiorem commoditatem adiunximus.

§. 8. Et deinde Capellam nouam praedictam, eiusdem Beatissimae Virginis ope adiuti, plurium annorum Pontificatus nostri curriculo, omni adhibita diligentia, nullis parentibus expensis absolvimus atque perfecimus, & ad ipsius Dei Omnipotentis, & eiusdem Gloriosissimae Virginis laudem & honorem, ac erga eam fidelis populi devotionem augendam, solemniter sexto Kalend. Februarii eiusdem Pontificatus Nostri Anno octavo sanctam imaginem praedictam, omnium S. R. E. Cardinalium cœtu, & Praetorum Romanae Curiae Capituliue dictae Basilicae, & fere totius Romani Cleri interuentu, ac fidelium vtriusque sexus multitudine astante, ac etiam nobis ipsis in Capella noua praedicta, in vna ex quatuor ad chori vsum destinatis mansionibus, sacris ceremoniis praesentibus, proque affectu cuncta aspicientibus, debita cum reuerentia & religione diligenter è loco vbi prius asseruabatur amoveri, & solemniter processione extra ipsam Basilicam per vias, & loca publica designata omnibus ostendendam, Hymnis, & Laudibus decantandis Clero vniuerso psallente circumferri, moxque in eandem Basilicam reportatam ad eandem Capellam nouam transferri, & supra Altare in loco seu tabernaculo, vt praefertur, in muro altè exciso, & ad id decenter aptato, inibi sub diligenti custodia, clausuraque religiosissime seruandam collocari etiam mandavimus.

*In vestibulo sanguine sepulchrum in pulchris locavit. Sacristiam ad Capellam pluresque ad maiorem commoditatem mansiones adificavit. Ad ipsam praedictam Virginis Imaginem transiit.*

§. 9. Quoniam vero maxime convenire censuimus, vt in hac Capella noua ipsa Beatissima Virgo, & illius Imago praedicta non solum in marmoribus, lapidibus, figuris, picturisque, imaginibus & ornamentis praedictis, sed etiam & multo magis in Missae sacrificio, veraque & actuali Corporis & Sanguinis D. N. IESU CHRISTI filii sui oblatione, diuinisque officiis iugiter honoratur, diuinusque cultus non temporalibus modò, sed spiritualibus quoque ornamentis, & rebus augeatur, in eadem Capella noua vnum Prioratum pro vno Priore, & duodecim Capellanias pro duodecim Capellanis perpetuis, ex quibus vnus Sacrista, & alius Camerarius etiam sint, necnon quatuor Clericatus pro quatuor Clericis amovibilibus ereximus, & instituimus, ac eidem Capellae nouae diversa secularia, & forsitan regularia beneficia Ecclesiastica vniuimus, illorumque fructus, redditus & proventus ac emolumenta in dotem assignavimus, vt infra.

*Pro eiusdem Imagini ratione iura ibidem & vniuersa officia iugiter celebrari decernit.*

Aliaque ideo hic enuocata praetermitto, quia aliter vt sequitur statuta fuerunt.

*Propter eandem Prioratum decem Capellanias, & quatuor Clericatus in te instituit, & ex illis Sacrista & Camerarium eligit ac Priorem etiam dignitate habere, ceteros omnes per ipsos referre, & aliud beneficium ad bi chonere posse decernit.*

§. 12. Et nihilominus praemissa, vt infra in melius declarantes, corrigentes, mutantes, ac illis addentes, & de super de nouo disponentes, in dicta Capella a nobis apud Basilicam praedictam, vt praefertur extructa, vnum Prioratum perpetuum, qui inibi dignitas existat pro vno praesbytero Sacerdote seculari, etiam alienigena, Priore perpetuo nuncupando, & duodecim perpetuas Capellanias pro







applicari veli trus. Si vero hujusmodi relicta, seu alia donata, & primodiæ Imagini, vel Capellæ, aut Altaribus prædictis, pro tempore de die, vel de diebus, de mens, casalia, prædicta, aut alia stabilia, seu emphyteutice sint, ad Basilicam ipsam, illiusque Capellæ, & Altarum spectent, ac spectare declaramus, & ordinamus, hæc tamen in statuimus, & declaramus, nisi ex legitimis, & iustis coniecturis, aut aliis constaret primæ disponentis devotionem esse, etiam stabilia, & pecunias de quibus supra, primodiæ Imagini, ejusque Capellæ & Altaribus prædictis relinquere, & ordinare, ita ut in primæ disponentis, & Capellæ, & Altarumque Altarium cetero modo, & honorem converti deberent, tunc enim primæ offerentis mentem, & voluntatem in primis, & ante omnia servari volumus, & mandamus. Cetera vero quæ in Anniversariis, & funeralibus supererant, pro duobus Capitulo & Capellanis, pro reliquis vero tertiam partibus Priori, Capellanis, & Clericis, supradictis distribuantur, pro ut eas distribui jubemus. Ipsa autem Anniversaria, & funeralsia quando fieri contingeret, non intra Capellam prædictam, sed extra eam in dicta Basilica in loco Patrono infra scripto benefico festo celebrari volumus & mandamus.

Prioris, Capellanis, & Clericis, eorumque Collegio communitatis, seu omnium privilegia, sumilibus personis & Collegiis competentia.

§. 44. Rursus Priori, Capellanis, & Clericis prædictis, illorumque Collegio, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præminentis, prærogativis, favoribus, facultatibus, indulgentiis, & aliis gratiis, tam spiritualibus quam temporalibus, quibus alii dignitates, Capellanias, & alia beneficia in dicta Basilica S. Mariæ Majoris, & aliis ejusdem Urbis Basilicis, & Ecclesiis pro tempore obtinentes, earumque Collegia de jure, vel consuetudine, aut ex privilegio, vel alias quomodolibet utuntur, potuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed æque principaliter, & pariformiter, in omnibus, & per omnia uti potiri, & gaudere libere, & licite valeant, Apostolica auctoritate, & tenore prædictis indulgemus.

Eximium Capellæ, Prioris, Capellani, clericis, & aliis ministris, eorumque bona à jurisdictione, correctione, & visitatione Urbis Vicarij, Basilicæ prædictæ Archiepiscopali, & quorumcumque aliorum Judicum.

§. 45. Præterea eandem Capellam, illiusque fabricam, & Sacristiam, necnon Priorem, Capellanos, Sacristam, Camerarium, Clericos, & alios Ministros, & personas ejusdem Capellæ pro tempore existentes, ipsamque Collegium, ac prædicta, ceteraque omnia, & quæcumque illius & eorum bona, mobilia, & immobilia, cujuscumque qualitatis, & quantitatis in dictis Urbe, & locis, & extra, ac alias vbiicumque locorum consistentia, ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate nunc, & pro tempore existentis Urbis Vicarij & Archiepiscopali dictæ Basilicæ S. Mariæ Majoris, ejusque Vicarij, & Capituli, & cujusvis Ordinarii loci, aliorumque quorumcumque Iudicum & Officialium in ipsa Urbe, vel alias vbiilibet constitutorum, perpetuo eximimus, & liberamus.

Datur Patrono facultas nominandi Cardinalem Protectorem ad eius libitum, & ipse Protector Capellæ colligatur Index prioris, & cetera.

§. 46. Ac prædictum Scipionem Cardinalem, illius vita durante, & eo vita functo, antiquiore ejusdem S.R.E. Cardinalem ex nostra, ac Francisci, & Marci Antonii prædictorum familia, & parentela, vel in ejus defectum alium Cardinalem acceptare volumus, quem etiã ex nunc requirimus, & hortamur, pro tempore existenti Patrono Capellæ prædictæ benevolumus, ac ad ipsius Patroni libitum & arbitrium toties quoties opus fuerit nominandum, & eligendum ejusdem Capellæ, illiusque fabricæ, & Sacristiæ, necnon Prioris, Capellanorum, Clericorum, Ministrorum, personarum, rerum, bonorum & jurisdictionem privatiuè, quoad Archiepiscopatum prædictum, & Urbis Vicarium, & etiam omnes alios quoscumque Romanæ Curie, & Urbis prædictarum, & alios quosvis Iudices quocumque nomine vocatos, & quacumque præminentia, etiam Cardinalatus, ac etiam Legati de latere, & alio quocumque honore, dignitate, præminentia, & auctoritate pollentes, Protectorem, ac defensorem, necnon Iudicem revocabilem perpetuo constituimus, & deputamus. Ac Vicario Urbis, necnon Archiepiscopato, & illius Vicario, ac prædictis, & aliis quibusvis etiam cujuscumque gradus, conditionis, & præminentie existentibus personis, & Urbis, ac Romanæ Curie prædictarum, & aliorum locorum Iudicibus, ne se in Capellam, illiusque fabricam, & servitium, ac Priorem, Capellanos, Clericos, Ministros, aut alias ejusdem Capellæ personas, ac

res, & jura quocumque, seu in futurum, & in futurum, occasione, & tempore, occasione, seu ortum cognitionem, etiam ratione, cujusvisque inicibilis compositionis, vel concordie, aut alias quocumque ingerere, seu decretum suum, vel auctoritatem interponere præsumant, distictius inhibemus.

§. 47. Præterea volumus, & declaramus, quod licet nullo de extra, & Francisci, ac Marci Antonii prædictorum parentela hujusmodi existente in Cardinalatus honore constituta, alius ad id, ut præfertur, electus, & nominatus Cardinalis nunc Protectoris hujusmodi subire & exercere incipisset, nihil minus si postmodum contigerit aliquem ex extra familia, & parentela prædicta ad Cardinalatus honorem assumi, is in ejusdem muneris susceptione, seu Protectoris gradu præferri debeat, & electio, nominatio, constitutio, & deputatio de cujusvis alterius persona in Protectorem hujusmodi facta, eo ipso cessare, & expirare censeantur.

Carissimi de familia prædictorum ad protectorem, & cetera.

§. 48. Necnon eidem Scipioni Cardinali moderno, & pro tempore existenti ejusdem Capellæ Protectori, qualiterque opportunas, & necessarias constitutiones, & ordinationes, statuta, & decreta, juxta prudentiam eidem Deo collatam pro primodiæ Imaginis veneratione, ejusque cultus conservatione, & augmento, tam circa tempora servitium præstandorum, ipsorumque Prioris, Capellanorum, Clericorum, & aliorum Ministrorum felicem directionem, ac onerum eis incumbentium supportationem, quæ in multis, purificationibus, & penarum contrariis negligentibus, & servitium debita omittentes, illarumque applicationem, ac super aliis omnibus quæ in præmissis ornatus, & singulis, ac præmissorum causa, & occasione necessaria esse judicabit, condendi, componendi, edendi, atque promulgandi, & postquam semel edita & promulgata fuerint, quoad Scipionem aut alios pro tempore existentes Cardinales Protectores, Patronos, ex se, quo vero ad alios Cardinales Protectores non Patronos, de Patroni consensu semel edita, & promulgata, prout in Decretis, ac toties quoties eis expedire videbitur, in parte, seu etiam in toto mutandi, & corrigendi, ac alia de novo edendi, & promulgandi, quæ semper, & perpetuo auctoritate nostra, ex hunc prout ex tunc, & contra valere, & servari volumus, decernimus, & mandamus.

Facultatem dandi firmam Protectori, & cetera.

§. 49. Necnon differentias, lites, & controuersias inter quascumque personas, tam Prioris, quam Capellanorum, & Ministrorum hujusmodi, ac aliarum personarum ejusdem Capellæ servitio vel ministerio addictarum, & earundem consortes, seu inter ipsos, & quosvis alios occasione personarum, & bonorum dictæ Capellæ pro tempore exortas, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, omni, & quacumque contradictione, interpellatione, appellatione, & recurso, in integrum restitutione, ac mora remotis, etiam privatiuè quoad Archiepiscopatum dictæ Basilicæ, & illius Vicarium, ac etiam Curie causarum Cameræ Apostolicæ, & Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Cameræ Clericos, & Thesaurarium generalem, ac ejusdem Urbis gubernatorem, Camerarium, & Vicecancellarium, necnon nostrum, & pro tempore existentem in ipsa Urbe in spiritualibus Vicarium generalem, atque omnes alios Curie, & Urbis prædictarum, & aliorum locorum quorumcumque ordinarios, & delegatos Iudices, nunc, & pro tempore existentes, cognoscendi, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, litesque & causas hujusmodi alibi introductas, motas, seu pendentes auocandi, reassumendi, ac quos, quibus, & quoties opus fuerit citandi, ac sub censuris ecclesiasticis, & quacumque præminentia, & pœnis pecuniariis ejus arbitrio imponendis, & moderandis inhibendi, pœnasque & censuras hujusmodi incurritur declarandi, ac servata forma Concilii Tridentini, aggrauandi, & reaggrauandi, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, ac denique eandem prorsus jurisdictionem, superioritatem & potestatem in Capellam prædictam, illiusque fabricam, Sacristiam, Altaria, & bona quæcumque, ac universas & singulas personas prædictas, in omnibus, & per omnia, quam pro tempore existentes dictæ Basilicæ S. Mariæ majoris Archiepiscopus, ejusque Vicarius in dictam Basilicam, illiusque Altaria, Capitulum,

Omnes, & cetera.

Canon

Canonicos Beneficiatos, & Clericos, vel Ministros, de jure vel consuetudine, ac privilegio, vel alias quomodolibet habere potest, & debet, sive in futurum poterit, & debeat, etiam quoad ea universa, & singula, quae expressione, & concessionem requirerent magis spectabilem, & quae in generali hujusmodi concessionem non comprehenduntur, seu non comprehendi dici possunt, libere exercendi plenam, liberamque damus, & concedimus, & confirmamus.

in  
capella  
pro  
tempore  
existens

§. 50. Scipioni Cardinali, & pro tempore existenti prioratus, & Capellae Praetorali, & defensori omnes, quascumque, & singulas stantias, mansiones, & habitationes, & Capellam nostram adjacentes, seu contiguas, & annuatim, & ad ambitum vel muros illius existentes fabricari fecimus ad hoc, ut de illis nunc, & quoadcumque ad eisdem Scipionis Cardinalis, & pro tempore existens Praetoris, vel familiarium, & domesticorum, & sibi servantium, seu aliarum personarum usum, & commoditatem ac servitium, & alias ad beneficium, & arbitrium suum liberè, & licitè absque aliqua recognitione, vel pensione, seu solutione illarum ratione, etiam praedictae Capellae, vel prioris, & Capellaniae, aliisque Ministris illius, seu Basilicae hujusmodi, aut cuiusvis alii faciendae disponere possit, liberumque earumdem stantiarum, mansionum, & habitationum usum, commoditatem & servitium, ita tamen quod in illis, tam in toto quam in parte nullus praeter Scipionem Cardinalem, & pro tempore existentem Praetorem, & defensorem hujusmodi, quovis praetextu, occasione, vel causa, seu ullo unquam tempore se ingerere possit, perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus.

in  
capella  
pro  
tempore  
existens

§. 51. Insuper circa Juspatronatus, & praesentandi, nominandique, eligendi, & deputandi antedictae reservationem, & seu Prioratus, ac Capellaniarum, & Clericatum hujusmodi, aliorumque praedictorum dispositionem de novo statuentes, vel statuendum censentes, praedicto Scipioni Cardinali praedictum Juspatronatus Capellae praedictae, ac ut supra, & infra praesentandi, eligendi, & deputandi, praedictamque dispositionem quoad vixerit faciendi, necnon eidem Scipioni Cardinali, tanquam Patrono, & Praetori, vita sibi comite, tam Prioratus quam omnium, & singularum Capellaniarum hujusmodi, tam ea prima vice ab ipsa eorum primae creatione, & institutione, apud Sedem praedictam vacantium, quam de cetero quibusvis modis, & quoruncumque, etiam nostrorum, & Romani Pontificis pro tempore existens, seu cuiusvis Cardinalis etiam viventis, familiarium continuorum commensalium, seu dictae Curiae Officialium, aut alias quomodolibet reservationem inducentibus personis, seu per liberas, vel ex causa permutationis, resignationis, jurium cessiones, etiam necessarias, vel simplices, de illis in dicta Curia, vel extra eam, etiam in nostris vel Romani Pontificis pro tempore existens manibus, etiam in dicta Curia, vel extra eam quomodolibet factas & admittas, aut assensionem alterius beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati, seu illa pro tempore obtinentium decessum, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationem, religionis ingressum, matrimonii contractum, ad Cathedralium Ecclesiarum vel Monasteriorum, etiam consistorialium, seu quancumque aliam promotionem, aut quomodolibet, & qualitercumque, etiam apud Sedem praedictam, & in dicta Curia, simul vel successive, toties quoties vacaturorum, plenam, & liberam collationem, & provisionem, ac omnimodam aliam dispositionem, & institutionem personarum in eisdem Prioratu, & Capellaniis, necnon Sacristia, Clericorum, & Scoparii deputationem per ipsum Scipionem Cardinalem, vel alium seu alios, quem vel quos ad id duxerit deputandum vel deputandos, quando, & quoties, etiam si eundem Scipionem Cardinalem ab ipsa Curia, etiam pro sua voluntate ubilibet, etiam ultra montes abesse contigerit, faciendas concedimus, & reservamus.

in  
capella  
pro  
tempore  
existens

§. 52. Necnon eidem Scipioni Cardinali hujusmodi Prioratum & Capellaniae, ut praefertur, vacantes, & vacaturas conferendi, & de eis providendi ac disponendi, necnon de Prioratu, & Capellaniis praedictis sic pro tempore, & quoadcumque provisos vel institutos, in

eorumdem Prioratus ac Capellaniarum, ac eorum singulorum possessionem veram, realem, & actualem, etiam eo ipso, absque aliqua alterius iudicis vel personae in dignitate Ecclesiastica constituta, vel aliis qualificata ministerio seu interventu aut praesentia seu licentia aliqua, propria auctoritate immittendi, ponendi, inducendi, & manutenendi, quos sic in possessionem immisos, & inductos in Prioratum ac Capellanos hujusmodi, & in fratres ejusdem Capellae, illius Prior & ceteri Capellani respective recipere, ac ad omnia jura, & tractatus ejusdem Capellae admittere teneantur, plenam, & integram, liberam, & omnimodam facultatem, auctoritatem, & potestatem attribuimus, sibi que desuper indulgemus. Post obitum vero praedicti Scipionis Cardinalis, praedictum juspatronatus dictae Capellae, & praesentandi personas idoneas etiam alienigenas ad Prioratum, omnesque & singulas Capellaniae hujusmodi, quotiescumque illum, & illas, & illorum aliquos, ut praefertur, seu alias quomodocumque vacare contigerit, ac Sacristam, dictosque Clericos, & Scoparium ad nutum deputandi, & removendi, ac Praetorem eligendi, & nominandi dicto Marco Antonio Burghesio Principi Sulmonis, nostro ex praedicto Joan. Baptista secundum carnem Nepoti, ejusque natis, & descendantibus masculis per lineam masculinam legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio natis & procreatis.

O do primogenitura in successione per masculinos Capella

§. 53. Ita tamen quod praesentatio, electio, nominatio, & deputatio respective solum fieri debeat à primogenito & ipsius primogenito usque in infinitum, hoc modo videlicet, si dictus Marcus Antonius plures filios masculos habuerit, praesentatio, electio, nominatio, & deputatio respective pertineant ad natum majorem tantum, qui si etiam plures susceperit filios masculos, natum majorum tantum praesentet, & respective deputer, nominet, & eligat, & sic jus praesentandi, & respective deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi semper transeat de primogenito in primogenitum usque in infinitum, & deficiente vel non existente linea masculorum ex masculis à dicto primogenito descendantibus, tunc praesentatio & respective deputatio, nominatio, & electio modo, & forma praemissis, ad secundogenitum, si superstes fuerit, sin minus ad natum majorem masculum similiter usque in infinitum, & deficiente linea masculorum ex masculis descendantium à secundogenito, Juspatronatus praesentandi, deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi transeat ad tertio genitum, praedicto ordine servato, & sic successive de una linea ad aliam omnes descendentes masculos à dicto Marco Antonio. Non existentibus vero filiis vel aliis masculis ex dicto Marco Antonio, ejusque posteris masculis descendantibus, vel illis quoadcumque in perpetuum deficientibus, Juspatronatus, & praesentandi, & respective deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi, ad filiam feminam dicti Marci Antonii, vel ultimi masculi legitimi ab ipso Marco Antonio descendantis, legitimam, & naturalem ac natum majorem, & postmodum ad ejus filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales in perpetuum ordine primogeniturae, ut supra dictum est, de descendantibus masculis servato, spectet, & pertineat. Si vero contigerit lineam masculinam ex feminis ex dicto Marco Antonio descendantibus penitus extingui vel non extare, tunc ex eo casu feminae ex filiabus vel aliis descendantibus feminis ex dicto Marco Antonio descendentes, ordine primogeniturae, ut de masculis dictum est, semper servato, ad dictum Juspatronatus & praesentandi, & respective deputandi, eligendi, & nominandi succedant. Deficiente vero in totum linea, tam masculina quam feminina ex dicto Marco Antonio descendente, vel illa non existente, juspatronatus, & praesentandi, ac respective deputandi, eligendi & nominandi hujusmodi transeat ad praedictum Franciscum ejusque filios, & descendentes masculos, de primogenito in primogenitum, ac eis deficientibus ad feminas, ut supra dictum est de descendantibus dicti Marci Antonii. Et tandem ex ipso Francisco descendantibus masculis & feminis deficientibus vel non existentibus, ad praedictum Curtium Burghesum nostrum secundum carnem hujusmodi consanguineum, & post eum, ejus primogenitum & alias modo praemisso de primogenito in

primogenitum, prout de dicto Marco Antonio supradicti est, etiam quoad feminas exinde descendentes in infinitum. Deficientibus autem omnibus, & singulis masculis, & feminis descendibus à Marco Antonio, & Francisco ac Curio prædictis, tunc succedat in jus patronatus, & præsentandi, ac respectivè deputandi, eligendi & nominandi hujusmodi, qui nobis fuerit in linea masculina, & ea deficiente, in femina sanguine proximior, servato semper in omnibus casibus supradictis ordine primogenituræ, transeundo scilicet de primogenito ad primogenitum, & præferendo lineam primogeniti lineæ secundogeniti, & masculos ex feminis descendentes, hatis ex feminis, ac masculos ex feminis, ipsi feminis atque alias in omnibus, & per omnia, prout in linea filiorum descendentiæ à dicto Marco Antonio ordinatum est, ita quod jus patronatus, & præsentandi, ac respectivè deputandi, eligendi, & nominandi hujusmodi, ad unum solum successorem in solidum, & post illum ad alium semper deveniat, absque eo quod inter plures successores dividi possit.

*Patronus præsentat coram Priori, & quando Patronus erit in dignitate Ecclesiastica, potest conferre.*

§. 54. Institutiones autem, collationes, & provisiones personarum, ut præfertur, à Patrono pro tempore præsentatarum, videlicet quoad Prioratum per Cardinalem Protectorem, & seu etiam ipsum Priorem, prout ipsi Patrono magis placuerit, fieri debeant: si verò pro tempore existens Patronus Prioratus & Capellaniarum hujusmodi in dignitate Ecclesiastica constitutus esset, tunc ipse Patronus in hujusmodi dignitate constitutus non teneatur præsentare, sed Prioratum ac Capellanas, ac earum singulas, quomodocumque & quandocumque vacantes, ut præfertur, pleno jure ac eisdem modo & forma, & auctoritate, quibus dicto Scipioni Cardinali reservavimus, & concessimus, absque alicujus præsentatione conferre, & de illis etiam providere ac disponere, & provisiones in possessionem immittere, inducere, ponere, & defendere, liberè, & licitè possit, motu, & ex certa scientia, & potestatis plenitudine similibus itidem perpetuò reservamus, concedimus, & assignamus.

*Novæ reservationis Juris patronatus ad abundantioris cautelam.*

§. 55. Præterea pro potiori Scipionis Cardinalis, & Marci Antonii aliorumque ad jus patronatus, necnon præsentandi, & respectivè deputandi, eligendi, & nominandi, aliorumque prædictorum reservationem, & concessionem per nos factam quomodolibet vocatorum, cautela & securitate, & sine aliarum donationum, & gratiarum quarumcumque illis, tam in præmissis quam alias quandocumque & quomodocumque factarum aliquo præjudicio, quas præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis haberi, ac quas in omnibus iis quæ præsentibus nostræ dispositioni contraria non sunt, semper salvas, validas, & firmas esse, & remanere, & si quid in aliqua, seu aliquibus ipsarum deficeret, per aliam seu alias suppleri, & juvari posse & debere, volumus atque decernimus, dictam Capellam cum Altaribus, statuis, piæcuris, Sacristia, mansionibus, ædificiis illi annexis, commoditatibus, omnique illius structura, & ornatu, ac impensa, & impensis, etiam notabilissimis, cujuscumque summe extiterint seu extent, tam hucusque quomodolibet factis, quam in posterum faciendis, necnon dotibus, proventibus, introitibus, redditibus, juribus, & emolumentis, ac universa suppellectili, jocalibus, & rebus, tam hæcenus quomodolibet datis, donatis, unitis, & assignatis, applicatis, & concessis, quam in posterum à nobis dandis, donandis, uniendis, assignandis, applicandis, & concedendis, necnon melioramentis, & augmentis, etiam tam hæcenus factis quam faciendis quibuscumque, illorumque pretium, valorem, & æstimationem, ac omnes, & singulas pecuniarum summas, qualitates, & quantitates, à nobis seu de mandato nostro hæcenus erogatas, & erogandas in futurum quascumque, etiam notabiles, & notabilissimas.

*Donatio omnium expensarum factarum, & faciendarum, ac confilio Juris Camera super illis competentium.*

§. 56. Item omnia & singula, quæcumque jura, & actiones Camere nostræ Apostolicæ super præmissis omnibus, & singulis quibuscumque, seu præmissorum causa & occasione, ex quovis jure, causa, & occasione, capite vel prætextu, ingenio vel quæsito colore, etiam in corpore juris clausis, ac tam deductis quam deducendis, cogitatisque & incogitatis, & quæ deduci, & excogitari quomodolibet possent, & de quibus in præsentibus mentionem fieri oportet specialem, aut alias quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque competentia, &

competentes, ac competitura, & competituras, ac quæ competere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum dictis Scipioni Cardinali, ac Marco Antonio, & alias ut supra, ad Jus patronatus, & præsentandi, ac respectivè deputandi, eligendi, & nominandi quomodolibet, vocatis quibuscumque, modo, & forma, ac ordine supradictis, qui hic ad verbum pro repetitis hæcenus, & censentur, perpetuo donatione libera, & irrevocabili, quæ sit, & fieri dicitur inter vivos per nos, & Camera donamus, damus, cedimus, concedimus, & assignamus, ac eos omnes, & singulos, in nostrum, & Camera nostrorum Romanorum Pontificum, a sedis, & Camere Apostolicæ jus, locum, privilegiumque universum quoad prædicta ponimus, substituimus, & subrogamus in verbo Rom. Pont. motu, scientia & potestate similibus, attestantes atque asserentes, hanc tam ab initio ipsius Capellæ fundationis, & constructionis, quam antea, & postea, ac semper fuisse & esse nostram mentem, & intentionem, & indubitam voluntatem, ut omnia, & quæcumque in dictæ Capellæ, & novæ Sacristiæ dictæ Basilicæ fundatione, ac constructione, & ornatu de nostris pecuniis exponenda, ac etiam aliunde applicanda cederet ac cedere deberet in acquisitionem & reservationem Juris patronatus, ac præsentandi, & deputandi, necnon eligendi, & nominandi pro Scipione Cardinale ac Marco Antonio, aliisque prædicto ordine vocatis, ita ut eisdem ex vera, & reali fundatione, & constructione ac perpetua dotatione Juris patronatus, & præsentandi ac deputandi, eligendi, & nominandi, perpetuò acquisitum foret, & esse deberet.

*Decernimus Jus patronatus, & præsentandi, & nominandi esse verum, & reale, & donatum, & concessum, & assignatum, & ad instaurandum.*

§. 57. Decernentes Jus patronatus, & præsentandi, deputandique & eligendi, & nominandi hujusmodi, laicorum, Nobilium, & Illustrium, ac Principum, ac in omnibus, & per omnia ad instar Regum verè existere, ac Scipioni Cardinali, Marco Antonio, & aliis futuris Patronis prædictis, non ex privilegio, sed ex veris primæva, reali, actuali, plena, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione, ac etiam ratione ædificationis, ac totalis, & integræ à primis fundamentis, originalisque & perpetuæ constructionis, tam Capellæ quam Sacristiæ prædictarum competere, & ad illos pertinere, & propterea verè Jus patronatus, præsentandi, deputandi, eligendi, & nominandi Laicorum seu laicalis, Nobilium, & Illustrium, ac Principum, & ad instar Regum esse decernimus, declaramus atque pronunciamus.

*Juris patronatus non est sub quacunque derogatione, & effectu habere, & obtinere, ac Scipioni Cardinali, Marco Antonio, & aliis futuris Patronis prædictis, & eorum cuilibet perpetuò suffragari debere, in omnibus, & per omnia absque ulla proflus differentia, ac ut tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis prægravissimis, & efficacissimis verbis, clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis fortioribus decretis, etiam cum clausula, Quorum tenores, in quacumque dispositione, etiam per viam constitutionis, legis, regulæ Cancellariæ Apostolicæ, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, etiam consistorialiter pro tempore, etiam in assumptionis crastinum ad summi Apostolatus apicem quorumcumque Romanorum Pontificum successorum nostrorum, aut alias quomodocumque factis, concessis, & emanatis comprehendere, nec illi ullo unquam tempore, etiam ratione cujusvis litis pendentiæ, vel vacationis Prioratus, & Capellaniarum hujusmodi apud Sedem prædictam, etiam ex causa permutationis vel devolutionis, seu alio quocumque prætextu, & ex quacumque causa quantumvis urgenti, & legitima, per Nos seu quoscumque alios Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes, vel Sedem prædictam, aut illius etiam de latere Legatos, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu cujusvis intuitu, & contemplatione per quascumque literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, & quascumque etiam derogatoriarum derogatorias, ac fortiores & infolias clausulas, necnon irritantia, & alia contraria decreta quæcumque, etiam toto, & integro præsentium*

§. 58. Illudque veram, & propriam ac non fictam naturam Juris patronatus, præsentandi, deputandi, & nominandi laicalis, ac talem substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem & roboris firmitatem, vimque, & effectum habere, & obtinere, ac Scipioni Cardinali, Marco Antonio, & aliis futuris Patronis prædictis, & eorum cuilibet perpetuò suffragari debere, in omnibus, & per omnia absque ulla proflus differentia, ac ut tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis prægravissimis, & efficacissimis verbis, clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis fortioribus decretis, etiam cum clausula, Quorum tenores, in quacumque dispositione, etiam per viam constitutionis, legis, regulæ Cancellariæ Apostolicæ, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, etiam consistorialiter pro tempore, etiam in assumptionis crastinum ad summi Apostolatus apicem quorumcumque Romanorum Pontificum successorum nostrorum, aut alias quomodocumque factis, concessis, & emanatis comprehendere, nec illi ullo unquam tempore, etiam ratione cujusvis litis pendentiæ, vel vacationis Prioratus, & Capellaniarum hujusmodi apud Sedem prædictam, etiam ex causa permutationis vel devolutionis, seu alio quocumque prætextu, & ex quacumque causa quantumvis urgenti, & legitima, per Nos seu quoscumque alios Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes, vel Sedem prædictam, aut illius etiam de latere Legatos, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu cujusvis intuitu, & contemplatione per quascumque literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, & quascumque etiam derogatoriarum derogatorias, ac fortiores & infolias clausulas, necnon irritantia, & alia contraria decreta quæcumque, etiam toto, & integro præsentium



presentium tenore inserto, ac de Patronorum seu cuiusvis alterius consensu, aut aliis quomodolibet derogari posse vel debere, aut derogatum censi.

§. 59. Minusque Archipresbyteratum, Canonicatus & prae-bendas, Capellaniam, & beneficia in Ecclesia S. Laurentii, ut praefertur, suppressa, & extincta, ac dictae Capellae ut supra constructae, in eaque Prioratu, & Capellanis à Nobis erectis unita, & applicata, seu eorum alicui vacatione, ut praefertur, aut aliis quomodolibet occurrente, cuiquam conferri, nec aliter de illis, etiam in fauorem quarumvis personarum, vel etiam Ecclesiarum, Hospitalium, Capellarum, locorum piorum, aut in alios quovis, etiam magis pios, & priuilegiatos usus, & quavis etiam urgente, & urgentissima causa, etiam de illa tunc obtinenda, ac Prioris, & Capellanorum praedictorum, & seu etiam Patronorum, aut Praepositi, Religiosorum, & totius Congregationis praedictorum, aut aliorum quorumvis consensu, etiam formaliter habito, & etiam praesentium facta mentione, & ad verbum insertione, & derogatione, quomodocumque, & qualitercumque dici possit, neque debere. Ac omnes, & quascumque collationes, provisiones, commendas, praesentationes institutiones vel alias dispositiones, tam de Archipresbyteratu, Canonicatibus, praebendis, Capellania, & beneficiis praedictis, ut supra suppressis, & extinctis, quam de Prioratu, & duodecim Capellanis, etiam ut supra à nobis erectis, & institutis, seu eorum aliqua, contraharum praesentium nostrarum literarum formam, tenorem, & dispositionem, sub quibusvis verborum expressionibus, & quomodolibet pro tempore faciendas, processusque desuper habitos, ac omnes, & quascumque collationes, provisiones, commendas, praesentationes, institutiones, vel alias dispositiones de Prioratu & Capellanis praedictis, ut praefertur, vel alias quovis modo, etiam apud Sedem eandem pro tempore vacantibus, quibusvis personis, & etiam communitatibus, Collegiis, locis piis, Capellis, & alias quam ad praesentationem Patronorum praedictorum, sub quibusvis verborum expressionibus pro tempore factas seu faciendas, processusque desuper habitos seu habendos, ac inde pro tempore sequenda quaecumque, nulla, & inualida, nulliusque roboris vel momenti fore, & esse, ac pro nullis & infectis haberi & censi, nec jus aut coloratum titulum possidendi cuiquam tribuere, vel per illa acquiri posse, suppressionem, extinctionem ac unionem & applicationem praedictas, & respectiue collationes, provisiones, & alias dispositiones per Scipionem Cardinalem ac Protectorem seu Priorem respectiue, ut supra. Necnon praesentationes per Patronos praedictos respectiue pro tempore factas, subsecutaque institutiones validas, & effectivas fore, & esse, suosque effectus sortiri, ipsisque prouisis, praesentatis, & institutis tale jus in re, vel ad rem acquiri, quale acquiritur praesentatis, & institutis ad beneficia de vero & reali iure patronatus Laicorum Nobilium, & Illustrium, ratione primae & integre institutionis, ac perpetuae dotationis ex bonis mere laicalibus, & patrimonialibus dumtaxat existentia. Necnon Archipresbyteratum, Canonicatus, & praebendas, Capellaniam & beneficia praedicta, ut praefertur, suppressa, & extincta ac unita, & applicata, necnon respectiue, ut praefertur, erectos & institutos Prioratum, & Capellanas, Sacristiam & Clericatus huiusmodi, sub quibuscumque contrariis, vel similibus, seu dissimilibus, specialibus vel generalibus reservationibus, unionibus, annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, extinctionibus, dissolutionibus, dismembrationibus, applicationibus, etiam perpetuis vel temporalibus, expectatiuis, & aliis etiam praeventivis gratis, ac vniendi, & applicandi, necnon conferendi, providendi, & aliis facultatibus, concessionibus, literis, mandatis, etiam de providendo, ac indultis, & dispositionibus quibuscumque, illorum, & illarum reualidationibus quibusvis personis, etiam praedictae S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cura quibusvis suspensivis, restrictivis, ac etiam derogatoriis derogatoriis clausulis, ac irritantibus, etiam vim contractus inducentibus, aut fortioribus, & arctioribus decretis, atque alias quomodolibet nunc,

& pro tempore concessis, necnon quibusvis clausulis, & decretis quantumuis amplissimis, & praegravissimis, etiam cum clausula, Quorum tenores, editis & edendis, nullatenus comprehensa esse aut fore, minimeque comprehendi posse aut debere, sed semper ab illis excepta, & exclusa esse, & censi debere.

§. 60. Ac omnia, & singula praemissa, necnon jam confectas literas, ac praesentes nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae vel alio quovis def. au, etiam ex eo quod causa propter quas praemissa facta sunt coram Vrbis Vicario, aut Archipresbytero dictae Basilicae Sanctae MARIE Majoris nunc, & pro tempore existente, vel ejus Vicario huiusmodi, aut quorumcumque locorum, ubi bona praedicta sita sunt, Ordinario, etiam tanquam Sedis praedictae delegato, aut alibi, & coram quibusvis examinatae, verificatae, & ab eis approbatae, necnon Cardinales titulares Sancti Laurentii in Lucina, & Archipresbyter Basilicae Sanctae MARIE Majoris, qui fuerunt, & tunc sunt, Capitulumque & Canonici ejusdem Basilicae Sanctae MARIE Majoris, necnon Prior & Capellani praedicti, ac Praepositi, Religiosi, Congregatioque Presbyterorum, necnon Archipresbyteratum, Canonicatus, praebendas, Capellaniam, & beneficia praedicta obtinentes, ac Guardiani, & Confratres Archiconfraternitatis Confalonis, & Confraternitatum Beatae MARIE de Araceli & Sancti Alberti, ac ceteri supradicti, & alii quicumque in praemissis quomodolibet jus seu interesse habentes vel habere praetendentes, ad id vocati, & auditi non fuerint, nec desuper suum consensum praestiterint, seu ex quavis alia causa vel quocumque praetextu, quae sita colore vel ingenio notari, impugnari, inualidari, retractari, & ad terminos juris reduci, seu in jus vel controuersiam reuocari, aut aduersus illa quocumque juris, facti vel gratiae remedium impetrari posse, nec sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanabunt, toties in praesens, & cum in quo antea erant statum restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac etiam de nouo sub posteriori data per Scipionem Cardinalem, & Protectorem, ac Patronos futuros praedictos quocumque eligenda concessa, validaque & effectiva fore & esse, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac perpetuo suffragari, praemissaque omnia, & singula, ac super illis confectas literas praedictas, ac easdem praesentes, & in illis contenta quaecumque, etiam in illis, siue eorum aliquo de Sedis & Camerae nostrae Apostolicae, necnon Cardinalium titularum Sancti Laurentii in Lucina, & Archipresbyteri Basilicae Sanctae MARIE Majoris, ac Capituli, Canonicorum, Capellanorum & Clericorum ejusdem Basilicae, Priorisque & Capellanorum praedictorum, necnon dictos Archipresbyteratum, Canonicatus & praebendas, Capellaniam & beneficia suppressa praedicta obtinentium, ac Praepositi, Religiosorum, & Congregationis, necnon Archiconfraternitatis & Confraternitatum, aliorumque praedictorum, & aliorum quorumvis etiam speciali nota dignorum, & quantumuis priuilegiatorum, & qualificatorum, etiam necessario exprimendorum damno, interesse ac praesudicio, & etiam quantumuis enormi & enormissima laesione ageretur, seu sequeretur, aut ipsum interesse, damnum, praesudicium, ipsaque laesio esset servata, & ad illa, aut eorum aliqua praedicta & alii quicumque interesse habentes, seu habere praetendentes, auditi, citati vel vocati non fuissent, minusque suppressionem, extinctionem, dismembrationem, unionem, applicationem, approbationem, donationes, concessionem, pecuniarum solutiones, aliaque praedicta, ac praesentes juxta Pii Papae Quarti praedecessoris nostri de registrandis gratis editam constitutionem infra terminum in ea praescriptum, seu vnquam in eadem Camera, vel alibi admissa, neque etiam juxta juris & quorumcumque Pontificalium constitutionum, ac etiam Statutorum Urbis, & illorum reformationum formam insinuatam, notificata, & etiam in ejusdem Camerae libris, seu apud acta publica, vel alibi admissa, & registrata non existant, aut ex quibusvis nullitatibus, aut dictae constitutionis,

*Classis*  
quod non potest dari de obreptione, vel intentionis defectu.

sed

seu nostræ regulæ de non tollendo jure quæsito, & quibusvis aliis nostris, & etiam prædecessorum nostrorum constitutionibus, legibus, statutis, reformationibus, decretis, & consuetudinibus, etiam de directo & penitus contrariis, seu aliis quibusvis obstaculis, impedimentis, etiam præjudicialibus quibuscumque, nullatenus, seu minus sufficienter derogatum sit, & quod in illis certæ formæ, certæque solemnitates etiam ex forma ipsarum literarum, ac donationum, concessionum, aliorumque præmissorum, aut alias de necessitate seruandæ, & quomodolibet requisitæ, servatæ non sint, nihilominus semper, & perpetuo valere, ac firmitatem & robur obtinere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere volumus, & declaramus. Nos enim prædictos & alios quoscumque, etiam quantumvis substantialia atque formales, & de necessitate exprimentos defectus, si qui in illis aut eorum aliquo vel circa illa quomodolibet interuenissent, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus supplementis, eisdemque defectus sanamus, tollimus, & abrogamus. Et nihilominus pro potiori ipsorum Scipionis Cardinalis, & Marci Antonii, aliorumque vocatorum, ac Prioris, Sacristæ, & Capellanorum prædictorum cautela, perinde ac si nunquam præcedentes literæ nostræ quoad hæc à nobis emanassent, de nouo de per se, ac quæ principaliter, juxta præsentium formam, continentiam, & tenorem, omnia, & singula supradicta facimus, statuimus, decernimus, declaramus, concedimus, damus, donamus, largimur, ac ut supra volumus, disponimus & ordinamus. Decernentes in omnibus, & singulis præmissis vitale per inutile non vitari, sed omnia rata, valida, & firma omnino per se, sine aliqua dependentia seu correspondentia, existere debere.

*Decernitur præsentibus literis non esse in Camera præsentandæ nec registrandæ nec ullibi esse in aliquo verificandæ, & justificandæ, nec illi contrariam probationem nocere.*

§. 61. Necnon dictum Scipionem Cardinalem, ac Marcum Antonium, & alios vocatos prædictos seu quosvis alios ad prædictas literas, minusque præsentibus, & in illis ac præsentibus narrata, & contenta quæcumque, in Camera nostra Apostolica præsentandum, & in ejus libris admitti, & registrari faciendum, etiam juxta dictam Pii Quarti prædecessoris de registrandis, minusque illas vel illa in toto vel in aliqua illorum parte, in iudicio vel extra, quavis causa, & occasione exhibendum, probandum, justificandum seu verificandum vltimo tempore teneri, aut ad id cogi vel compelli vllatenus posse seu debere, & etiam si eadem litteræ non exhiberentur, & nunquam appaterent, nec apparere possent, nihilominus illas pro verificatis haberi debere, præsentisque absque aliarum literarum & scripturarum prædictarum exhibitione, & illarum, præsentiumque, ac in eis contentorum, etiam sine vlla profusa probatione, verificatione, & justificatione, nihilominus ad omnia, & singula legitime, & sufficienter in iudicio, & extra probandum, verificandum, & justificandum omnino sufficere, nec alterius probationis Adminiculum requiri, immo quamcumque contrariam probationem illis minime obesse, ac omnia, & singula præmissa perpetuo valida, firma & efficacia fore, & esse, ac donationem, & concessionem, aliaque prædicta vim validi, & efficacis, ac iniri & jurati contractus inter nos, & Sedem, Cameramque prædictas ex vna, & dictum Scipionem Cardinalem, ac Marcum Antonium, aliosque vocatos prædictos ex altera partibus, etiam titulo oneroso habere, & obtinere, ipsique Scipioni Cardinali, & Marco Antonio, aliisque vocatis prædictis plenissime in omnibus & per omnia suffragari, illosque præmissorum effectu pacifice frui & gaudere debere. Nosque & Sedem, Cameramque prædictas, tam ad eorumdem præmissorum plenariam observationem, quam ad ipsius Scipionis Cardinalis, Marci Antonii, & aliorum vocatorum prædictorum in pacifica eorum possessione & usu manutentionem perpetuo teneri, ac de omni & quacumque euidione obligatos esse, & fore decernimus & declaramus, prout in verbo Rom. Pontif. promittimus, ac nos & Cameram Apostolicam, illiusque bona quæcumque nominatim, & in specie pro eorumdem præmissorum observatione, etiam in casu cuiuscumque euidionis dictorum jurium, tam de facto quam de jure, ac quovis casu, etiam inopinato, & incogitabili in ampliori forma Camere Apostolicæ, in ipsorum Scipionis Cardinalis, Marci Antonii, & aliorum

vocatorum prædictorum favorem obligamus, & hypothecamus.

§. 62. Sicque nostræ mentis, intentionis, & incommutabilis voluntatis fuisse & esse attestamus, & ita in omnibus & singulis præmissis ab omnibus censeri, ac per prædictos Cardinales Urbis Vicarios, ac d. Basilicæ S. MARIE Majoris Archipresbyteros, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarios, necnon Thesaurarios, Clericos, Præsidentes Camere nostræ prædictæ, & quoscumque Iudices ordinarios & extraordinarios, Commissarios, necnon Curie causarum ejusdem Camere, & Palatii nostri Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque & inane quicquid secus à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus, statuimus, & mandamus.

*Clausula sublata.*

§. 63. Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac quibusvis aliis nostris litteris, & dispositionibus, necnon similis mem. Symmachi, Callisti, Gregorii Noni & Decimertii, Ioannis Vigesimalimi, Clementis Septimi, Innocentii Sexti & Septimi, Pauli Secundi, Tertii & Quarti, Julii etiam Tertii, Pii similiter Quarti, & Quinti, ac Sixti pariter Quinti, & aliorum Romanorum Pont. prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Camere prædictæ non alienandis, & malè alienatis recuperandis, ac dicta Pii Quarti etiam prædecessoris de registrandis, necnon de jure quæsito non tollendo, & de non concedendis gratiis ad instar, & de unionibus committendis ad partes vocatis quorū interest, ac de exprimentodo vero valore, aliisque nostris & Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulis, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus à jure permittis fieri prohibentis, ac Bonifacii Papæ Octavi de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium vltra tres dietas ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dictarum Basilicæ Sanctæ MARIE Majoris, & Ecclesiæ Sancti Laurentii, & aliarum Ecclesiarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis pro tempore existentibus dictæ Basilicæ Archipresbytero, Capitulo, Canonicis, Beneficiariis, Clericis & Capellanis, necnon Presbytero Cardinali, sub cuius titulo dicta Ecclesia Sancti Laurentii existit, necnon Camerario, Thesaurario, Auditoribus, Clericis, aliisque Magistratibus, Officialibus, & Iudicibus prædictis, ac etiam dilectis filiis Populo Romano contra forenses & alienigenas, necnon Archiconfraternitati, Confraternitatibus, Præposito, Religiosis & Congregationi Presbyterorum, illorumque Superioribus, necnon Capellæ, aliisque prædictis omnibus, & singulis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam motu pari, & consistorialiter, etiam in fundatione & primæua institutione, seu alias quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, etiam si in eis caueatur, quod Capellanis, Prioratus, & alia beneficia prædictæ Urbis nullis nisi civibus Romanis, aut civium Romanorum originatorū filiis, & forsan aliis certo inibi expresso modo qualificatis conferri possint, aut alias de illis etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ provisiones, & alie dispositiones nullæ sint, quibus, omnibusque aliis, quæ præsentibus quomodolibet obesse possent, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi etiam veriores, totosque & integros etiam præsentibus pro expressis, insertis, ac de verbo ad verbum registratis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad effectum præsentium, & validitatis omnium, & singulorum præmissorum hac vice duntaxat harum serie, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expresso

*Derogatur constitutionibus & aliorum contrariarum quomodolibet.*

ad derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 46. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, supplementi, sanationum, abrogationum, declarationum, correctionis, mutationis, additionis, dispositionis, erectionis, institutionis, concessionum, assignationum, applicationum, appropriationum, declarationum, statutorum, ordinationum, mandatorum, commutationis, exemptionum, liberationum, decretorum, inhibitionum, dimissionis, relaxationis, jussionis, indulgentiarum, requisitionis, constitutionis, deputationis, reservationum, donationis, cessionis, elargitionum, positionis, substitutionis, subrogationis, pronuntiationis, sublationis, promissionis, attestationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae 1615. 5. Kal. Novembris, Pontif. Nostri Anno 11.

XXXVII. Institutio Confraternitatis utriusque sexus Christi fidelium in Alma Urbe, sub invocatione SS. Benedicti, & Scholasticae de Nursia cum indulgentiarum elargitione, & quotannis unum ex capitali poena damnatis liberandi facultate.

Istam Confraternitatem in Archiconfraternitatem erexit, cum facultate alias Confraternitates aggregandi Greg. XV. in const. 43. Pias Christi fidelium, inf. tom. 4.

P A V L V S P A P A V. Ad perpetuum rei memoriam.

Astoris aeterni, qui pro gregis salute in ara Crucis immolari voluit, vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Christi fidelium vota quae ad divini cultus augmentum, & ipsorum fidelium salutem spectant, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad religiosa opera exercenda indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium, ad aeternae beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filii Laertius Cherubinus I. V. D. in Romana Curia Advocatus, ac Benedictus Passerinus etiam I. V. D. necnon Sebastianus Massaronus, Olympius Cistarellus, & Franciscus etiam Passerinus nobis nuper exponi fecerunt, ipsi & alii qui à Terra nostra Nursiae, & locis adjacentibus Spoletan. Diocesis originem ducunt, peculiari devotione ducti erga S. Benedictum clarissimum Nursiae lumen & decus, & ut saluti suae magis consulant, aliosque Christi fideles ad eisdem devotionis studium accendant, in Ecclesia S. Eustachii de Urbe, unam utriusque sexus Christi fidelium Confraternitatem, sub invocatione eisdem S. Benedicti, & S. Scholasticae, ad Dei gloriam, animarumque suarum salutem, per nos erigi summo opere desiderant.

§. 2. Nos piis dictorum Laertii ac Benedicti, Sebastiani, Olympii, & Francisci, ac aliorum praedictorum desiderii hujusmodi annuere, animarumque saluti paterna charitate prospicere cupientes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portatis inclinatis, in praedicta Ecclesia S. Eustachii unam utriusque sexus Christi fidelium Confraternitatem, quae non sit pro hominibus unius specialis artis, sub invocatione praedicta, sine alicujus praedicti, Apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituimus.

§. 3. Necnon Confratribus dictae Confraternitatis pro tempore existentibus, ut processionaliter incedere, divina officia in suo Oratorio recitare, & pro ipsius Confraternitatis negotiis se congregare, ac quaecumque statuta, capitula, ordinationes & decreta pro salubri eorum & dictae Confraternitatis regimine, & directione necessaria & opportuna (licita tamen & honesta, sacrisque Canonibus &

Conc. Trid. decretis, ac constitutionibus Apostolicis non contraria) per dilectum filium nostrum in Alma Urbe Vicarium in spiritualibus generalem examinanda, & approbanda facere, & edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, praevia simili examinatione, & approbatione, mutare, alterare, corrigere & in melius reformare.

§. 4. Ac insuper omnia & singula legata, relicta, res & bona quomodolibet qualificata, mobilia, & immobilia, per quoscumque Christi fideles dictae Confraternitati per viam testamenti, donationis aut aliis quomodolibet pro tempore largita, & relicta recipere, illaque per eorum officiales & deputatos regere, gubernare & administrare, ac in ipsius Confraternitatis, & ejus piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis & administratis per eos eidem Vicario juxta decreta Concilii Tridentini rationem reddere teneantur.

§. 5. Praeterea singulis annis unum reum quem petierint, & à delicto filio moderno & pro tempore exsistenti dictae Urbis Governatore obtinuerint, capitali poena (praeterquam ob crimen haeresis, & sae Majestatis, falsificationis monetae aut literarum Apostolicarum, assassinii, aut sacrilegii, necnon homicidii delib. rati, aut extractionis frumentorum vel aliarum frugum, & rerum contra Apostolicas constitutiones extra Statum Ecclesiae) damnatum liberare, dummodo tamen pacem ab offensis vel eorum haereditibus habuerit, libere & licite valeant, auctoritate & tenore praedictis concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea eidem nunc & pro tempore exsistenti dictae Urbis Governatori, ut singulis annis in perpetuum dictis Confratribus unum ex capitali poena damnatis, liberum dimittit & concedat, ipsumque per eosdem Confratres pro tempore liberatum, ab omni poena capitali eo ipso absolutum, eumque ad patriam, famam, gradus, honores & bona quaecumque (praeterquam Fisco incorporata) plenarie restitutum, & reintegratum, nec illum super praeteritis delictis & excessibus ulterius molestari vel perturbari posse decernimus, & declaramus.

§. 6. Postremò ut dicta Confraternitas majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui dictam Confraternitatem in post. rum ingredientur, die prima eorum ingressus, si vere poenitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, plenariam.

§. 7. Necnon tam in his quam pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus & Confororibus, in cujuscumque eorum mortis articulo, si vere poenitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem vere contriti nonnisi Jesu ore si potuerint, sin autem corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

§. 8. Ac eisdem nunc & pro tempore existentibus Confratribus, & Confororibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictae Confraternitatis Ecclesiam vel Capellam seu Oratorium in die festo eorumdem SS. Benedicti & Scholasticae, à primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac sanctae Matris Ecclesiae exultatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 9. Insuper dictis Confratribus, & Confororibus etiam vere poenitentibus & confessis, ac sacra communione refectis, qui praedictam Ecclesiam vel Capellam seu Oratorium in Nativitatis, ac secundo Paschalis Resurrectionis D. N. Jesu Christi, necnon Nativitatis & Assumptionis B. Mariae Virginis festis diebus, à primis similiter Vesperis usque ad occasum solis dieum hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi, ut praefertur, oraverint, quo die praedictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas.

§. 10. Quoties verò Missis, & aliis divinis officiis in dicta Ecclesia vel Capella seu Oratorio pro tempore celebrandis & recitandis, seu Congregationibus publicis vel privatis eisdem Confraternitatis ubi vis facientis

Et quatuor eidem Confraternitati bona quousque modo acquisita reddi, & in illius usus convertendi. Hoc habet in cap. 1. §. 1. de reform.

In Juliano etiam quodam unum capitaliter condemnatum liberandi concedit.

Indulgentiam quoque infra scriptam elargimur, videlicet Confraternitati in die ingressus, si vere poenitentes, & confessi sum plenariam.

In articulo mortis, videlicet plenariam.

Et pariter visitantibus illius Ecclesiae vel Oratorii, in die festo S. Benedicti, & Scholasticae.

Indulgentiam annuam scilicet & totidem quadragenarum concessit eisdem Confratribus pias quaedam opera facientibus.

Indulgentiam quoque scilicet annuam quadragenarum concessit illis quodam diebus in praesentibus.

in die festo

An. D. 1615.

An. D. 1615.

in fine

in fine

in fine

in fine

interfuorint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint seu componi fecerint vel procuraverint, necnon etiam qui corpora Defunctorum, tam Confratrum, & Confororum dictæ Confraternitatis quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia Vicarii prædicti faciendas, sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum, tam in processibus quam cum ad infirmos aut alias ubicumque, & quomodocumque pro tempore defertur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem & Salutationem prædictas pro animabus Defunctorum Confratrum & Confororum dictæ Confraternitatis recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantibus præcepta Dei, & ea quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque pietatis vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis seu aliis quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

*Indulgentiarum concessio- nem revocant, si hæc Confraternitas alteri Archiepiscopatu, vel aliam instituatur.*  
Dat. P. A. 11. die 9. Nov.

§. 11. Volumus autem quod si prædicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregetur, vel alia quavis ratione uniat, seu etiam quomodolibet instituatur, præsentibus & quævis aliæ literæ Apostolicæ illis nullatenus quoad indulgentias, & remissiones præfatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

Dat. Romæ apud S. Mariam Minorem, sub annulo Piscatoris, die 9. Novembris 1615. Pontif. nostri Anno 11.

LXXXVIII. Confirmatio, & declaratio constitutionis Sixti V. super pœnis, & confiscationibus Statu Ecclesiastici, illarumque solutione Camera Apostolicæ debita. Et forma de cætero in illis perpetuo servanda.

*Hæc Sixti V. constitutio habetur supra lib. 2. Ad Romanum, ejusque confirmatio à Clemente VIII. promulgata legitur hic sup. Inter cæteras.*

*Edita An. D. 1615.*  
**PAULVS PAPA V.**  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Proemium.* IN SUPREMA B. PETRI SEDE (meritis licet imparibus) à Domino constituti, muneris nostri esse cernimus, ut inter pastorales curas Populorum nostræ, & S. R. E. ditioni in temporalibus subditorum recto regimini nostram sollicitudinem impendamus, ac etiam provideamus, ut iuris Camera nostræ Apostolicæ consulatur, ne ex iis qui irreperere solent abusus, ipsa Camera Apostolica aliquid patiatur detrimentum, & quæ propterea sedula meditatione à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris salubriter constituta & ordinata fuisse comperimus, quod inviolabiliter observetur, confirmemus, & innovemus, nostræque auctoritatis munimine roboremus, aliaque disponamus, quæ in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem accepto per sel. rec. Sixtum Papam V. prædecessorem nostrum, quod, & c.

*Omittitur tenor hujus bullæ, quia eam habes supra lib. 2.*

§. 2. Quæ quidem constitutio postmodum per recol. mem. Clementem Papam VIII. etiam prædecessorem nostrum, per suam Motus proprii cedula sub die 22. mensis Aprilis anni Domini 1592. publicatam, & affixam confirmata fuit.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, successu temporis, ut humana fert conditio, Constitutiones & Motus proprii hujusmodi, culpa etiam eorum qui in eodem Statu nostro temporali jurisdictionem exercent, per eosdem ac forsan graviores abusus eludantur, pœnæque, multæ, & confiscationes dictæ Camera debite similiter interviantur, & alia incommoda forsan etiam cum delictorum impunitate nascantur. Nos his malis opportuna remedia adhibere, eaque de medio tollere, ac dictæ Camera nostræ indemnitati consulere cupientes, Motu propria,

*Sixtus V. dicit bullam de qua in rubr.*

*Clementis VIII. citatus in rubrica. Illam confirmavit.*

*Hic Pont. illum observantiam districte præcipit.*

non ad aliejus nobis super hoc oblatæ petitionis instanciam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostram Constitutionem prædictam, omniaque & singula in ea contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus & innovamus, eamque inviolabilis firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari perpetuis futuris temporibus debere constitutum, & ordinatum. Et nihilominus dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis in Provinciis ejusdem Status nostri de Latere Legatis tenore præsentium injungimus, eorumque Vicelegatis, Præsidibus, Rectoribus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Prætoribus, Vicariis, Notariis, Cancellariis & Scribis, aliisque Officialibus, ac omnibus, & singulis ad quos spectat & pro tempore spectabit, præcipimus, & mandamus, ut eandem Constitutionem inviolabiliter, & ad unguem, sub pœnis in ea contentis, & aliis infra scriptis observent, exequantur, & adimplant.

§. 4. Præterea motu, scientia, deliberatione & auctoritate paribus decernimus, & ordinamus, quod Vicelegatis, Præsidibus, Rectoribus, Notariis, Cancellariis, cæterisque Officialibus prædicti nunc & pro tempore existentibus, cum primùm se ad eorum officia exercenda contulerint, teneantur expressè jurare, & juramento de super præstando declarare se Sixti prædecessoris, ac præsentem Constitutionem nostram in omnibus, & per omnia sub pœnis in ea & nostra respectivè contentis & expressis inviolabiliter, & ad unguem observaturos, nec illis sub quovis prætextu, quæsitio colore, causa vel ingenio contraventuros, quodque nec ipsi, minusque pro tempore existentes nostri, & dictæ Sedis Legati, ullo prætextu, titulo, jure, causa, & forma supplicationes hujusmodi ipsis vel eorum alicui pro tempore porrigendas, dandas vel mittendas taxare, & subscribere, compositionesque facere, decretaque quovis modo gratiam seu remissionem pœnæ seu delicti directè vel indirectè concernentia interponere, easque & illas registrare, & in acta referre, processusque tam per viam supplicationum decretorum hujusmodi, quam gratiæ, compositionis seu trans. quoniam vel remissionis, & similium cassare & abolere non possint, neque valeant, nisi prius Thesaurarii aut jurium ac proventuum dictæ Camera conductores, vel pœnarum Depositarii, & seu eorum substituti, juxta dispositionem, tenorem & formam instrumentorum Cameralium cum eis celebratorum expressè supplicationibus, decretis, gratiis, compositionibus, transactionibus, & aliarum pœnarum remissionibus, abolitionibus, & similibus decretis de super faciendis consenserint, illorumque consensum ante aliquam aliam subscriptionem in calce dictarum supplicationum, & seu decretorum vel abolitionum, aut etiam ad partes, etiam propria eorum manu subscriptum præstiterint.

§. 5. Alioquin compositiones, decreta, abolitiones, registrationes, cassationes, & alia quæcumque contra præsentium nostrarum, dictorumque instrumentorum Cameralium, & capitulorum in eis appositorum formam, contentiam & tenorem de super faciendâ, & demandandâ, nulla & irrita, nulliusque roboris, & momenti sint, & esse censentur, prout ex nunc illa motu, scientia & potestate paribus cassamus, revocamus, & annullamus, viribusque & effectu evacuamus, ac delinquentibus & condemnatis, & aliis quibuscumque in processibus, aliisque actis de super pro tempore faciendis, vocatis & comprehensis, & seu alias interesse quomodolibet habentibus, nullatenus decernimus prodesse, quinimò contra eos pro pœnis incurris, & seu in sententiis contra ipsos latis ac promulgatis, & in progressu temporis ferendis, & promulgandis contentis procedi possit, & valeat, non secus ac si compositiones, abolitiones, decreta, supplicationes & alia prædicta minime emanassent, & seu facta fuissent.

§. 6. Et nihilominus Vicelegati, Præsidibus, Rectoribus, Notariis, Cancellariis, cæterisque Officialibus omnes, qui secus fecerint, indignationis nostræ, & pro tempore existentis Romani Pontificis, privationis officiorum, ac mille ducatorum auri, ac alias etiam graviores arbitrio nostro, & ejusdem Romani Pontificis pœnas incurrisse & incidisse intelligantur, & ad illorum solutionem cogi omnino possint ac debeant.

§. 7. Cæterum ut præsentibus perpetuis futuris temporibus observentur, neve aliquis eorum ignorantiam præterdere

*Officialibus tenore de super in motu. Officiis compositionibus mittere ab unquam in la Sixti Constitutione abfque in sinu. Tunc variorum in Privationis. Et non tunc per, neque gnare.*

*Aliæque eorum præsentium & supplicationum, ut in declaratione.*

*Officialibus conservantur eorum pœnis in iudicio.*

*Compendio hujusmodi constitutionis, ut in p. vii. sermo.*

prætere, allegare aut se excusare possit: Volumus, de-  
cernimus & mandamus, quod earundem præsentium trans-  
sumptis, & ut melius intelligantur ipsarum compendia  
sive summaria, vulgari sermone conscripta, & annotata in  
singulis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castellis, Villis, &  
Burgis Status nostri prædicti affigantur, & publicentur,  
ac tam præsentium quam summarii transumpta in Can-  
cellariis criminalibus, & in locis residentie Gubernato-  
rum, & Officialium affixa perpetuo sub pena scutorum du-  
centorum dicte Camere applicandorum conserventur.

§. 8. In novorum autem Legatorum prædictorum præ-  
sentibus, & successoribus nostris pro tempore eligendorum  
& deputandorum deputacionibus, ac literis desuper in  
quacumque forma quomodocumque expediendis, apponi  
& exprimi omnino debere volumus & mandamus, quod  
Legati prædicti eandem Sixti prædecessoris, necnon  
præsentem nostram huiusmodi constitutionem observa-  
re, implere, & executioni demandare omnino tenean-  
tur, & debeant, alias quacumque per eos contra illius  
tenorem facienda, & mandanda, nulla, & invalida sint  
eo ipso, prout ex nunc nulla esse itidem decernimus.

§. 9. In discessu vero, seu syndicato dictorum Vicele-  
gatorum, Gubernatorum, Prætorum, & aliorum Officialium  
quomodolibet pro tempore pariter deputandorum  
& eligendorum, cetera omnia per dictam Sixtum præ-  
decessorem ut supra ordinata à Fiscis Procuratoribus seu  
Depositariis ac substitutis, & locorum Syndicis, sub  
quingentorum aureorum, ut præfertur, applicandorum.  
& aliis pœnis prædictis observari, & executioni simi-  
liter demandari debeant.

§. 10. Et ita in præmissis omnibus & singulis, & quo-  
libet eorum, per Legatos, Vicelegatos, Præfides, Guber-  
natores & Locatenentes, Prætores, Vicarios & alios Offi-  
ciales antedictos, omnes, & singulos, nunc & pro tempo-  
re existentes, & quemlibet eorum, necnon omnes alios  
Judices ordinarios & delegatos quavis auctoritate fun-  
gentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum  
cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facul-  
tate & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum  
& inane quicquid secus super his à quoquam quavis  
auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus omnibus illis, quæ dictus  
Sixtus prædecessor in suis literis voluit non obstat, ca-  
terisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Volumus insuper quod earundem præsentium  
transumptis etiam impressis, manu Notarii publici sub-  
scriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Eccle-  
siastica constitutæ munitis eadem profus fides in judi-  
cio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibe-  
retur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,  
die 18. Decembris 1615. Pont. nostri anno 11.

Die 22. mensis Decembris 1615. retrospectiva litera Apo-  
stolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ S. Pe-  
tri, Cancellaria ac Camera Apostolica, & in acie campi Flo-  
ra, ut moris est, per me Ambrosium Paulinum Sanctiss. Do-  
mini Nostri Papæ Curf.  
Augustinus Brascherius Mag. Curf.

De Abbatiarum, Prioratum, aliarumque domo-  
rum Congregationis Monachorum B. Mariæ  
montis Virginis Ordinis S. Benedicti erectio-  
ne, Abbatumque, & Priorum, ac aliorum eis  
præficiendorum electione: Vocalium in Ca-  
pitolis præfinitione, Novitiorumque, Con-  
versorum, & aliorum habitu, atque regimine.

Alia de hac Congregatione Pontificia rescripta indicavi  
suprà in const. 3. Cælestini III. & in const. 85. Sixti V.  
Dudum, lib. 2.

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Postulat ratio pastoralis officii, Nobis licet impari-  
bus meritis Divina providentia commissi, ut Con-  
Bullar. Mag. Tom. III.

gregationum ad Divini cultus augmentum, & Religio-  
nis propagationem institutarum conservacioni intenden-  
tes, illa statuamus, & decernamus, per quæ non solum  
ipsæ Congregationes conservari, verum etiam incre-  
mentum suscipere valeant.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, alias dilectus filius  
Joannes de Leonardis Clericus Regularis Congregatio-  
nis Lucentis, ad restituendam, & augendam regularem  
disciplinam Monachorum ordinis S. Benedicti Congre-  
gationis Montis Virginis, à fel. rec. Clemente Papa VIII.  
prædecessore nostro delegatus, decretis Concilii Triden-  
tini inherens, & in vim facultatum sibi à dicto Clemen-  
te prædecessore attributarum, ne major esset Monachorum  
numerus quam ejusdem Congregationis redditibus  
ali posset, quædam Monasteria Ordinis, & Congrega-  
tionis prædictorum perpetuo retinenda, alia per mo-  
dum provisionis, & ad certum tempus, reliqua suppri-  
menda decreverit, expetentia vero compertum sit in  
executione decretorum ipsius Joannis difficultates, &  
incommoda, ac detrimenta varia circa Ecclesiasticum  
cultum, redditum, & Monasteriorum conservacionem, &  
manutentionem nasci, & proinde dictus Clemens præ-  
decessor multa ex illis sustulerit, & immutaverit, multa-  
que alia pro conservacione, & augmento Ordinis, &  
Congregationis prædictorum veniant abroganda.

§. 2. Idcirco Nos dictorum decretorum tenores, ac si  
de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro ex-  
pressis habentes, matura deliberacione desuper habita,  
hac nostra perpetuo valitura Constitutione perpetuo  
statuimus, & ordinamus, quod Monasteria quibus tota  
Congregatio Montis Virginis constare debet, infra scri-  
pta viginti quatuor sint, & in eisdem infra scriptis Mo-  
nasteriorum numerus ali debeatur, qui neque minui, neque  
augeri, nisi quatenus augeatur dictorum Monasteriorum  
redditus, possit.

§. 3. Videlicet Monasterium Montis Virginis de Monte,  
in quo sint Monachi centum, computatis omnibus,  
tam Professis quam Oblatis, & famulis, ita tamen ut di-  
midia saltem pars sint Sacerdote Monasterium S. Mariæ  
Montis Virginis de Neapoli, in quo sint sexdecim: Et  
Monasterium Casæ Maricanæ, in quo quatuordecim,  
comprehensis Professis, Oblatis, & famulis, ut supra  
dictum est. Monasterium Sanctæ Mariæ Virginis de Capua:  
Sanctæ Mariæ de Gratia Terræ Pintæ: Sanctæ Mariæ  
Montis Virginis Terræ Candidæ: Sanctæ Mariæ de  
Gratia Maritimi: S. Mariæ Virginis de Averla: & S.  
Agathæ Urbis Romæ: S. Salvatoris de Gultio: S. Aga-  
thæ de Apulia: Sanctæ Mariæ Lauretanæ montis Fal-  
conis: Sancti Joannis de Argeno, in quibus singulis  
sint Monachi duodecim, omnibus supradictis computa-  
tis. Prædicta vero Monasteria gubernentur sub titulo  
Abbatis, iisque non præficiantur nisi Monachi spectatæ  
virtutis & disciplinæ.

§. 4. Monasteria S. Honorii Terræ Abbedinæ: Sanctæ  
Crucis Terræ Palmæ: S. Joannis de Sarno: S. Jacobi in  
Terra Lauri: S. Benedicti de Ariano: S. Joannis Baptistæ  
de Castello: S. Joannis Baptistæ Nucerie: S. Jacobi de  
Benevento: S. Mariæ de Gratia de Carviscara: Sancti-  
simi Corporis Christi Montis Aurei: S. Jacobi Terræ  
S. Angeli de Scala, in quibus sint Monachi sex pro quo-  
libet Monasterio, neque plures, neque pauciores, com-  
putatis omnibus supradictis; & Monasteria prædicta  
gubernentur sub titulo Prioris.

§. 5. Qui quidem Priores, Abbatibus decedentibus,  
per gradus præficiantur Monasteriis majoribus supra-  
dictis, prout eorum virtutum merita, & administrati-  
onis ratio postulare videbuntur.

§. 6. Ex numero vero dictorum undecim Priorum, qui  
erunt ad nutum amovibiles, tres eligantur per vota se-  
creta ipsorum tantum undecim Priorum, sabis albis &  
nigris in pyxidem conjiciendis, & qui plura vota tulerint,  
ii vocem electivam in ea in Capitulo habeant: ea  
vero electio celebretur coram Abbate Generali, & duo-  
bus Definitoribus, vel saltem uno, si alter aliquo impe-  
dimento intercedente adesse non poterit.

§. 7. Decanus vero, Definitor, seu Visitator, Procurator  
Generalis in Urbe pro tempore existens, necnon  
supradicti omnes Abbates, & Magister Novitiorum,  
E c 2 qui

Quia de  
delegato Ap-  
ostolice  
Congregatio-  
nis retine-  
re, & reser-  
vandum  
dimittendum  
exequi min-  
imè oportet  
nam fuit.

Hic Pontifex  
decernit quod  
Monasteria  
24 sint cum  
certo Monachorum num-  
mero.

Quorum Mo-  
nasteriorum  
de eisdem  
majora tenen-  
tur singula  
per Abbatem  
eis proprie-  
tatis.

Alia vero  
monasteria  
nuda in re-  
guntur per  
Priorem, ac ab-  
batem.

Qui Priores  
iuxta a. cum  
merita suffi-  
cienter u. u.  
et decedent  
Abbatum.  
Et orator  
coram Abbate  
& Definitoribus  
ab 11. f. f.  
mes 11. f. f.  
rius eligent  
quorum electio  
tunc habetur  
in Capitulo.  
De quo in  
Bullar. Mag. Tom. III.

*Abbas vocem habeat in Capitulis. Et in electione Abbatis Generalis ac Definitorum.*

*Abbas praedicti gaudet privilegiis Abbatis Ordinis Camaldulensis.*

*Monachi maiores an. 60. qui Abbas aut loci praedicti per an. 10. praefuerint vocem habeant, si Capitulum velint.*

*In aliis 19. Monasteriis qua praedictis unia sunt, collocatur unus Monachus cum Converso vel Oblato, sacerdos an. 40. major, & hi censentur de familia Monasterii, cui illud in quo degunt Monasterium unitum erit.*

*In reliquis domibus seu membris, alii deputentur ut hic.*

*Si qua ad formam Monasterii redigantur, cum competenti dote pro alimentis & Monachis, sic restituatur sub Abbate vel Prioris titulo gubernanda.*

*Novitatus in Monasterio Montis Virginis, & S. Agatha de Urbe.*

*Qua aliorum Novitatum Congregationis privilegia omnibus perfruatur.*

qui tantum est ad praesens, & Vicarius similiter ad praesens existens Presbyterorum Montis Virginis, qui declaratur Abbas, & deinceps eligetur ex supradicto numero Abbatum, semper vocem habeant activam, & passivam in Capitulis Generalibus, & Provincialibus, & in electione Abbatis Generalis & Definitorum.

§. 8. Omnesque Abbates supradicti gaudeant, & gaudere debeant omnibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, & praerogativis quibus gaudent Abbates Camaldulenses quocumque jure.

§. 9. Monachi quoque senes, & sexaginta annis majores, cum fuerint Abbates ad minus decem annis, & seu per dictum temporis spatium iis locis praefuerint, qui nunc Abbates appellantur, licet velint cedere officio quod obtinent, habeant pariter vocem activam & passivam in omnibus Capitulis & electionibus, si tamen ad id consenserit Capitulum Generale, & non alias.

§. 10. In aliis Monasteriis seu domibus & membris quae praedictis Monasteriis unita & annexa, vel aliter reperuntur, nulla in posterum constituatur familia, sed Monachus tantum unus Sacerdos quadraginta annorum major, ac probatae vitae, cum uno Converso, seu Oblato collocetur, qui sint & censentur ex familia, cui domus seu membrum illud unitum fuerit, ac in ea Ecclesia celebrent, & bonorum, & reddituum curam habeant. Hujusmodi vero Monasteria seu domus sic infra scriptae, videlicet Monasterium Sanctae Mariae Magdalenae de Salerno: Sanctae Mariae Nuic de Trivico: S. Bartholomaei de Troia: S. Joannis Baptistae de Avellino: Annunciatum Altavillae: S. Mariae Annunciatum de Merculliano: Montis Virginis de Thiano: S. Mariae de Nuic de Prata: S. Leonardi de Montefusculo: S. Mariae de Ascensione de Cariffo: S. Mariae Annunciatum de Illiceto: S. Donati de Asculo: S. Mariae de Tocco: S. Mariae de Boiano: S. Mariae Montis Virginis de Altavilla Capacii: S. Catharinae de S. Martino: S. Mariae Annunciatum de Matalona: S. Mariae de Airola: & S. Rochi de Baniolo.

§. 11. In Monasterio autem Feudi, quod sicut accipimus membrum est Monasterii Montis Virginis, & animarum curam habet, sint Monachi, quot sicut pariter accipimus in eo esse solent, numero quinque: in Monasterio Puteolano, quod ut asseritur hospitium est, & membrum Monasterii Neapolitani, numero tres, in reliquis domibus seu membris deputetur unus Oblatus Professus spectatae probitatis, & aetatis, qui sit ex familia Monasterii cui domus annexa est, qui Ecclesiae suppellectilium, & reddituum curam habeat.

§. 12. Si vero forte contigerit, ut aliquod, seu aliqua ex Monasteriis praedictis, vel domibus ad formam Monasterii redigantur, competenterque dotentur, itaut duodecim in eo Monachi, vel saltem sex alii possint, ut supra dictum est, tunc cum Capituli Generalis consensu, & Protectoris licentia restituantur, sub Abbate vel Prioris titulo respectivè gubernanda.

§. 13. Praeterea ad propagationem Congregationis unum in Monasterio Montis Virginis de Monte, & alterum in Monasterio S. Agathae de Urbe Novitatum, in quibus postquam fabrica, & rebus necessariis instructi fuerint, Novitii recipi & admitti, ac sumptibus dictorum Monasteriorum respectivè alii, & manuteneri debeant instar aliorum dictae Congregationis Novitiatuum. Apostolica auctoritate tenore praesentium, sine alicujus praesudicio perpetuè eriguntur, & instituntur.

§. 14. Illisque sic erectis & institutis, necnon Novitiis, & aliis personis Regularibus professis, in illis pro tempore existentibus, quod omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, praerogativis, antelationibus, favoribus, praerogativis, indulgentiis, aliisque gratiis, tam spiritualibus quam temporalibus, quibus alii ejusdem Congregationis Novitiatuum, & illorum Novitii, ac regulares personae, de jure, statuto, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, possunt, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ipsi pariter, & pariformiter, ac quae principaliter, absque ulla prorsus differentia, in omnibus, & per omnia, ac si illa nominatim, & expressè per praesentes concessa, & impartita forent, etiam si talia essent quae specialem, & indivi-

duam requirerent mentionem, & sub generali expressione non comprehenderentur, uti, potiri, & gaudere possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis itidem perpetuè concedimus, & indulgemus.

§. 15. Quo vero ad uniuscujusque loci qualitatem, & Novitiatuum, & recipiendorum in Novitios formam spectat, eorumque regimen, decreta super praedictis à Sede Apostolica evulgata omnino serventur.

§. 16. Et quoniam ut ex statu personali Monachorum dictae Congregationis nobis constitit, ex quorundam Superiorum negligentia, seu aliquo humano affectu factum est, ut ex eadem patria, & etiam ex eadem familia multoties major numerus Monachorum receptus fuerit quam par erat, seu Monasterii redditibus, qui in eadem patria sunt, alii possit, decernimus non plures Novitios, quam tres ejusdem patriae in posterum in Congregatione praedicta recipiendos, nisi in defectum aliorum; quocumque recipiendi manus hujusmodi ad Capitulum Generale cum Protectoris licentia spectet, & non aliter.

§. 17. Nemo etiam Abbas, Prior vel Cellarius creati possit in propria patria.

§. 18. Insuper duo alii Novitiatuum Monachorum professorum arbitrato Capituli generalis constituantur, in quibus Novitii professi usque ad Presbyteratus, vel saltem ad subdiaconatus ordinem, in observantia disciplinae monasticae studiis incumbant.

§. 19. Sicut autem vestitus Novitiorum à vestita Monachorum professorum distinctus esse debet, sic Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit, & Oblatis non professis Tabanus tantum cum beretto albi coloris concedatur.

§. 20. Volumus etiam, & decernimus, ut filiationes Monasteriorum, uti habent aliae Congregationis S. Benedicti, in Congregationem hujusmodi introducantur.

§. 21. Et tam Abbates quam Priores praedicare verbum Dei possint in locis vigintiquinque miliaribus à suis Monasteriis distantibus.

§. 22. Et postquam cursum in Theologia peregerint, & quinque annos continuo legerint, gradum Doctoratus suscipere cum licentia Abbatis generalis, qui nulla tamen gaudeant exemptione, possint, & valeant.

§. 23. Ac omnes oblatis, tam haecenus professi quam qui in posterum emiserint professionem, debeant post illam emissam deferre scapulare parvum latitudinis palmi, longitudinis usque ad genua, ac in ima parte ad figuram ovi redactum, cum cuculla rotunda, & sine cauda, ut dicunt, & dicto scapulari consuta, dictaque professio non possit ab illis emitti, nisi de vita, & moribus à Religiosis Monasteriorum ubi servierunt, & tunc servierint, fuerint approbati, ac servatis decretis à fel. record. Clemente Papa VIII. praedecessore nostro conditis, & publicatis: antequam verò emiserint dictam professionem, debeant gestare tunicam oblongam dumtaxat cum mantello, & pileo.

§. 24. Hi autem omnes supradicti Oblati teneantur per annum integrum Novitiatum facere, & quae sunt necessaria addicere.

§. 25. Alii verò qui recipientur ad servitia utilia obunda, nec emittent professionem, solum unam vestem usque ad genua, & non infra oblongam, unà cum mantello, & pileo ad instar laicorum secularium habere debeant.

§. 26. Decernentes praesentes literas, ac in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vicio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari seu impugnari, aut aliis quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut in jus vel controversiam vocari, aut adversus eas, & ea quodcumque juris, & facti, vel justitiae, & gratiae remedium intentari, impetrari vel concessi nullatenus unquam posse, sed ab omnibus quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari debere.

§. 27. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & Delegates, ac Commissarios, quavis auctoritate fungentes, ac etiam S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his

*Quo non Novitios recipiendos, & regenda, & ereta Sede Apostolica.*

*Qui, & Novitii piamdi*

*Abbas, vel Cellarius in propria patria non gaudeat.*

*Novitii duo alii et uno Cellarius generalis constituantur.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*

*Conversorum professorum vestitus à non professis distinctus omnino sit.*



aliique efficacioribus, & insolitis clausulis, adierantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, in genere, vel in specie, ac aliis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alia de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificis, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes hac vice specialiter, & expressè in quantum nostris prohibitioni & interdicto, aliisque premissis adveniantur, harum serie derogamus, & derogatum esse, & ceteri, neque illa eis ullatenus suffragari volumus, & declaramus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpti hujus Bulla erudi jubetur.

§. 6. Et quia difficile foret presentes literas ubicumque usus venerit ostendi, & publicari: Volumus ut earum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici, vel alicujus dd. Religionum Secretarii subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel cujusvis ex Generalibus prædictis sigillo munitis eadem profusus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ.

D. P. A. die 11. Junii.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 11. Junii 1608. Pontif. nostri Anno 4.

XCI. Institutio Congregationis Piorum Sacerdotum, Oratorii Jesu Christi Domini nostri nuncupandæ, in Regno Franciæ, ab Henrico Episcopo Parisiensi, & Maria Francorum Regina, ad restituendam augendamque fidem Catholicam promotæ.

Aliam, sed diversam Oratorii Congregationem instituit in Vrbe Gregorius XIII. in ejus const. 191. Copiosus, ut supra.

Ad propagandam Catholicam fidem Congregationem erexit Gregorius XV. in sua constit. 26. Inscrutabili, cum duabus seqq. Constitutionibus, in quarum prima assignantur proventus, in secunda vero conceditur, quod litteræ, & scripturæ omnes pro ipsa Congregatione gratis tradantur Ministris ejusdem.

Edita A. D. PAVLVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Proamium. SACROSANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE, quam Dei unigenitus Jesus Christus D. N. auctor ipse piorum operum fundavit, regimini suprema dispositione præsidentes, pro nobis commissi gregis Domini prospero statu, & animarum salute solliciti esse compellimur, & ea sincerè tenemur amplecti quæ ad incrementum Religionis pertinent, & ad virtutum spectant ornamentum, ac pie Christi fidelium Congregationes instituantur, & exinde uberrimos fructus bonorum operum, in illis locis præsertim ubi id magis expedire dignoscitur, in dies per pia & spiritalia exercitia accrescant, & iis exercitiis devotæ ac Domino famulantes personæ, animarum suarum salutem eodem Domino misertante facilius consequi, ceterisque Christi fidelibus vitæ ac morum exemplo proficere valeant ad salutem.

Henricum Episcopum Parisiensem & Mariam Francorum Regina, ad restituendam augendamque Ecclesiasticam disciplinam supplicatè Petri pro institutione Congregationis Piorum Sacerdotum in eo Regno, quod regnum Petro de Berulle presbytero Parisiensi commisit.

§. 1. Sanè exhibitâ nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Henrici Episcopi Parisien. ac charissimæ in Christo filiæ Mariæ Francorum Regine petitione continebat, quod aliis cum ipsa Maria Regina pio devotionis zelo ducta, ut aliquo devotionis suæ monumento immensarum gratiarum munera quibus eam bonorum omnium largitor optimus decoravit testari possit, disciplinam Ecclesiasticam, undique ferè in Regno Franciæ hæresum bellorumque præteritorum injuria, tum in Religione, tum etiam in moribus non parum depravatam ac corruptam, in primum, & pristinum suum statum, devotionisque & pietatis splendorem salubri aliqua ratione

restitui plurimum desideret, & id re ipsa in consultatione cum viris gravibus & piis, ac præsertim cum d. Henrico Episcopo piuribus habitæ mature discussa, utilius & fructuosius quàm ex institutione alicujus Congregationis piorum sacerdotum, quorum studium & officium ac munus sacerdotale, juxta sanctum atque pium illius institutum debite exequen, & adimplen. sit omnino directum, instituen. exequi posse non videatur, ipsaque Maria Regina unam devotam piorum, ac probatæ vitæ Sacerdotum, quorum principale institutum singulas actiones ordini sacerdotali convenientes & essentialis amplecti existat, Congregationem in ipso Regno, & præsertim in civitate Parisiensi, ubi illa non parum desiderari videtur, erigi & institui, curamque erectionis, & institutionis hujusmodi dilecto filio Petro de Berulle presbytero Parisiensi, cujus ministerium felici progressui, & directioni ipsius Congregationis maximè profuturum esse in Domino confidit, per Nos committi & demandari summo perè desideret, pro parte eorumdem Henrici Episcopi, & Mariæ Regine Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Congregationem piorum ac probatæ vitæ sacerdotum perpetuo erigere, & instituire, illiusque curam dicto Petro committere & demandare, ut præfertur, ac aliis de Apostolicæ potestatis providentia consulere dignaremur.

§. 2. Nos igitur quibus cura & sollicitudo cordi infidet fidem, & religionem Catholicam propagare, divini que cultus augmentum, & ut Christi fideles singuli per viam salutis in hoc sæculo gradientes, ad cœlestia Regna pervenire mereantur procurare, præsertim ubi Catholicorum Principum vota id exposcere, ac in Domino salubriter conspicimus expedire: considerantes hujusmodi institutionem specialiter sacerdotes aut personas ad sacerdotalem statum aspirantes, vel saltem eorum ministerio necessarias, ac Jesum Christum Dominum nostrum sacerdotalis dignitatis immediatum institutorem tangere & respicere, æquum maximè, & rationi consentaneum judicamus, ut qui hujusmodi institutum aggrediuntur ultra communem fidelium devotionem, speciali & particulari devotioni Jesu Christi Domini nostri addicantur, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & fons sacerdotii in Ecclesia Christiana. Hinc pio, & salubri d. Mariæ Regine desiderio favorabiliter annuere, ac ipsum opus pium muneris Sedis Apostolicæ consolatione confovere, necnon Christi fideles ad pia, meritoria, & salutaria opera exercenda, Ecclesias quoque, & sacra Dei templa devotionis causa visitanda æternis præmiis, ac spiritualibus muneribus, & peccatorum remissione invitare volentes, necnon Henricum Episcopum & Petrum prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, d. Petro apud Nos de religionis zelo, vitæ ac morum honestate, aliisque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendato nostram & dictæ Sedis benedictionem impartientes, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei Patris, & animarum salutem, unam sub nomine Oratorii Jesu Christi Domini Nostri Congregationem, in honorem orationum quas in diebus carnis suæ fudit, ut ii, qui Congregationem ipsam ingredientur, eundem Jesum Christum pro nobis in oratione positum, & pernoctantem reverentur, atque etiam instituti ad quod vocati sunt moneantur, & præsertim semper hanc præcipuam omnibus communem, & omni tempore congruentem officii eorum partem, quæ in orationibus pro populo, ac in Dei laudibus celebrandis versatur habeant, Apostolica auctoritate tenore presentium sine alicujus præjudicio perpetuo erigimus & instituimus.

§. 3. Diciturque Petrum in Institutorem Præpositum generalem hujus piorum sacerdotum, nulli antea religionis voto solemnè addictorum, necnon & aliorum ad presbyteratus ordinem promoveri cupientium, & reliquorum ad familiaria officia necessariorum Congregationis Oratorii Jesu Christi Domini Nostri nuncupandi hujusmodi,

Hic Ideo Petri Congregatione Oratorii Jesu Christi Domini Nostri pro pium sacerdotum instituit.

Distinctionem Petri dicitur Præpositum d. Congregationis Piorum sacerdotum qui infirmis religionem præcipua institutum perfectionis status sacerdotum tenentur.





Congregationem istam Gregorius XIII. approbavit, ut in eius consilio. 101. Capitulum, hic supra, ubi notavi.

Alia, sed diversa in Regno Francie mox instituta est Congregatio Oratorii, ut legere est in const. preced.

Edict. An. D. 1612.

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

In omnium

Christi fidelium quorumlibet, presertim Altissimo in humilitatis spiritu famulantium votis, quae felicem eorum prosperamque directionem, & gubernium concernunt, libenter annuimus, & quoque favoribus prosequimur opportunis, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Congregatio Oratorii in Vrbe suas ordinationes, & confirmationes Papa supplicavit.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Praepositi & presbyteri Congregationis Oratorii, in Ecclesia S. Mariae in Vallicella nuncupata de Urbe instituta, quod ipsi quaedam constitutiones, & ordinationes pro felici dictae Congregationis regimine, & spiritali progressu conscripserunt, illasque non semel examinatas, ac etiam mandato nostro recognitas, in unum volumen redegerunt, tenoris subsequens.

C A P. I.

De Oratorio, & Oratore.

Declarationem seu appendicem ad hoc Capitulum vide hic infra, post cap. 12.

Verè locum orationi destinatum Oratorium dicimus; nam familiaris in ipso nota divini Verbi tractatio, post hæc tractanda, jam adulta & in Ecclesiam nostram translata nomen minus accommodatè retinuit Oratorii, in quo scilicet tam exteri quam nostri quotidie vesperi, post orationem quam dicimus mentalem, consuetas Litanias recitant, aut singulis ter hebdomadis, quae est voluntaria corporis castigatio, supplicio flagellorum sese afficiunt. Festis item diebus à Kalendis Novembris usque ad sanctam Christi Domini resurrectionem, non modo supplicationibus, sed etiam familiari cohortatione, & musico concentu excitantur ad Caelestia contemplanda. A Resurrectionis vicissim Dominica usque ad Kal. Novembris, post officium vespertinum, in Ecclesia à nostris decantatum, & auditum sermonem in suburbanum quempiam locum; vel (si per calores æstivos non liceat) in templum aliquod ad has rerum divinarum tractationes intra Urbem convenire solent. Singulis præterea diebus Dominicis, nisi nostro sit in templo concionandum, mane lectis Litanis, & sermone opportuno de documentis præsertim Evangelicis familiariter habito, declarantur ex externis qui septem primarias Urbis Ecclesias, ac tres domos infirmorum publicas hospitalis infra hebdomadam aliquando visitent. Harum omnium cura rerum Praefectum attingit Oratorii, & nostris constitutum sacerdotibus, vel adiutorem, ut alteruter his ritibus præsit, salutique consuetudinis consulet externorum, quibus etiam presentis ope pietatis officia in valetudinariis erga ægros festis diebus proponat exorcenda. Ex externis item fratribus idoneos ad certa Oratorii munia deligat, & in primis Rectorem, caveatque ne ulla ex parte constitutioni derogetur, quam Congregatio his verbis expressam voluit.

Praefectus Oratorii nostri nullo modo permittat exteris officialibus in eo constitutis, ut in aliquid se rerum aut negotiorum ingerant ad ipsum locum vel institutum quoquo modo pertinentium, quod ipse non eis praescripserit; nullum enim huiusmodi jus aut potestatem habere possunt. Ne quid præterea innovetur ibi hæcenus observatum, de rebus præsertim gravibus ad Oratorium spectantibus quibuscumque Praepositi Congregationis nostrae consulat, penes quem rerum Oratorii & Congregationis eadem est gubernatio.

Hæc satis, ut appareat qua via sint externi frequentiores in Oratorio ad contemplationem, & amorem divinarum promovendi. Nostris autem ejusmodi instituto magis deditis id etiam maxime adhibendum quod à B. Philippo patres edocuit ad hunc modum constituerunt.

Horas suas quilibet habeat meditationibus praestitatas, in quibus majores quotidie progressus faciat, Deum celestiaque amando, & appetendo, quod Superiores pro sua charitate ac prudentia sæpius unumquemque admo-

nere, & qui huiusmodi studiorum fructus conset, animadvertere debent: habeant igitur quae orationi & meditationi seponant sua tempora; & præter horariorum Praepositi quem adstant, etiam sacerdotem sacrae familiae nostrae confessionibus audiendis praesentem, qui pro sua quemque prudentia ad hæc divina studia vel se-gnorem incitare solet, vel nimis incitatos, cum fuerit consentaneum, moderari.

Ceterum ob alias plurimas occupationes sibi proximisque salutare, aliud nullum mane vel die orandi tempus ac spatium sibi praesentem capiunt & consignatum, quam quod arbitrato quisque suo ejusmodi meditationibus, & sacris precibus pie, sancteque dederit. Ad Vesperum autem, sicut dictum est, in Oratorium publicum externis etiam quibusque viris patens, & expositum, ad orationem unde nomen accepit, seduli convenire debent. Sed de omni orationis, & flagellorum in Oratorio ritu & consuetudine, deque piis externorum officiis, infra post alias constitutiones, in hujus capituli appendice agendum est.

C A P. II.

Congregationis nostrae Sacerdotes, utpote divinarum administrari, in Ecclesia festis praesertim diebus frequentes adsunt, alii confluentibus divina mysteria praesent, alii ad sacras confessiones audiendas intenti, à prima luce ad horam usque prandii è subsellis suis non nisi necessitate impulsu recedunt. Sacrum omnes quotidie peragunt, & ceteri inserviunt, potissimum Clerici, qui cum res ipsa sacra solemniori ritu, & musico concentu celebranda est, bene mane descendentes in sacrarium, sacerdotes pia diligentia sacris vestibus ornant, & solemnibus sacrificiis praesentes ac diversa munera obeuntes, ab ipsa Sacrorum custodia aut Ecclesia dum datur divinis opera, nunquam recedunt, de rebus autem ad Ecclesiam spectantibus hæc sunt nostris proposita decreta.

In Ecclesia nostra nullæ erunt statuae vita functorum, sive ex marmore, sive ære, sive gypso, aut alia materia.

Diebus festis semper solemnibus apparatu, tam Missa quam Vesperae celebrabuntur. Erunt etiam Vesperae solennes in Vigiliis Corporis Christi, Nativitatis B. Mariae Virginis, & Consecrationis Ecclesiae nostrae ad X. Kal. Junii, cujus octavae redditur officium, & infra eam gratissima nobis recurrit memoria dormitionis Beati Philippi Patris nostri, ad VII. Kalend. Junias. Præterea infra octavam Corporis Christi Vesperae quotidie decantamus.

Singulis similiter annis IV. Kalend. Februarii dies festus Sancti Papae, & Mauro martyribus solemnibus apparatu celebratur, & mane ejus diei festi res sacra, Diacono & Subdiacono ministris peragitur. Vesperae in Vigilia & ipso die festo musico concentu decantantur. Porro in Vigilia etiam matutinae Laudes ante cenam, coram factis eorum Reliquiis, à Sacerdotibus & Clericis nostris una recitantur, ut debitus honor patronis Ecclesiae, & Congregationis exhibeatur.

In translatione vero, quae contigit III. Idus Febr. idem servatur. Missa tamen & Vesperae solemniter non decantantur.

Dies etiam festus Sancti Gregorii Papae, Congregationis, & Ecclesiae nostrae Patroni, IV. Idus Martii, est nobis tam in primis Vesperis, quam in Missa admodum sollemnis.

Alios item Sanctos, quorum sacris Reliquiis vel insignioribus aucti sumus, Ecclesiasticis officiis singulariter veneramus; nam IV. Nonas Maii Nereum, Achilleum, & Domitillam martyres, duplici.

VII. Nonas Julii Paternuthium, Copretem, Alexandrum martyres, quibus dicatum est Altare, semiduplici.

VI. Kal. Augusti Pantaleonem martyrem, semiduplici.

XI. Kal. Novembris Ursulam, & Socias, Virgines & martyres, semiduplici.

XIX. Kal. Jan. Spiridionem Episcopum, & Confessorem, semiduplici similiter prosequimur.

Quamvis

PAULUS QUINTUS.

Quamvis verd nostri in Ecclesiasticis officiis, Vesperis dierum festorum exceptis, Ecclesiam non frequentent; cum tamen habetur aliqua singularis celebritas anniversaria, ut die festo Purificationis B. Mariæ Virginis ad candelas; in capite jejunii ad Cineres, Dominica Palmaram ad olivas; consuetis majoris Hebdomadæ diebus ad matutinas, Missam, aliasque solemnes ejus temporis ceremonias; die in super festo omnium Sanctorum ad Vesperas, præter consuetas etiam defunctorum, item ad matutinas, sicut manè ad Missam; nocte tandem Nativitatis D.N. Jesu Christi ad matutinas, & Missam in Chorum Ecclesiam convenire solent.

Sed jam ab hisce feriis veniamus ad funera. Cum enim aliquis è nostra Congregatione è vita decesserit, singuli Sacerdotes tres Missas celebrabunt pro vita functo: qui verd Sacerdotes non fuerint, novem coronas recitabunt, in loco verd ubi defuncti corpus fuerit præsens, recitabitur officium defunctorum, si manè fuerit, celebrabitur Missa solemnis; sin minus sequenti die Diacono, & Subdiacono ministris, sex candelis accensis in Altari, & quatuor facibus juxta corpus. Absoluto autem officio, duæ ex illis remaneant usque ad sepulturam, quod si absens obierit, privatim recitabitur à Sacerdotibus nocturnum officium defunctorum. Missa verd solemnis, ut supra: singulis item annis infra octavam omnium Sanctorum celebrabitur Missa solemnis pro defunctis nostræ Congregationis.

Sine consensu Præpositi & Deputatorum res sacra non celebrabitur solemnè apparatu pro vita functis exteris, videlicet Diacono & Subdiacono ministris, nec ipsi facile concedent, nisi mortuus Prælati extiterit, aut eximie dignitatis, & honoris inter laicos, aut certè valde benemeritis de nostra Congregatione.

Nullum recipietur à Congregatione nostra legatum de re sacra perpetuò peragenda, nisi fortè justissima causa intercedat, & ex consensu Patrum expleti decennii.

Quæ autem hoc in loco de sacris confessionibus videntur ponenda, hæc habemus. Singulis diebus seralibus aliquis ex Sacerdotibus ad hoc muneris delectis morari debet in Ecclesia ad confessiones audiendas. Fetià verd quarta, & sexta manè usque ad horam prandii omnes, & festis pariter diebus omnes excubare.

Nemo tamen eorum admittitur ad audiendas confessiones sine Patrum consensu, qui exegerint decennium in nostra Congregatione.

C A P. III.

**I**n Ecclesia nostra, die Sabbato ad vacandum excepto, quatuor quotidie, nisi etiam dies festi sint, cum aliquis tantum unus sermone fieri solet, è Sacerdotibus nostris qui fuerint ad hoc oneris munerisque delecti, ordinata successione, verba ad vulgi præsertim captum accommodantes, & nullam prorsus pompam, vel vanum populi applausum declinantes, genere dicendi verè fructuoso audientium animos pascunt. Sanctorum præsertim exemplis, ac probatis historiis sermonem confirmantes. Vitandæ enim sunt eis quæstiones difficiles, dogmatum tractatus, & quæcumque scholas decent magis quam Oratorium. Est autem ejus consuetudinis, qui providè negotium id curet, stato tempore ad Ecclesiam descendere, & inter alia quæ paranda sunt, horologium arenarium juxta sedem sermonicantium ponere, & librum aliquem de salutaribus scriptum præceptis, aut de Sanctorum dictis, & factis, ubi octo, aut decem auditores præsertim viderit lectitare, cum verd quindecim, vel ut summum viginti, ære campano hora consueta signum dare, quo ille quidem audito cui primò dicendum est, ad locum festinat, & postquam legentem paulisper audierit, ligneam sedem sex vel octo circiter graduum ascensu sublimem conscendit, arenarium horologium juxta positum invertit, quod semihoræ spatium præstinet, & nullo usque proemio, ab argumento præsertim quod in libro lectum est sermonem orditur. In medio ejus sermone surgit custos ad signum eadem grandiori campana iterum dandum, quo habito alter dicturus secundo loco huc properat, & tantisper expectat dum primus finem dicendi fecerit. Eodem penitus modo secundo succedit tertius, & tertio quartus,

nec horum cuiquam amplius hora dimidia datur, nec horologio solum, sed tintinnabulo cum opus est, ad finendum admonentur.

Sermonibus absolutis sacer concentu musico canitur hymnus, quo expleto is qui dixit ultimus, ad orationem Dominicam & Angelicam salutationem ter secretò recitandam invitat, & concio dimittitur. At Dominicis cæterisque diebus festis, eorum unus quibus ad dicendum sunt ejusmodi dies consignati, in Ecclesia post vespertinum officium decantatum sermonem habet, cui semihoram aliquantulum præterire, non tamen certas jam enarratas dicendi leges, liberum esse debet. Eisdem diebus à Kal. Novembris usque ad celeberrimum Christi Domini resurrectionis diem, sicut etiam Dominicis, manè toto anno ab aliquo ex nostris sermo in Oratorio habendus est, sed hac de re aliàs, nunc satis est referre nostras constitutiones huc pertinentes.

Ad sermonem habendum in Oratorio nullus admittetur ex nostris, absque consensu Patrum qui decennium expleverint in Congregatione.

Ex exteris verd nullus invitandus ad concionem habendam in Oratorio vel Ecclesia, nisi ex Præposito, & quatuor Deputatorum consensu.

C A P. IV.

**N**unc statum, & formam Congregationis nostræ penitus immutabilem in promptu ponimus duobus decretis expressam. Horum primum his verbis sancitum est.

Cum nostra Congregatio solo charitatis mutue nexu, neque ullis astricta votorum, juramenti, aut promissionis hujusmodi vinculis, olim per beatum Patrem Philippum Nerium fuerit divina inspiratione instituta, atque hæc fuerit ejus, & omnium Congregationis Patrum mens semper unanimes, ac sit, ut ita perseveret, decretum est, si quando aliqui ex nostris putaverint ab hoc statu recedendum, & alligare Patres, fratresque ullis votorum jurisjurandi aut promissionis vinculis, etiam si isti majorem partem conficiant, ut sit ipsis quidem liberam, quam velint ingredi Religionem, sed altera pars, quavis numero longè impar, habeat omnia bona Congregationis quocumque loco posita, quandiu perseveraverit in hoc statu, nec alteri quicquam dare, vel acquisitum, vel acquirendum teneatur. Sic enim conservabitur in Ecclesia Dei circumdata varietate. Hactenus decreti verba, ut inde etiam appareat parentem optimum in Christo nostrum adduci non potuisse, ut suos alia via filios duceret qui pro Christiana charitate religiosos homines tam religiose coluit, & pro singulari prudentia Sanctissima tot Ordinum instituta votorum vinculis religare se volentibus, eo tempore ad omnem Christianæ disciplinæ præstantiam satis esse noverit.

Alterum decretum est. Ne quis prætextu ampliandæ Congregationis eam dissipet, atque ut confusio vitetur quam multitudo parere solet, arctiusque inter se, qui sunt è Congregatione amoris vinculo colligentur, quænti quotidiana consuetudo conciliat, ac mores cujuslibet ipsorum ex hoc cognosci possint, & notorum vultus cuncti reverentur, statutum est ne Congregatio alibi ullum locum recipiat, neque alterius Congregationis regendæ suscipiat onus. Si quæ verd aliorum locorum Collegia, & Congregationes nostra instituta obtinuerint, & servare voluerint, non sint illa quidem nostræ annexa, neque Clerici eorum sint è Congregatione. Oratorii Romani, quemadmodum esse debent instituti, ut unaquæque domus aut familia, nostræ formam imitata, separatim ab iis se per se regat & moderetur.

C A P. V.

**A**d Congregationis, terumque ad ipsam spectantium gubernationem, & curam Præpositus primùm eligitur, quem etiam Patrem appellamus, deinde quatuor presbyteri deputantur, de quorum omnium electione, & munere sic decernit Congregatio.

Nullus Præpositus eligetur, qui in nostra Congregatione quindecim annos non permanserit, quo temporis spatio Deputati vel Ministri sit functus officio, & qui ætatis suæ annum quadragesimum saltem attigerit.

Statu Congregationis Oratorii præpositi

Præpositi; & quatuor presbyteri deputantur electione

Electio

Electio Præpositi pertinebit ad omnes Sacerdotes Congregationis, qui exacto decennio fuerint admissi ad jus suffragii ferendi. Laici verò certò sciant, se nihil ad electionem Præpositi, Deputatorum, Præceptorumque juris habere, munia assignata ex præscripto dumtaxat obituri.

Tam Præpositus quàm Deputati, & cæteri Officiales eligi possunt etiam absentes.

Præesse debet in electione, absentiaque Præpositi, quass Superior, qui primum è sacerdotibus nostris tenet post Præpositum in Congregatione locum.

Fiet autem Præpositi electio hoc modo. Qui erit à secretis, singulis electoribus schedulas dabit, in quibus scriptum vel typis impressum sit nomen eligendorum, ut illas in vias coniciant, videntibus duobus ad id muneris deputandis. Eductus autem iisdem duobus cernentibus à Secretario clara voce legetur, & electus is erit Præpositus, in cuius electionem convenerint Electores medietate plures. Hunc sanè modum eligendi, donec consentiant, decies repetere possunt, post decimum verò scrutinium, si necdum in unum pars major media conspicerent, compromissum fiat, ut scilicet quinque solum ex electoribus Præpositum è duobus tantummodo deligant, in quo plura suffragia ex quacumque disquisitione hæcenus collecta concurrerint, quod exemplo declaratur. Si enim duo vel plures octavum sibi numerum in suffragiis obtinuerint, vel unus aut plures octavum, alii verò septimum; tunc cæteris omnibus rejectis horum tantum delectus electoribus habendus est. Ipsi autem electores quinque compromissati, quibus scilicet datum est arbitrium deligendi Præpositum, in ipsa tunc simul Congregatione trahuntur deputandi, ut singuli ad eam electionis potestatem plures sibi suffragantes habeant (non enim plura medietate suffragia in ipsis deligendis requiruntur) & ex illis constituantur, qui non fuerint inter primos eligendos numerati; his enim duobus eo tempore nulla ad hujusmodi electionem relinquatur facultas, sed activa simul, ut dicitur, & passiva voce privantur.

Si quando tandem schedulis eductis compromissati pares extiterint, electus habeatur qui debito in Congregatione sibi loco aliis pariter concurrentibus præstat.

Tres annos duret Præpositi munus, & confirmari possit tertio quoque anno Congregationis arbitrio. Ad eandem mensam unà cum cæteris accedet & assidebit, nisi impediatur invaletudo.

Nihil singulare habeat in Ecclesia, mensa, cubiculo, domi, forisve præter locum primarium, & laicum ex nostris à Deputatis assignandum, qui omnem in ejus obsequium conferat operam.

Circa rem familiarem, & bona Congregationis, administratione utatur accurata, præsertimque nostris ad victum, & vestitum necessaria. At verò pauperibus, aut aliis qui non sunt ex nostra Congregatione, quolibet mense nummi aurei summam poterit elargiri. In majori quidem summa quotiescumque ejusmodi largitionum se dederit occasio, quatuor Deputatorum requirit consensum, cum verò decem nummos aureos excedere contigerit, totius Congregationis. Idem in aliis cujuslibet completi operis aut negotii servet impensis extraordinariis, & ad victum aut quotidianum familiarum nostrarum usum nihil attinentibus.

Totius Congregationis gubernandæ, omniumque curandarum quæ ad eam spectant, prima potestas sit penes Præpositum, ad ipsum enim solum pertinebit Congregationem, cum opus fuerit convocare, tractanda proponere, ritè constituta perficienda curare, exigere quoque rationem actorum vel agendorum à singulis nostrorum, quibus est aliquod munus vel onus quomodolibet ubique locorum mandatum, & videre ut singula rectè expendantur. Convocabit ad hoc Congregationem quatuor Deputatorum saltem qualibet hebdomada, sine quorum consensu nihil agat quod spectet ad universalem gubernationem Domus, & eligendos, aut amovendos officiales. A Præposito enim, & quatuor Deputatis cæteri officiales, & ministri triennium duraturi eligentur, excepto Confessario, ad quem eligendum plures ex electoribus convenire debent in ipsa Congregatione proxi-

mè post Præpositum, & Deputatos electos, horum enim nullus ei muneri præficiendus est.

Domesticis autem officiis præfecti, quos Officiales dicimus, suis omnibus satis noti sunt qui sequuntur.

Sacerdos à Confessionibus.

Corrector ex senioribus, qui secretò corripiat errantes.

Minister, qui rebus domesticis administrandis, Præpositi sententia consultat, & explorata, det operam.

Præfectus Sacrarum, cujus paternæ curæ Sacrarum ministerio assignati committuntur, sicut Ministro cæteri Laici omnes.

Custos Sacrarum.

Præfectus Oratorii, & Adjutor.

Præfectus Sermocinantium in Ecclesia.

Præfectus Ceremoniarum.

Præfectus Musicæ.

Receptatores hospitium duo.

Monitor precum, quas debemus commendati in mensa Vesperis.

Tyronum Præfectus.

Custos depositæ pecuniæ.

Negotiorum domesticorum Procurator, & adjutores.

Bibliothecarius, & adjutor, qui non permittant è communi Bibliotheca libros extrahi.

Minister infirmorum, & adjutores.

Præfectus ædificiorum, & adjutor.

Præfecti corrigendis legentium erroribus in mensa duo.

Aromatarum Præfectus, & Aromatarius.

Pecuniarum exactor, & dispensator.

Custos Suppellectilium.

Cellarum Penuariæ custos.

Cellarum Vinariæ custos.

Custos Triclinii.

Janitores.

Hos præsertim Congregatio singulos hujusmodi constitutione voluit admonitos.

Nemo munus à Congregatione, seu Præposito, & Deputatis demandatum recuset, sed omni animi demissione suscipiet: quod si aliqua ex causa sibi recusandum judicabit, postquam ea quæ senserit, debita modestia semel aut iterum exposuerit, nec Præpositus & Deputati approbaverint, injunctum munus sine ulla amplius excusatione accipiet.

De Deputatis autem cum Præposito eodem tempore eligendis hæc habentur.

Post electionem Præpositi statim eligentur ei quatuor ex presbyteris, qui decennium transegerint in Congregatione, ex quo sunt admissi ad primam probationem, & jus habeant eligendi à tota Congregatione, de quorum consensu, ut dictum est, cuncta à Præposito agentur quæ ad universalem Congregationis gubernationem pertinere ipse judicaverit.

Ab eisdem ergo presbyteris omnibus exacto decennio eodem modo quo supra ad tertium scrutinium eligentur quatuor Deputati, singuli separatim in eadem Congregatione; post tertium verò scrutinium, nullo facto compromisso duo eligantur, in quos plura fuerint suffragia in illa trina disquisitione collata, si verò plures pariter concurrant eligendi, duo tantum cæteris rejectis ad electionem pervenire possunt, illi scilicet qui aliis de more prærite debeant in Congregatione. Exemplum proponimus. Si scrutinio ter peracto, in octavum alter suffragiorum numerus pervenerit, alter verò in septimum, hos dicimus duos, cæteris omni suffragio privatis ad Deputati munus per scrutinium provehendos: quod si plures septimum illum numerum obtineant, ille ex eis scrutinio similiter eligendus erit exclusis aliis, qui debeat eis in Congregatione antecedere: si rursus paria duorum fuerint eligendorum suffragia, is similiter habeatur Deputatus, qui ex instituto alterum inter nostros sit solitus antecere.

Unus à quatuor Deputatis triennii præteriti (tres enim annos durat cujusque munus) aut etiam si placebit, duo confirmantur in tres alios annos, qui post illos confirmari amplius non possint.

Ex

Ex deputatio item eligetur aliquis à Secretis ex ipso- rum consensu deputatorum, qui singula decreta à Con- gregatione univorsali, vel à Præposito, & quatuor Deputatis, in libro ad hæc conscribendo notabit, & literas ad quos continget, scribet. Literæ autem om- nes quæ negotia continent, in alio libro sunt exscri- bendæ.

Deputatorum erit præterea cum Præpositus deceſſerit vel ſinerit ejus munus, ſeniores prædictum monere, qui ejus vice interim fungatur, ut convocet ad electio- nem Præpositi convocandos: quod si ille negligat, ipsi convocabunt.

Si nemine dissentiente ipsis videbitur cessatio mu- neris concedenda, vel indicenda Præposito ob justam causam, quatuor à Sacerdotibus exacti decennii advo- cabuntur: quod si his videbitur, iidem convocent Congregationem à qua deponatur, & eligatur novus Præpositus, sicut jam supradictum est, eo modo tamen servato in Præposito deponendo, qui in efficiendis te- nendus est.

Singulis annis mense Januario aliquis ex Deputatis cum altero non deputato, rationem omnium expenſarum quæ toto anno sunt sigillatim inibit, eamque ini- tiam in publica Congregatione referet, ut appareant om- nibus quæ superiori anno factæ sunt expenſæ, pateatque singulis contractumne sit æs alienum, & quota sit sum- ma rei familiaris, & bonorum omnium nostræ Con- gregationis.

C A P. VI.

**N**ostræ Congregationis Patres Beati Philippi Insti- tutoris optimi morem sequuti, non nisi homines probatæ vitæ, maxime idoneos & quasi ad institutum natos recipi volunt ad suorum numerum aggregandos, etiam ad hunc modum factis decretis.

Minores duodeviginti annis, ac majores quadra- gintaquinque ad primam probationem non recipiantur, neque ii quos canones ab ordinibus arcet, nisi in or- dine laicorum sint omnino permansuri, non infirmæ valetudinis, non ii qui ingressi sunt aliquam Religionem, non nisi bonæ apud omnes famæ, qui Oratorii nostri frequentes fuerint auditores & orationibus interfuerint, & sæpius alicui ex nostris Sacerdoti soliti fuerint con- fiteri, & experimentum ceperint instituti nostri. In his tamen omnibus, si ita videatur patribus qui decen- nium expleverint, in Congregatione poterit dispen- sari.

Duo ex nostris presbyteris à Congregatione eligen- tur, qui diligentem adhibeant curam circa eos qui ad- mittendi sunt in Congregationem, ut vel antequam ad- mittantur, eorum vita & mores omni studio explorentur; eapropter crebra cum illis inibunt colloquia, unâ rum ipsis versabuntur, nec his contenti, ab illis etiam certiores reddantur qui ejusdem erunt patriæ, & qui- buscum antea tempore quàm recipiantur fuerint versati. Referre autem debent duo electi ad Congrega- tionem iterum convocandam, quæcumque de illis ha- buerint, si quo modo scire intersit, antequam secretis suffragia ferantur.

Præter duos patres, quos eligendos ad id muneris diximus, alii etiam patres diligentem cura exquirent quæ hæcenus præfati sumus, & num animo veniant perman- endi semper usque ad vitæ obitum in Congregatio- ne, non alio prætextu quàm ut Deo inserviant, & observent nostræ Congregationis instituta seu constitu- tiones, quas propterea antequam recipiantur, legen- das patres offerent, quo rem totam maturiori consilio deliberent.

Quomodo autem oporteat admittendos expeditas habere res suas familiares & domesticas, habetur cap. 8. Antequam enim per secreta suffragia admittantur, de- bent esse expediti ad vivendum nobiscum, & habi- tandum, ne sic admissi extra Congregationem degant, præter tempus dierum aliquot, ut ad summum quin- decim.

Admissi ad primam probationem non continuò ty- ronibus aggregabuntur, sed mensam veluti hospites in

nostris in adibus morabuntur, ut interim omnia nostra cognoscant, se maturius deliberent, & è contra ipso- rum periculum fiat, si prompti sint in omnibus pa- rere, vel in humillimis ac durissimis; si exccitatio- nibus sanctarum meditationum, & sacramentorum sint à se ipsis devoti, non contentiosi, non pertinaces, non superbi ulla omnino in re, adversus majores aut etiam minores.

Si bonum sui specimen dederint, post mensam eo- rum nomina in libro ad hæc destinato notabuntur, & inde annus primæ probationis incipiet, per quod anni spatium si fuerint in vitæ laudabilis ratione versati, in secunda probatione biennium consistent, alioquin dimittentur à Præposito, & Deputatis, quorum est munus ad primam & secundam probationem admit- tere. Exacto autem triennio, si laudem simili modo probatæ vitæ habuerint in convicto, ut esse possint à Congregatione, nominatim decernendum est. Aggre- gabuntur ergo per secreta suffragia, poteruntque dein- cept ad omnia ministeria, excepto Præpositi, & De- putati munere eligi: jus autem ipsi alios eligendi post decennium solum habebunt, nisi de consensu De- putatorum Præpositus hoc jus ex causa statuerit disse- tendum.

Quod si quis eorum, alia nulla intercedente causa, nisi oblivionis aut modestiæ, ad tempus non petierit, quod à Congregatione fuisset acceptus, cum in nostro- rum catalogum admissus referetur, ab eo tempore cen- scatur aggregatus, quo expletum fuerit consuetum trien- nium, vel decennium.

Admittere ad Congregationem, & omnia supradicta pertinebit ad Sacerdotes expleti decennii, & stabitur majori parti suffragiorum; ad primam tamen & secun- dam probationem, ut dictum est, ad Præpositum & Deputatos.

Nemo possit expelli à Congregatione, nisi primùm in unum locum congregati fuerint omnes Presbyteri, qui decennium exegerint in Congregatione, numeran- dum à die qua sunt admissi ad primam probationem, & singuli suum suffragium dederint, & quod duæ è tri- bus partibus statuerint, id fiat. Quod si in tres partes non poterit fieri Presbyterorum æqua distributio, tunc servabitur ratio quæ est octo ad tredecim aut quatuor- decim, ita ut octo exempli gratia conficiant duas par- tes, sive tredecim sint Presbyteri, sive quatuordecim.

Nemo possit expelli à Congregatione nisi propter ite- ratam gravemque pertinaciam, vel grave delictum; sed quælibet singula hujusmodi, stabitur iudicio duarum partium è tribus, numerandatum ut supra.

C A P. VII.

**A**dmissi ad primam probationem, sive Clerici, sive Sacerdotes, donec fuerint expleto triennio nostris adscripti, ejus curæ commendantur qui id muneris in Congregatione sustinet. Is ad fructum animarum om- nia referens, præter virtutum singulare studium, qua- rum maxime compotes est: nostros oportet, curet alia quædam proponere, quæ sunt hæcenus observata, ut videlicet:

Sacro quotidie inserviant.

A studiis literarum Superioris arbitrio abstineant. Hæc enim moderanda primum, ut Divina sapientia im- buti discant amare nesciri.

Ad mensam signo dato sine ulla mora conveniant, ibique ex præscripto Ministratoris vel Lectoris Officio fungantur.

Singuli ministrent vel legant singulis diebus aut heb- domadis, tam prima quàm secunda prandii vel cœnæ hora, qui verò ex eis Sacerdotes fuerint, ad primam non nisi mane ministrare solent.

Lectionem similiter in Ecclesia, ut cuique sua fuerit constituta hebdomada, sermonibus præmittant, intersin- dum habentur, atque etiam curent, ne quid omittatur eo tempore quod esse solet instituti. Eam verò mini- strandi & legendi consuetudinem, jam aggregati ad de- cennium usque retineant vel circiter, Superiorum arbitrio, Præpositi scilicet & Deputatorum.

Ubi

Ubi finem sermones habuerint, quorum quotidie duos vel saltem unum audierint, ut etiam valetudini quadam ex parte inserviant, in aliquam ambulationem veniant.

Vesperis ad orationem in Oratorium se conferant.

A prandio & cœna, animi recreandi gratia per horam spatium eorum quisque in unum cum aliis locum adveniant, & omni mitigata severitate, vultu hilariori, modestè tamen sic se gerat, ne alium vel joco tangat.

Si quis eorum per janitorem accersatur ab aliquo, statim ad portam domus descendat, se paucis expediat, & neminem externorum in cubiculum suum, vel omnino in aedes nostras, in seio Superiore admittat.

Nec domo, nec soli, nisi facultate ab eodem data aliquando exeant.

Nulla externorum negotia, vel quæcumque in Congregatione degentibus, seu consuetudine, sive decreto aliquo sunt denegata, sine Præpositi etiam licentia admittantur, aut consiciantur.

Ab administratione Sacrorum, ipsoque Sacrario Festis diebus, vix necessitate cogente recedant.

Altare cujus quisque curam suscepit, ut tempori congruit, ex vicissitudine Ecclesiastici mysterii ornent.

Ter in hebdomada assignato Confessario peccata sua confiteantur, & qui non fuerint Sacerdotes, ejus arbitrio Eucharistiam accipiant.

Curent, si quid erraverint, ut spontè se correctioni subjiciant.

De Congregatione autem ad quam convenientes in aliqua se culpa esse demonstrant, extat hujusmodi nostrorum constitutio.

Congregatio culparum Tyronum, id est eorum qui nondum triennium in nostra Congregatione exegerint, sive Sacerdotes sint, sive Clerici, singulis fiet hebdomadis, ut scilicet ad omnium communem veniant, & ea hebdomada in qua non habetur communis, privatim apud illum cujus curæ sunt commendati, ad suas culpas coarguendas congregentur.

Adhibere etiam, loco accusationis jam dictæ, aliquando solent probati cujusque auctoris lectionem, ex qua saluberrimis vicissim documentis per communicationem & divinarum collationem imbui possint.

## C A P. VIII.

*Præcipuis Observationibus*

**A**D excolendos diviniore disciplina suorum animos, & ad Christianam, veramque pietatem magis conformandos, hæc præsertim interposita decreta servat Congregatio.

Ter in hebdomada sua peccata Sacerdoti ad hoc delecto quilibet confiteatur, nisi aliqua interdum de causa permittatur ab ipso quispiam aliter facere. Hanc tamen consuetudinem à B. Philippo Patres instituti perutilem ad salutem æternam volunt & prædicant. Ad Eucharistiam similiter sumendam se parat, sumatque si videatur eidem cui confessus fuerit.

Congregatio (ut dicimus) culparum decimoquinque quoque die perpetuè fiat, in qua non modò Sacerdotes intererunt, sed clerici, licetque omnes nostræ Congregationis, & à novissimis ad primos quisque committam à se aliquam in consuetudine familiari culpam, etiam levem, flexis genibus accusat, & quoquo modo alicujus animum offenderit, petit ab illo veniam. In hac tamen accusatione publica, nulla earum rerum mentio est, quarum secreta apud Sacerdotem debet esse confessio.

Nemo ex Sacerdotibus alios corrigit, qui decennium Sacerdotii non expleverit in Congregatione.

Statuto igitur die Congregatis omnibus, invocato Spiritu Sancto, ille è Sacerdotibus cujus est ex ordine alios corrigit, (solent enim in hujusmodi manere sibi invicem succedere) in sella ad Præpositi dexteram locata vocatus assidet, & per brevi sermone ad inflammandos in Deum animos utiliter præmissis, fungitur in spiritu lenitatis Officio Correctoris, ac dum clericos corrigit, & Sacerdotes, caput detegit, quod in laicis corrigendis

non solet. Præpositum insuper corrigendum detecto capite stans admonet.

Laici & clerici ubi suas culpas accusaverint, correcti, & à Præposito de aliqua vitiosa consuetudine emendanda vel laudabili retinenda, quam brevissimè etiam admoniti simul discunt. Singuli deinde Sacerdotes, qui adhuc infra triennium approbationem expectant, sese culpant: his pariter abeuntibus remanent cæteri Sacerdotes, quorum accusatione expleta, & correctione adhibita, Præpositus Deo gratias agit precibus consuetis.

Præscribitur autem forma, ut dici solet, penitentiarum, quam in illis conscribendis nullo modo transgredi liceat. In schedulis autem scriptæ eodem die quo fuerint accusatæ culpæ, vesperi in triclinio sub cœnæ finem per manus è sacculo singulis distribuuntur.

Hac distributione facta, ut fortè obvenerint, ordinatim & apertè legat coram omnibus quisque suam.

Eligetur præterea, ut supra diximus, aliquis ex senioribus, qui Correctoris Officio fungatur. Hujus erit unumquemque è nostra Congregatione, etiam Deputatos & Præpositum clam corrigere, quod tamen munus omni mansuetudine & animi lenitate exequetur, seipsum, ut ait Apostolus, considerans, ne & ipse tentetur, ita ut se potius & vitia sua corrigere videatur, ut hac ratione fratres ad meliorem frugem reducat.

Quod domesticæ tandem disciplinæ studium postulat, ea hebdomada in qua nulla est communis accusatio culparum, Laici omnes nostræ Congregationis cuius ministerio assignati, apud Ministrum convenire debent, ut ab illo erudiantur, & ad tenendam salutis æternæ viam benignè instituuntur.

Ad hæc, ne nostri inflammentur avaritia, vel ambitione prolabantur, ne modestiam leniter abjiciant, vel temerè auctoritatem teneant, his quæ sequuntur constitutionibus aliqua ex parte cautum est.

Quo Deo divinisque rebus expeditissimè quicumque admittuntur in Congregationem, se tradere possint, id maximè videbunt in primis, ne quid litigiosum sit ullo modo in rebus familiaribus quas habent, sciantque cujuslibet anni redditus expendendos in bonos, quos ipsi judicaverint, usus, neque quicquam cumulandum, ne quis scilicet è nostra Congregatione ullam curam ponat in divitiis parandis, immò verò ex censu pro suis cuique facultatibus in commune commodum Congregationis liberè conferendum est. Quod à nostris adeo servatum est hæcenus, ut si quis ob inopiam id non præliterit vel præstare intermiserit, statim atque de suo abundantior quoquo modo factus est, pecuniam pro rata portione dare, ac solvere non desinet, ita eis conveniens ac consentaneum semper visum est stipendiis propriis militare, & à rebus etiam Congregationis tanquam ab alienis abstinere, quibus ipsa debet in primis non habentes unde vivant, sustentare suos. Nec præterea pecuniam imperat Congregatio, dum exigit quod ab hilaritate ex instituto pro victu offertur, idque etiam prout cujusque facultates ferunt.

Possunt etiam Præpositus & Deputati, partem vel totum assignatorum proventuum remittere, si eis videatur aliqua de causa id faciendum.

Omnia secularia negotia interduntur nostris, nisi aliquid justa de causa mandetur expediendum à Præposito, & quatuor Deputatis. Nulli ex nostris, quamvis fuerit requisitus, profiteri licebit sub aliqua Congregatione vel Societate extra Domum, vel aliquod onus suscipere sine consensu Congregationis.

Cum sint multi in Ecclesia Dei, qui audiendis Mortuorum confessionibus aut dant operam, aut dare optime possunt, propterea ne quis ab instituto Congregationis nostræ proprio possit abduci, statutum est, ne nostrorum aliquis sese obliget aut dedat confessionibus audiendis, moribus reformandis, rebusque earum gerendis. Idem dicimus de Seminariis, Collegiis, Congregationibus, Societatibus, aut aliis Universitatibus, rebusve earum quomodolibet tractandis.

Nemo Episcopus, Præsul, aut alia, quæcumque ea sit, dignitate ornatus, recipiatur in aedes Congregationis, ut in iis unà cum nostris moraturus habitet, etiam si id fiat ad aliquod tempus.

Nulla

Nulla Ecclesiastica beneficia petere aut accipere unquam omnino possint, habita olim, si residentiam personalem non requirant, poterunt retinere.

Dignitates ullas nemo possit accipere, nisi Pontifex iubeat.

Nec licebit, absque Præpositi & quatuor Deputatorum consensu, frequentare Curias, neque officia vel beneficia pro se vel pro aliis exposcere.

Nulli sit proprius famulus: si qua aliquem necessitas premet, deferet ad Præpositum, qui una cum quatuor Deputatis, quid ei opus sit, curabit.

Nec sinat quis pueros ingredi cubiculum suum, nisi ducatur ab aliis, qui testes intersint, reliquos admodum parce admittant, sed vocati deorsum ad illos se conferant.

Non admittatur aliquis ad quoscumque ordines Ecclesiasticos absque consensu Sacerdotum qui decennium exegerint in nostra Congregatione. Eodem modo nec ad sermones habendos, vel ad confessiones audientias, sicut alibi dictum est.

Nemo librum imprimendum det absque licentia Præpositi, & Deputatorum.

Nulla lex à Sanctissimo confirmanda proponatur, nisi prius in ea consenserint Presbyteri exacti in Congregatione decennii.

Quando lex aliqua universalis constituenda est, Sacerdotes omnes intersint qui expleverint triennium, votumque consultivum habeant, decisivum vero tantum qui decennium compleverint.

Cum aliquid gerendum proponitur, antea publica & libera de ea re habeatur à Patribus consultatio, deinde aliquot transactis diebus suffragia erunt secreta. nisi forte rei necessitas, utilitas, vel etiam aliquando modicitas, expediri statim post consultationem, de Congregationis sententia per secreta suffragia cogant. Sed sicut dictum est, licet Sacerdotes omnes admittantur qui exegerint triennium in Congregatione, votumque consultivum habeant, decisivum tamen solummodo illi, qui decennium expleverint.

C A P. I X.

**H**As præterea constitutiones & observationes ad eternam nostrorum hominum modestiam exhibemus. Ipsi ad interiore animi virtutem habendam adhibere non negligant.

Nemo ex Fratribus nostris aut Patribus sericum quicquam in suis vestibus gerat, præter breve, pressumque verticis operculum confovendo capiti, & velum interiori pileo insuendum.

Forma item vestium semper servabitur conveniens Clericis secularibus.

Nostri laici gerent vestem demissam usque ad genua, paulò vero inferius pallium.

Qui ex domesticis impensis vestiuntur, quoties opus fuerit, ministrum adeant, vel ipso absente, Præpositum, eique proponant quibus indigent: ipsi autem ad subveniendum expositi, quo charitatis affectu valent, eorum petitionibus satisfaciant.

In vestitu, incessu, sermone, actione, gestuque omni decorum servant, modestiamque omnem singuli præferant; nulla tamen appareat nostrorum actio, ut dicitur, singularis, à vulgari & communi bonorum & simplicium virorum more discrepans.

Quamquam verò nostrorum est consuetudo peculiaris, ut se invicem honore prævenientes, & sibi invicem obsequentes, quisque velit ad demittendum animum, infimum inter alios tenere locum; ne tamen perturbetur quasi cuiusdam antecessoris aut ætatum ordo, præsertim publicè sedendo & incedendo, aliisque actibus huiusmodi, ex Sacerdotibus præcedent illi qui priores fuerint Sacerdotes ex quo admissi sunt in Congregationem, ita tamen, ut si quis ex Clericis exacti triennii, promotus fuerit ad Sacerdotium, tyronibus Sacerdotibus, illis videlicet qui nondum triennium in Congregatione exegerint, præferantur. Laici autem semper Clerici, postponentur.

Post prandium & cœnam morantur omnes nostræ Congregationis homines in loco deputato per horæ unius spatium: quo elapso omnes in suum cubiculum sese conferant.

In electione vacantium cubiculorum, erit optio penes

Bullar. Mag. Tom. 111.

seniores Sacerdotes, nisi aliter visum fuerit Præposito & Deputatis.

Domo non egrediarur quisquam ex nostris sine permisso Præpositi, nisi expleverit decennium in Congregatione; exacto enim triennio ad hoc usque tempus, illos vel maxime Sacerdotio nondum præditos, Præpositus per se vel per alium peculiari quadam cura ad virtutum progressus juvare solet.

Invitatus ad prandium vel ad cœnam extra domum nemo accedat absque permisso Præpositi.

Nemo externorum ad prandium vel ad cœnam in scio Superiore invitetur, multo etiam minus hospitio, nisi uno omnium consensu Præpositi & Deputatorum.

Ex exteris aliquem nullus Patrum aut Fratrum invitet ad prædia quæcumque nostræ Congregationis, nec recipiet ut secum ibi moretur, sine consensu Præpositi Congregationis.

Nullus abesse ultra mensem à Congregatione permittatur à Præposito, sive in patriam profecturus sit, sive aliò, nisi de consensu etiam Deputatorum.

Nullus è nostra Congregatione in baptismo aut alio Sacramento quempiam suscipiet.

His aptè congruenterque addenda sunt etiam nonnulla, quæ diuturna consuetudine recepta & probata studiose retinentur à nostris. Litanias enim in Oratorio vesperti singuli Sacerdotes recitant.

In divinæ Sacrificii Missæ, non solum singuli quotidie Clerici Laicique deservunt, sed Sacerdotes complures, laude quidem digni sunt administrari.

Mensæ, præter laicos & clericos qui perpetuò ministrant alteri, singuli etiam Sacerdotes vespere singulis diebus ministratores adsunt.

Neque desunt ex nostris, qui se frequenter ad domos infirmorum hospitales conferant, ut opera sua ægrotantes juvent.

Domi verò cum quis nostrum ægrotaverit, omnes frequentes adsunt, subveniunt, consolantur, inserviunt, confirmant quam diligentissimè.

Cum autem morti proximus quis fuerit, signo dato conveniunt omnes, tam Sacerdotes quam cæteri, ut divinam morienti misericordiam unanimes exposcant.

Si quando alterum quis verbo offenderit, vespere inter cœnandum, re dubia jam explicata, flexis in medio triclinio genibus, id faciens, si verum, veni in ab illo petit, quem offenderit. Is vero assurgens, idemque faciens, culpam in se saltem convertit, quod occasionem dedit: injuriosus autem merita afficitur à Præposito pœna, aliquando levi, aliquando nulla.

Pœnæ autem, quæ culpis in Congregatione bis in mense accusatis imponi solent, sunt hujus ferè generis. Trium priorum Sacerdotum, aut novissimorum pedes in mensa deofculari. Psalmum, cujus initium, De profundis, submissa voce, extensis brachiis, vel Psalmum Miserere, conjunctis manibus medio in triclinio recitare. In novissimo mensæ loco recumbere. Humi sedendo cibum capere. Auxiliaries preces ab ingredientibus triclinium flexis genibus flagitare, vel easdem petere ad delenda ante obitum poenitendo peccata. Ante mensæ accubitum aliquid à singulis recumbentibus elemosinæ nomine petere. Secundæ mensæ ministrare, vel in ea Lectoris officio fungi. Sacram Beatæ Mariæ Virginis coronam pro summo Pontifice, aut pro beneficiis in Congregationem nostram, aut pro mortuis nostris recitare. Infirmos qui sunt in domibus hospitalibus visitare, & aliæ his persimiles.

C A P. X.

**A**sumenda tandem est tractatio mensæ ad pium in Triclinio, & Triclinio convictum instructæ, ubi singulis nostrum idem genus, eadem portio cibi, potionisque suppetit. Legitur ipsa Italicè quandoque inter cœnandum, arbitrato Præpositi vel ministri, hoc ferè scripta exemplo.

Cum primum prandii aut cœnæ datum fuerit signum, unusquisque nostrum in omni profus opere, ac negotio cessans, ad triclinium se confert. Inter eundem silentium facit, etiam dum à mensa ad locum pervenerit in quem homines nostri ad animum recreandum convenire debent.

In ipso primum ingressu capite inclinato veneratè Imaginem Sacrà è conspectu propositam, deinde celsè reverentè signo salutans alios, modestus, ac filius propè

F f mensæ

mensam, ut suo sit quisque loco, nec epulas apponas, nec alios ingredientes curiose circumspicit.

Præpositus vel qui eas absentis locum obtinet, postquam tantisper expectaverit, dum ex cubicali convenire huc omnes potuerit, clarè, ac distinctè ex præscripto S.R.E. mensæ benedicit, & in primo loco ipse Præpositus assidet, deinde alii, ut quotusquisque solet in Congregatione præcedere. Siquis vero tardior, lectione tamen Latina nondum absoluta, advenerit, stans prope januam orat paulisper tacitus, & Præposito reverentiam exhibens, proximè post alios omnes assidet. Præposito enim absentis, reverentiæ & obsequii causa, non autem aliis proprius relinquatur in mensa locus. Post latinam tamen mensæ lectionem non ingreditur, donec ad mensam iterum instructam consueto signo convocetur, ut ad benedictionem & gratiarum actiones omnes conveniant. Excipiuntur tamen Confessarii, quibus permisum est festis diebus, etiam absoluta mensæ lectione, ad prandium venire. Mensæ initio donec Præpositus ad cibum capiendum se expediat (antequam enim incipiat, duos ad summum versus lectionis attendit) nemo quicquam attingit in mensa. Caveant etiam ne strepitus à principio nimis audiatur.

Singuli ex nostris iis contenti erunt quæ ipsis apponuntur in mensa, nihil præterea exposcentes, vel per se ipsi deferentes, nisi Præpositi vel Ministri fruatur licentia, qui & promptiores largientur, & providebunt quæ opus esse, & expedire unicuique judicaverint. Si earum rerum, quæ in mensam inferri solent & apponi, aliquid cuiquam deerit, ipse quidem per se à ministris exiget, ejus tamen curæ potius erit, qui propior consideret.

Fit in mensa silentium semper, modò non incurrat exceptio, sit enim loquendi potestas proponenti vel respondentibus ad rem dubiam explicandam.

Præterea denunciandi post cenam nostrorum precibus commendandos, Præposito demùm vel Ministro, cum quid occurrerit quod Lectori committi non potuerit nec differri debeat, alioquin silentii lex, qua etiam Præpositus astringitur, est observanda.

Nemo in mensa literas legat, nec janitor eas deferat, vel alicui quicquam denunciet comedentium. Quod si qua imminens urgeat necessitas, negotium cum Præposito, aut cum eo qui in illius locum succedit, collatum prius exequitur ex consensu. Id ipsum servet, donec ex triclinio eò perventum fuerit, quò animi causa nostri omnes conveniunt.

Post epulas ablata mensa singuli, surgente Præposito, surgunt, & egressi ita stant prope mensam, ut si commode id fieri possit, qui sedentes extremos occupabant locos, stantes occupent medios, & qui sedebant medii, stent extremi, singuli recto consistentes ordine. Præpositus solus dignitatis causa paululum à cæteris disjungitur. Hic igitur situs & ordo, quo Deo optimo maximo gratiæ referuntur. Quibus peractis egrediuntur bini ex triclinio, ut qui in mensa primus post Præpositum sedebat, ipsi egredienti se adjungat, ac cæteri deinceps eodem ordine.

Nemo in triclinio vel in proximo vestibulo, ubi solum ad abluendas manus licet consistere, aliquam præterea moram faciat.

## CAP. XI.

Le. Hæc, &  
L. Hæc ad  
mensam.

**N**on solum corpori, sed etiam menti proprius suppeditari debet in mensa cibus. Sacra igitur ante alios libros leguntur Biblia, deinde pia quæcumque commentaria vel monumenta, postremò Superioris arbitrio, liber alius, in quo vel probatæ Sanctorum Historiæ, vel salutaria documenta Italice habeantur. Lector autem ante prandium, vel cenam, in suggesto se librosque parat ad legendum, stat nudato capite dum preces adhibentur ad mensam, & ubi versus illum protulerit, Jube domne benedicere, expectaveritque donec omnes confederint, ipse etiam sedens, tecto ac recto capite, clara voce, distinctè atque explicatè legit. Lectione jam in suas partes sapienter distributa, ab ultima non cessat, nisi jussus à Præposito, nec ei id jubet, nisi ultra dimidium prandium vel cenam. Quod superest in mensa temporis, in questione, ut moris est, ponenda, ac responsionibus declaranda traducitur. Lectoris erit non modo in mensa

quos diximus legere libros, sed ad rem dubiam ponendam invitare. Singulis item hebdomadis, semel ut minimum, eorum qui beneficii stant in nostris, scripta nomina recitare, quæcumque tandem verbis aut scriptis à Præposito seu Ministro jussus fuerit, referre. Nihil enim præterea legere aut numerare debet, quam quod sibi fuerit ab ipsis impositum. Correctus Lector verba correctoris eodem syllabarum sono, quo ille pronuntiavit, repetat. Corrector autem ad hoc electus, vocabulum solum in quo erratum est, corrigere modestè, nec alia verba interponere curet.

Legendi finem Lector faciet, cum Præpositum audierit verba illa pronuntiantem, Et reliqua. Tunc ille prolato versus, Tu autem Domine miserere nobis, & Sacerdote clara voce admonito, cui sit res dubia ex ordine proponenda, descendit, & exhibita Præposito reverentia assidet in mensa ut comedat.

## CAP. XII.

**P**ost lectionem continuò unus aliquis ex Sacerdotibus (id enim ipsi singuli, quorum est expletum in Congregatione triennium, præstare solent) singulis diebus mane & vespere ex literis Sacris moralem disciplinam, vel ex præceptis optimæ mentis & conscientiæ aliquid proponit, quod possit in dubium vel controversiam venire: cavet tamen, ne quid arduum, obscurum, aut nimis exquisitum ponat, quo minus valeant singuli respondere. Si quando tamen aliquis non aliud responderit, quam se aliorum communi judicio stare, datur id modestiæ potius quam inscitæ. Is autem cui muneri ejusmodi dies obvenerit, etiam si Lector, ut moris est, non commonefecerit, per se proponit. Si quis tamen externorum ad mensam vocatus ad sit, non nisi jubente Præposito vel alio in ejus locum constituto; neque enim tunc Lector, ut alias, ipsum præmonere debet. Absenti is ad proponendum succedit, qui proximus post illum in mensa sedere consuevit. Si quis etiam tardior ad proponendum videatur, quòd oblivione vel negligentia accesserit imparatus, Præpositi est exposcere altiori voce, aut viciniore convivæ submissa commonefacere. Duæ quidem quæstiones esse solent, quæ dubitationem habentes ponuntur in mensa, explicant alterutram singuli, solus qui proponit, ut omnem dubitationem ultimus tollat, præmeditatus ad utramque responderet. Respondentium is primus esse debet, qui proponenti proximum inferiorem locum in mensa tenet, deinde alii Sacerdotes expleti in Congregatione triennii eodem ordine. A responsis, quæ debent esse quambrevissima, recedat omnis apparatus, & ostentatio. Proponitur enim explicandum quod dubium est omnium nomine, ut quisque quasi discipulus à Præceptore interrogatus respondeat, etiam is qui proposuit.

## Appendix.

**D**E ipsis tamen constitutionibus hæc habentur. Si quid ambiguum fuerit in nostris constitutionibus, Præpositus & Deputati declarabunt, nullo tamen modo possit eas immutare, derogare, aut aliqua ex parte iniquare, vel novas condere.

## Appendix primi Cap. consultò seposita.

**I**n Oratorio nostro ad Vesperum quotidie, dato signo, Lampade ac luminibus accensis, horologio item arenario super altare posito ante Sacram B. Virginis MARIÆ Imaginem à solemnibus Christi Domini Resurrectionis die usque ad Kalendas \* Novembris hora diei xxix. ex Kal. autem \* Novembris ad Sanctum Pascha prima noctis orationi præfinita est. Festis vero diebus etiam secunda, habetur enim sermo, sitque concertus musicus.

Est autem orandi ritus, ut ibi dimidiam horam taciti in oratione, ut dicitur mentali, traduxerint, accensis ab Aditu reliquis in Altari luminibus, & signo dato, Sacerdos ad quem per hebdomadam pertinet, Litanias incipiat, & preces consequentes, alternis etiam multitudinis congregatæ vocibus recitandas, sibi solas reservans orationes. Cum vero ad pacis orationem pervenerit, cujus est initium, Deus à quo sancta desideria, &c. duo confestim ex Oratorii fratribus vel ministris Sacras clemētissimi Jesu ex Altari fumentes imagunculas, Sacerdoti primum genuflexo osculandas præbent. Exosculanti autem, dicentique hinc atque inde, Pax tecum, inclinatio ipsi capite respondent

Rebus de  
in mensa  
ponenda.

\* represent  
\* à Kal. N  
\* Novembris.



respondens, Et cum spiritu tuo. Deinde singulis qui sunt in Oratorio cum salutatione qua Sacerdos usus est, eas ad Osculum sanctum offerant. Ceteris interim orationibus absolutis, petit ab omnibus clara voce ut à Deo jugem in ejus cultu, & servitute perseverantiam precetur, quinquies secretò Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem recitantes, dicit enim, Petamus quæso nobis in Divinis perseverantiam, recitantes, &c. His adhibitis precibus, petit iterum ut pro summo Pontifice, Cardinalibus, aliisque Sacerdotum primariis, pro Christianorum Principum concordia, Fidei propagatione, & hæresum extirpatione, atque improborum hominum obtinenda conversione utrumque bis repetat. Tum inde semel pro fratribus Oratorii vita defunctis, precantes illis requiem sempiternam. Postea versu illo prolato, Dominus det nobis suam pacem, Antiphonam Beatæ MARIÆ pronunciat, vel Salve Regina, vel aliam temporari magis congruentem. Tandem, qui pacis osculo per Sacras Imagines primùm alios, deinde seipos invicem salutarunt, quæcumque acceperint eo tempore orationibus commendanda, referunt Sacerdoti, qui omnes adhuc obsecrat, ut velint pro ejusmodi rebus Orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem semel repetere, & Sanctissimum Jesu nomen quinquies invocare. Ea prece completa, cum ipse versum pronunciaverit, Divinum auxilium maneat semper nobiscum, & ad osculum usque terræ sese omnes inclinaverint, Oratorium dimittitur.

Hic perpetuus est Orationis usus, exceptis secunda, quarta & sexta feriis, tota præterea majori Hebdomada. His enim diebus ob memoriam flagellorum, quibus innogens pro nobis Christus Dominus cæsus fuit, se omnes in Oratorio flagellis cædunt. Est autem consuetudinis & instituti (nisi hujusmodi dies festi sint, aut hebdomadæ Resurrectionis Domini nostri JESU CHRISTI) ut post horæ dimidiæ tacitam orationem, quam mentalem appellant, statim aliqui ex Oratorii Custodibus vel Curatoribus, flagella ex funiculis crebris contexta nodis distribuentes, missis foras (si qui sint) pueris, januis, fenestrisque diligenter clausis, lucernula tantum accensa, quæ sit intra ejus artificii laternam super Altare tunc positam, ut tantum inde Christi cruci affixi nitida, nihil tamen fulgoris emittens appareat imago, cæteris extinctis luminaribus, tenebras obducant. Tunc Sacerdos clausa, lugubrique voce pronunciat versum, Jube domne benedicere.

Passio Domini nostri JESU CHRISTI sit semper in cordibus nostris.

Recordemini Fratres charissimi quod Dominus noster JESUS CHRISTUS fuit pro nobis venditus, osculo traditus, ad Annam primùm, deinde ad Caipham Pontificem ductus, & postremò in Prætorium ad Pilatum, ubi fuit ad columnam ligatus & flagellatus, spinea corona coronatus, ac veste purpurea circumdatus, alapis percussus atque conpatus, & Judæis traditus, ut crucifigerent, ad Calvariæ locum deductus, & crucifixus, & cum eo crucifixi sunt latrones duo, unus à dextris, & alter à sinistris: & cum dixisset, Sitio, porrexerunt ei acetum, quod cum accepisset, dixit: Consummatum est, & inclinato capite emisit spiritum: (hic singuli sibi pectus pugnunt) deinde unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua, & de cruce depositus fuit in monumento novo sepultus, tertia autem die resurrexit à mortuis. Tu autem Domine miserere nobis.

Deo gratias. Sequitur: Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, &c.

Ad hæc verba atreptis funiculis nudatum corpus tandem verberant, donec Psalmi L. nempe Miserere, cum versu Gloria Patri, &c. & Psalmi 129. cujus initium, De profundis, in cujus sine dieunt, Requiem æternam, &c. versus alterni devotè pronuncientur. Insuper orationes, Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, & Deus qui culpa offenderis, &c. ad cujus finem sit, signo dato, flagellorum finis. Sacerdos autem ad orationem Dominicam, & ad salutationem Angelicam quinquies repetendam hortatur, deinde bis pro Pontifice, &c. & semel pro fidelibus defunctis, &c. ad eundem planè modum, quo aliis diebus orare solent, in quibus abstinere à verbis. Hoc interim spatium singuli in tenebris, & silen-

Bullar. Mag. Tom. 111.

tio suis se vestibus induunt. Post hæc Cantici Simeonis, videlicet, Nunc dimittis servum tuum Domine, &c. versus alternos recitant. Parat interim se custos, ut cum illa verba audierit, Lumen ad revelationem gentium, &c. laternam aperiens, lumina rursus accendat. Sequitur Sacerdos orans, Da pacem Domine, &c. & oratione illa absoluta, Deus à quo sancta desideria, &c. offeruntur ad pacis osculum Imagines Sacræ eodem penitus ritu, quo aliis feriis. Auditis interim orationibus aliis consequentibus, subdit orans, Dominus det nobis suam pacem: Respondent, vitam æternam. Amen. Postremò Sanctam Virginem Deiparam salutant Antiphona consueta, ut antè tempus aptè congruenterque postulat, itemque cætera, ut in aliis feriis, in quibus nullus est flagellorum usus.

CAP. XIII.

Aditus vel quivis alius Custos, mature diebus Dominicis fores Oratorii manè aperit. Lector succedit ad lecturandum librū optimi cujuscumque argumenti ac salutaris tractationis, donec frequentiori concursu facto, Præfatus vel adjutor flexis genibus ad piè meditandum aliquid proponit, postea Litanias ac cæteras orationes prosequitur, sicut Vesperti moris est quotidie facere. His absolutis, unus aliquis Sacerdotum qui ad audiendas confessiones non sunt deputati, ex Evangelio Sermonem habens ad diem recurrente, simplici stylo, ad peccata cavenda, ad optimos mores retinendos, ad omnem denique conservandam pietatem, hora non amplius dimidia adhortari solet auditores. Sermonem habito, & oratione Dominica, Angelicæque Salutatione repetita, interrogat Præfatus, ad sitne aliquis qui noverit quæntiam ex fratribus ægrotare, ut statim ad hoc munus delectos, vel quos maluerit, mittat, qui languentem visitent, consolentur, mœrore vel inopia sublevent, ad peccatorum confessionem, atque ad dolorem patienter placideque ferendum hortentur. Infirmi fratris nomen & habitatio scribitur in tabella, ne visitationis, & orationis prætermittatur officium. Septem deinceps ex fratribus ad septem Urbis Ecclesias, religione & sacris Pœnitentiis Indulgentiis toto Orbe celebres, ac tres ad tria publica infirmorum hospitia mittuntur, ut quisque suam, quæ sortito obtigerit, vel Ecclesiam, vel domū hospitalem semel infra hebdomadam visitet. Festis enim diebus ad hæc pietatis officia ferè omnes commeant. In his autem exercitationibus impendunt ferè horam cum dimidia. Die autè Dominica quæcumque ultima mensis erit, præmonentur ut ad Synaxim se præparent, ad Eucharistiæ celebrationem, hoc enim Sacramento prima quavis die mensis Dominica se communiunt, & à prædio Oratorio vel in schedulis compendiarie quædam documenta scripta, vel Sanctorum Imagines chartaceæ distribuuntur, ut suam quisque accipiat, & quid per Sanctum cujus imago sibi obtigit, à Domino petere debeat, subscriptum in illa cognoscat.

CAP. XIV.

Post officium Vespertinum festis quibusque diebus in Ecclesia nostra decantatum, & sermonem habitum, statim ex Presbyteris nostris ac Laicis, cum externis Oratorii fratribus, aliisque plurimis ad suburbium peculiariter locum frequentes conveniunt, ubi super herbâ confidentes, primùm qui musici sunt, pium aliquod sacrumve carmen concinunt, deinde quispiam sermonem non minus pietate quam elegantia oratum, ab Oratorii Præfato in scriptis traditum, recitat memoriter. Quo habito rursus concinunt. Surgit post hæc Oratorii Præfatus, vel alius cui sit à Patribus demandatum, qui aliquod ad piè christianæque vivendum quambrevissimè proponens argumentum, alterum ad dicendum invitat, ac deinceps tertium, immò si tempus id postulet, etiam quartum, quæ omnes ad rem propositam pari brevitate ac pietate ad suam & audientium utilitatem sermocinantur. Cum fuerit dicendi finis, hymnus concinunt, ac denum omnes ad propria, vel ad Oratorium revertuntur. Dum verò pœctivi calor molestias ad hujusmodi loca non licet exire, in aliquod Templum ad eas exercitationes sese conferunt. At hyeme ex Kalendis Novembris usque ad Sanctum Pascha, Festis diebus vesperti ad Salutationis Angelicæ signum in Oratorium itur. Durat dimidiam horam

Extr. Bullar. in quibus versari solent Dominici diebus.

Alii à præfatis die exercitiis in templis ad hanc usque festis diebus.

mentalis oratio, Litaniæ recitantur, vel à musicis concinuntur. Oratio Dominica, Angelicaque Salutatio ad solitum numerum repetuntur. Antiphona Sanctæ Mariæ Virginis pro temporis opportunitate mutata canitur, pium aliquod canticum musicis legibus concinuntur. Sacerdos ex nostris, quotuscumque est in serie semocinantium, Dei verbum adstanti populo, qua potest utilitate ac facilitate, per dimidiæ horæ spatium ministrat, rursus concentus efficitur. Ter prece consueta oratur Deus, Virgoque Deipata salutat, ac cætus dimittitur.

C A P. XV.

*Exteriorum in Oratorio munerum.*

**E**X externis Oratorii Fratribus eligitur à Præfeto in primis Rector, qui aliorum officii præsit. Aditui vel custodes duo aut quatuor, qui Oratorium scopis verrant, lampades & candelas accendant, flagellorum, horologii, & Altaris ornandi curam gerant. Duo item vel quatuor ægotantium curatores, qui infirmos fratres visitent. Aliqui etiam eliguntur, qui oblatam spontè pecuniam, vel ægotantium fratrum, vel domorum hospitalium, vel demum Oratorii commodo, sincere ac diligenter attribuunt, nec omnino accipiant, nisi quam sciunt sponte oblatam, ut illud Apostoli dictum revera servetur: Non vestra, sed vos. A secretis etiam aliquis deligitur, qui in libro quæcumque tractantur, notat. Præterea Lector, qui piæ lectiones diebus festis præmittit orationi. Ad infirmos item qui sunt in valetudinariis, quolibet festo die perferunt corporis refectioni utilis, Medico probata. *Expensarum autem Rectori & Oratorii Præfeto singulis mensibus, immò quoties eis libuerit, rationes ex præscripto referant. Nihil enim juris aut potestatis est hominibus exteris, & laicis in Oratorii rebus, præter administrationem à Præfeto Oratorii traditam.*

C A P. XVI.

*Horum electionis Ordines.*

**Q**uarto quoque mense eliguntur exteri Fratres ad ejusmodi munera, hoc planè modo. Oratione Dominica & Salutatione Angelica recitatis, his Præfetus solet precibus Divinum auxilium invocare, videlicet: Veni creator Spiritus, reple, &c. Respondetur: Et tui amoris, &c. Vers. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Resp. Et renovabis faciem terræ. Oratio. Deus, qui corda fidelium, &c. Actiones nostras, &c. Declaratis & publicatis recitatur hymnus, Te Deum, &c. Antiphona Beatæ Mariæ. Oratio, Gratiam tuam, &c. Antiphona, Da pacem, &c. Oratio, Deus, à quo sancta desideria, &c. Item oratio Dominica eo tempore occurrentis, vel Sancti cujus festum celebrari contingat. Electis pia aliqua documenta aut observationes brevissimè leguntur.

C A P. XVII.

*Admissionis Infirmorum hujus Congregationis.*

**C**um sit Congregationis nostræ liberum, omnes graviter delinquentes vel statum ejus perturbantes, de convictu & familia suorum dimovere ac depellere; cum satis item persuasum sit vix quemquam suæ negligentem salutis diu permanurum, ubi & progressus ad virtutes & perfectiorum pia æmulatio esse debet, Beatus Institutor asserat, neminem penitus per has constitutiones obligare ad peccatum velle. Ipse Deus arbiter, præmia pro pietate daturus æterna, sit sua nobis benignitate propitius. Amen.

*Qui Pontifex Auctoritates approbat.*

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjunget, Præpositus & Presbyteri prædicti plurimum cupiant constitutiones & institutiones hujusmodi pro firmiori earum subsistentia, & inviolabili observatione, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum votis in præmissis annuere, aliasque desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur desiderii hujusmodi justitiam attendentes, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, constitutiones &

ordinationes prædictas, sicut prædictis excommunicatis & recognitis, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus & approbamus, illisque omnibus & singulis perpetuè & inviolabiliter Apostolicæ auctoritatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris quàm facti, & quovis alios etiam quantumvis substantialiter defectus, si qui in præmissis aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes modernos & pro tempore existentes Præpositos, & Presbyteros dictæ Congregationis, ab eis prout illæ quemlibet eorum adstringunt, nullo unquam tempore recedere posse aut debere, sed ad plenariam eorum observationem teneri, & obligatos esse, & ad id pœnis in constitutionibus & ordinationibus hujusmodi contentis cogi & compelli posse.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis etiam jurejuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis & literis Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Præposito & Presbyteris, & quibusvis aliis Superioribus & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 24. Februarii 1612. Pont. nostri anno 7.

*Sequitur prohibitio de qua supra in rubrica.*

PAULUS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **C**um dilecti filii Præpositus & Presbyteri Congregationis Oratorii S. MARIE in Vallicella nuncupatæ de Urbe, quibus pridem à Sede Apostolica indultum fuit ut pro felici regimine dictæ Congregationis statuta & ordinationes ab ipsis observari facere & condere valerent, indulto hujusmodi inhærentes, statuta & ordinationes condiderint, quæ de mandato nostro revisa, & per nos Apostolica auctoritate confirmata fuerunt. Et sicut accepimus, in diversis locis aliæ Congregationes ad instar primodiæ erectæ fuerint, quæ à primodiæ Congregationis regulis declinare noscuntur.

§. 2. Nos primodiæ Congregationis institutum in suo vigore perpetuè manere cupientes, Motu proprio, non ad præpositi, & Presbyterorum prædictorum, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne de cætero quævis Congregationes ubivis locorum institutæ, constitutiones & instituta sub denominatione B. Philippi Neri primodiæ Congregationis Fundatoris promulgare audeant, minusque in Urbe aliæ domus ejusdem instituti absque prædictorum Præpositi & Presbyterorum licentia institui possint, sub pœnis arbitrio nostro imponendis, & per contrafacientes ipso facto incurrendis, tenore præsentium prohibemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die 26. Junii 1612. Pont. nostri anno octavo.

Renovatio Constitutionum Clementis Papæ VIII. circa Officium duorum Assistentium Prioris generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, unâ cum earum declarationibus.

*De hoc Ordine habes etiam hic supra confis. 80. Pastoralis; ubi alia indicavi.*

Revocatio

*Illasque munda servari præcipit.*

*Et ita. ac aliter judicari mandat.*

*Contrariis derogat.*

*D. P. An. 24. Feb.*

*Congregatio in primodiæ de qua supra.*

*Pontificis prohibito.*

*Contrariis derogat.*

*Dat. P. An. die 26. Junii.*

XCIII.

PAULUS QUINTUS.

Revocationem vero omnium gratiarum, exemptionum, indulgentiarum, ac Privilegiorum quomodolibet concessorum Assistentibus Ultramontanis absolutis ab eorum officio, habes inf. in S. D. N. Urbani VIII. conf. 67. Romanus, tom. 4.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut jus suum unicuique conservetur, proinde nos tenorem quarundam literarum in forma Brevis sel. rec. Clementis Papae VIII. praedecessoris nostri super deputatione, ac Officio duorum Assistentium Prioris generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini pro tempore existentium, constitutarum, in Secretaria nostra, tunc ipsius Clementis praedecessoris repetitum, ex minuta originali de verbo ad verbum transcribi, & praesentibus annotari fecimus, pro eo quod huiusmodi tenore dilecti filii Joannes Vincentius Spinola Genuensis, ac Alphonsus Nuncio de Andaluca dicti Ordinis professores, & dilecti etiam filii Nicolai a Sancto Angelo, ejusdem Ordinis Prioris generalis Assistentes, se indigere nobis significari fecerunt, qui quidem tenor talis est, videlicet.

Clementis Papa Octavius. Ad perpetuam rei memoriam. De prospero Regularium Ordinum, & personarum statu, & regimine, pro nostri pastoralis officii debito sollicitate cogitantes, ad ea libenter intendimus per quae recta, & felix, quam quaerimus, gubernandi ratio inducatur.

Cum itaque sacras religionum domos in Ecclesia Dei a Sanctis Patribus pie sancteque institutas, quae unius Superioris gubernio subsunt, majores in via mandatorum Domini progressus facturas confidamus, quando eidem Superiori viri aliqui religionis zelo, morum exemplo, rerumque experientia praestantes, ad gubernii onus sustinendum consilium adiungantur, & adiutores assistant. Nos qui Religionem ipsas nostris temporibus, restituta in his pristinae regularis disciplinae norma, & observantia, pietate, charitate, zelo, sanctitate, aliisque regularibus virtutibus fulgere maxime cupimus, id attente considerantes, & Ordinem Sancti Augustini Fratrum Eremitarum nuncupatum, quem in visceribus gerimus charitatis, paterne respicientes, ipsius superiori levamento fore ad ejus Ordinis, qui benedictente Domino quasi fecundus ager uberes fructus emittens, per universi Christiani Orbis partes copiose diffusus est, curam gerendam, & regimini pondus sustinendum, Ordini vero commodum & utilitatem non modicam aliquorum Assistentium, praestantium scilicet Religiosorum, operam allaturam judicavimus.

§. 1. His igitur, & aliis rationabilibus de causis, quae mature ac diligenter persequuti sumus adducti, hac nostra quam perpetuo valere volumus constitutione decernimus, ut in ipso Ordine Sancti Augustini duo ex ejusdem Ordinis Patribus, in Prioris generalis Assistentes nuncupati in perpetuum constitui, & deputari debeant, qui Assistentes (hac prima vice dumtaxat excepta, quae nos ipsi illos, ut infra deputare volumus) in Capitulo generali ejusdem Ordinis deputentur, eorum vero alter Citramontanus, alter Ultramontanus, sed uterque in sacra Theologia Magister ac Sacerdos, & in quadragesimo saltem suae aetatis anno constitutus, vitaeque innocentia, rerum usu, ac doctrina maxime commendatus esse debeat, quorum consilio Prior generalis, ut facilius & accuratius universa Ordinis negotia, quae ad suum pertinent officium, expedire possit, assidue uti debeat, ipsique Assistentes in decernendis Ordinis negotiis perpetuo eidem assistant, illumque quocumque iterit, comitentur, & associent, & Generalis ipse abique eorum consilio nihil decernere valeat.

§. 2. Ipsorum Assistentium officium ad sexennium tantum duret, quo finito alii duo similes in Capitulo generali huiusmodi, ut praedicitur, eligi debeant. Sed si intra sexennium Assistentes praedicti aut alter eorum decesserint, vel ipsorum officium per dimissionem vel amissionem, aut alias quomodocumque vacare contigerit, tunc aliorum Assistentium, qui usque ad tunc futurum generale Capitulum durent, in deficientium locum subrogatio, & electio ad Romanum Pontificem, Sedemque Apostolicam spectent, & reservata existant.

Bullar. Mag. tom. III.

§. 3. Assistentes huiusmodi eorum officio dumtaxat Sedi Apostolicae immediate subiecti sint.

§. 4. Si vero interim crimen aliquod, quod ab eis commiserint, propter quod eorum officio de jure privandi sint, tunc processus informativus contra illos Priori generali, de licentia tamen Cardinalis Prorectoris ipsius Ordinis fieri, & ad Romanum Pontificem pro tempore existentem, Sedemque Apostolicam transmissi debeat, ad quos ejus causae cognitio, & definitio pertineat, ex quo vero Assistentis officio, Priori generali immediate subiecti remaneant.

§. 5. Hi praeterea Assistentes in omnibus praedicti Ordinis negotiis votum habeant consultivum, Priorque generalis pro illorum expeditione in hebdomada ipsi Assistentibus negotia huiusmodi communicare, eorumque consilium super illis requirere debeat. In quibusdam tamen gravioribus casibus, veluti in Vicarii generalis nominatione, Provincialium privatione, aut legum, statutorum, & decretorum, quae ad universum Ordinem spectant promulgatione, in Commissariis generalibus alicubi instituendis, Visitatoribus Provincialium deputandis, poena triennium, & carceris ultra annum, aut exilium ultra biennium irroganda, aut vocis activae, & passivae privatione, aliisque similibus, si Assistentes praedicti fuerint concordantes, & in voto contrario praedicti Generalis, tunc sine retardatione executionis voti ipsius Prioris generalis ejus rei cognitio ad Sedem Apostolicam devolvatur: si vero contingat vota esse divergia, tunc ea sententia praeratur, quae a Generali magis probabitur.

§. 6. Ceterum iidem Assistentes pro tempore, dum eorum munere funguntur, in quibuscumque locis & actibus ejusdem Ordinis locum habeant immediate, praesente Priori generali ante omnes alios Priores Provinciales, & etiam procuratorem Generalem Ordinis, absente Priori generali, locum post ipsum Generalem Procuratorem, sed ante omnes alios habere debeant. Finito vero officio habeant locum immediate post Assistentes pro tempore existentes.

§. 7. Utque pro ejus muneris qualitate congrue sustentari possint, eidem Assistentibus dom in officio fuerint congrua ad eorum sustentationem & stipendia ex communibus Provincialium, & domorum ejusdem Ordinis redditibus, per Cardinalem Prorectorem, & Priorem generalem praedicti Ordinis decernendis, & stabilendis assignari debeant, & per eos exigi, & in eorum usum, & utilitatem converti possint.

§. 8. Hac igitur prima vice dilectos filios Jacobum de Cortona, & Petrum Mantique ejusdem Ordinis Professores, & in sacra Theologia Magistros, in praedicti Ordinis generalis Assistentes, Jacobum nimirum nationis Citramontanae, & Petrum Ultramontanae, pro primo sexennio auctoritate Apostolica tenore praesentium constituimus, & deputamus.

§. 9. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis, & privationis vocis activae, & passivae, aliisque arbitrii nostri poenis, moderno & pro tempore existenti Ordinis Priori generali, ac universis, & singulis aliis Superioribus, & Religiosis, ut praesentes literas & in eis contenta quaecumque observent, & ab omnibus ad quos spectat, observari curent, & faciant, nec a quoquam molestari patiantur tam praedictos a nobis electos, quam pro tempore futuros Assistentes huiusmodi, sed illos eorum officio fungi, ac omnibus & singulis praemissis pacifice frui, & gaudere permittant, & faciant.

§. 10. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, dictique Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, Priori generali, & aliis Superioribus & personis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 5. Julii, millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Pontificatus nostri anno secundo.

§. 11. Ceterum ut eandem literarum tenor sit infertus omnimodam rei, seu facti certitudinem fiat,

F. F. 3 Apostolica

Sedi Apostolicae immediate subiecti sint.

Quam auctoritate habent.

Et quam per eorum cedentiam.

Hoc melius hic infra ubi clarabitur.

Quod volumus si per litteras.

Ad hoc vide declarationem hic seq.

Electi Assistentium huiusmodi ac primo vice.

Præsentium observari supra dicta.

Demeritum in ista constitutione.

Huiusmodi in presentibus non dicitur confirmari.

in hunc modum hic constituitur Clementis quia hanc illam prius dicitur d. in hunc modum.

in hunc modum hic constituitur in presentibus.

in hunc modum hic constituitur in presentibus.

Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eandemque vim, eundem vigorem dictus tenor in omnibus, & per omnia habeat, quem haberent literae originales praedictae, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quaecumque, in iudicio sive alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, ac illi pariter stetur sicut eisdem literis originalibus staretur, si forent exhibitae vel ostensa. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiriti volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Dat. P. A. 10. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 27. Novemb. 1614. Pont. nostri anno 10.

Edita An. D. 1615. PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut jus suum unicuique conservetur, proinde nos tenorem quarundam literarum in forma Brevis s. l. record. Clementis Papae VIII. praedecessoris nostri super deputatione, ac officio duorum Assistentium Prioris generalis Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini pro tempore existentium concessarum, in Secretaria nostra, tunc ipsius Clementis praedecessoris reperitum, ex minuta originali de verbo ad verbum transcribi, & praesentibus annotari fecimus pro eo quod hujusmodi tenor Dilecti filii Joannes Vincentius Spinola Genuensis, ac Alphonsus Nunio de Andaluca dicti Ordinis professores, & dilectus etiam filius Nicolaus a sancto Angelo ejusdem Ordinis Prioris generalis assistentes, se indigere nobis significari fecerunt, qui quidem tenor talis est, videlicet.

Inservitur hic servanda constitutio Clementis VIII. qua vix hodie haberi potest.

Clemens Papa Octavus, ad perpetuam rei memoriam. §. 12. Quae a nobis alias provide statuta, & ordinata sunt, firmiter perpetuo observari cupientes, ea cum opus est confirmamus, & innovamus, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Cum itaque alias pro feliciori regimine Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini decreverimus, ut in ipso Ordine Sancti Augustini duo ex ejusdem Ordinis Patribus in Priori Generalis Assistentes nuncupati in perpetuum constitui, & deputari deberent, qui, &c.

Clemens VIII. primam eius conf. hic supra inserta omnino exequi mandat.

Omittitur residuum relationis, quia ipsa bulla est quae praecedit supra §. 1. & seqq.

§. 13. Cum autem Capitulum generale praedicti Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, in proximè futuro Festo Pentecostes Romae Deo favente celebrandum sit: Nos praemissa omnia juxta ordinationem nostram hujusmodi tam in praedicto Capitulo quam deinceps in perpetuum observanda esse censentes, literarumque praedictarum tenorem, ac si ad verbum infererentur praesentibus pro expresso habentes, Motu proprio, & ex certa scientia ac mera deliberatione nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praedictas literas, ac omnia in illis contenta de novo, quatenus opus sit, perpetuo confirmamus, approbamus, & innovamus, ac juxta illarum seriem, & tenorem in praedicto futuro, & aliis capitulis generalibus praedictos duos Assistentes, alterum ex Ci-tramontana, & alterum ex Ultramontana natione eligi, & deputari, aliaque praemissa in omnibus, & per omnia observari, & executioni demandari statuimus, & ordinamus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae Praesidenti, ac Definitoribus, & Fratribus vocalibus ejusdem Capituli generalis, ceterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, ut praemissa omnia observent, & observari curent, & faciant.

Quibuscumque non obstantibus.

§. 14. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis praedicti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac omnibus illis quae in praedictis literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Adus Pontificis Pauli V. revocato de bulla Clementis VIII.

Datum Anconae sub annulo Piscatoris, die 27. Aprilis 1598. Pont. nostri anno septimo.

§. 15. Ceterum ut earundem literarum tenor sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eandemque vim & eundem vigorem dictus tenor in omnibus & per omnia habeat, quem haberent literae originales praedictae, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quaecumque, in iudicio sive alibi, ubi fuerit exhibitus vel ostensus, ac illi pariter stetur sicut eisdem literis originalibus staretur, si forent exhibitae vel ostensa. Per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiriti volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

beatum quaecumque, & ubicumque, in iudicio sive alibi ubi fuerit exhibitus vel ostensus, ac illi pariter stetur, sicut eisdem literis originalibus staretur, si forent exhibitae vel ostensa: per hoc autem nullum jus cuiquam de novo acquiriti volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 27. Novemb. 1614. Pont. nostri anno 10.

Opportunitate duxi hic subserere, quae circa praedictam primam Clementis VIII. constitutionem, Cardinalis Ordinis Protector consulto eodem Pontifice declaravit.

Antonius tituli Sancti Stephani Sanctae Romanae Ecclesiae Praebyter Cardinalis Salmus nuncupatus, ac totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Protector. Dilectis nobis in Christo Patribus, Magistris Andrea Fiviziano, Priori Generali, Procuratori totius Ordinis, Provincialibus, Definitoribus, Prioribusque localibus, ac ceteris omnibus ejusdem Ordinis Fratribus: Salutem, &c.

Dat. P. A. 17. Novemb.

§. 16. Cum alias mensibus proximè elapsis, Sanctissimus D. N. Clem. Papa VIII. pro bono regimine, ac felicitati totius Ordinis Eremitarum S. Augustini gubernio, per Breve Apostolicum duos viros probos, ac experientia praestantes, dilectos Patres, videlicet Magistrum Jacobum Cortonensem Italum, & Magistrum Petrum Manrique Hispanum, Reverendo Patri Priori generali adjunxerit, & in Assistentes deputaverit, quorum consilio, & voto Prior ipse generalis universae Ordinis negotia, quae ad suum pertinent officium, accuratius expedire posset, & valeret, cum auctoritate, stipendio & praeminentia quadam, de quibus in dicto Brevi sub annulo Piscatoris confecto die 5. Julii 1593. latius continetur, ad quod, &c.

Cardinalis Salmus Protector Ordinis referret ad nos praesentis conf. Clement. VIII.

§. 17. Cum sit etiam, quod eo publicato, circa nonnulla in dicto Brevi contenta, quae non modicam perturbationem in toto Ordine generare posse videbantur, dubitari contigerit, quae tum ipsi perpeximus, tum ab aliis admoniti fuimus.

Et etiam nulla de his ex.

§. 18. Et propterea ad tollendas omnes dubitationes, mentesque ac animos nonnullorum sedandos, praefatum Sanctissimum D. N. consulendum duximus, ut voluntatem suam nobis in omnibus patefaceret. Qui specialiter in infra scriptis nobis viva vocis oraculo mentem suam declaravit & expressit, unquam suae intentionis fuisse, nec esse quoad praecedentiam dictorum Assistentium qui de praesenti sunt, & in posterum erunt, finito eorum officio post sexennium, velle in aliquo praedicare Priori generali, ipsius officio functo vel dimisso vel absoluto ab eo, nec Generali Procuratori totius Ordinis, dum fuerit in actu suae procuratoris, minusque Provincialibus actu existentibus in sua Provincia, nec Definitoribus in Definitorio ipso actu permanentibus, nec etiam Prioribus localibus Conventuum generalium in suo Conventu actus Priorales exercentibus. Sed illam clausulam ibi, Finito autem officio, &c. quoad locum quem habituri sunt inter fratres dicti Assistentes, ita intelligendam esse, ut post sexennium, finito eorum officio, praefati Assistentes praecedere debeant omnes, & quoscumque fratres, cujuscumque sint gradus, ordinis, dignitatis, honoris & conditionis, exceptis supradictis, Priori generali ab ejus officio absoluto, Procuratore totius Ordinis suum officium actu exercente, Provincialibus ip sua Provincia cum effectu existentibus, Definitoribus actu in ipso Definitorio permanentibus, ac Prioribus localibus Conventuum generalium priorales actus in suo Conventu pertractantibus. Qui omnes in occurrenti casu dictos Assistentes, eorum officio finito, praecedere debeant, & non aliter. In ceteris omnibus dicto Brevi in suo robore invariabiliter permanente.

Et mox fuit in ipso Pontifice declarata voluntas circa praedictam Assistentium praecedentiam dictorum.

§. 19. Quo vero ad stipendia, praefatis Assistentibus pro eorum congrua sustentatione ex communibus totius Ordinis redditibus assignanda, & in ipsorum usus convertenda, idem Sanctissimus D. N. declaravit, suae intentionis pariter fuisse, & esse, ne detur locus proprietati, & ad hujusmodi suspensionem penitus tollendam, per eosdem Assistentes, ea lege & hac conditione dicta stipendia exigi

Et fecerunt circa stipendia.

exte possit in fove ulupatizacemque dicto letentio...

§.2. Alia verò Monasteria, ex quorum redditibus sex...

Qua cura 2

in huiusmodi...

§.10. Hanc igitur Sanctissimi D.N. voluntatem, de...

§.3. Priores autem Abbatibus decedentibus Monaste...

Et qui Priores...

§.4. Omnesque Abbates & Priores supradicti gau...

Abbatum &...

Datum Romæ in Palatio nostræ solitæ residentie, 5...

Decretum capituli Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Au...

Capitulum...

§.21. NE dignitatis memoria post officii functionem...

§.5. Alia verò Monasteria seu domus, & membra ejus...

Alia Monasteria...

§.6. Si verò forte contigerit, ut aliquod, seu aliqua...

Si vero in...

§.7. Decernentes præsentem literas, & in eis conten...

Classificati...

§.8. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & de...

Decretum...

§.9. Non obstantibus constitutionibus & ordinationi...

Constitutio...

XCV.

Quod Monasteria Congregationis Monachorum...

Istam Congregationem instituit Celestinus V. ut supra in eius...

PAVLVS PAPA V.

An. D. 1516.

Exordium.

AD sacram Beati Petri Sedem, meritis licet impari...

Decretum...

§.1. Hinc est quod nos, felici prosperoque Monachorum...

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif...

Dat. F. A. 11...





scriis congregandis inveniuntur, in officiis & dignitatibus suis usque ad adventum Vincentii Abbatis, aut alterius Commissarii predicti, & conclusionem Capituli Provincialis perdurent. Postea vero officia omnia etiam Monasteria electiva temporalia vacare etiam decernimus, ita ut ad novam Abbatum electionem modo quo supra, secundum supradicti Generalis decretum quoad fieri poterit procedi debeat, excepto quod è tribus per Vicarium & Diffinitores predictos nominatis in Monasteriis de Vervela, Rueda, Escarpe, & Labaix eorundem Regnorum & Principatus, quæ de jure patronatus ejusdem Philippi Regis existere, ut supra asseritur, idem Philippus & ejus successores Hispaniarum Reges quem maluerint in Abbatem nominare possint, prout & sicut antea nominabant.

*Vicarius, Diffinitores, & Visitatores d. Congreg. quæcumque pro ejus regimine sancto condendi, in generali Capitulo Cisterciensis, examinanda, facultatem tribuit.*

§. 20. Præterea ut pro felici & prospera Congregationis prædictæ, illiusque Monasteriorum & personarum directione, regimine & gubernio, Vicarius generalis, Diffinitores & Visitatores prædicti, in Capitulo generali singulo quoque quadriennio celebrando, quæcumque statuta, ordinationes & decreta, salubrem Congregationis & illius Monasteriorum hujusmodi statum, reformationem & gubernium concernentia, licita tamen & honesta, ac sacris Canonibus & Constitutionibus Apostolicis, necnon Concilii Tridentini decretis, & ipsius Ordinis regularibus institutis minime contraria, & ab omnibus ad quos quomodolibet spectabit, inviolabiliter observanda, in dicto tamen Capitulo generali Cisterciensis, præsentanda & examinanda, ac approbanda, condere atque edere, ipsaque sic condita & edita, pro rerum, temporum & personarum qualitate, & vicissitudine, prout dicto Capitulo generali visum fuerit, immutare, corrigere, & in melius reformare, cassare, & penitus seu in parte abolere, & illorum loco alia de novo edere & condere liberè & licitè possint & valeant, auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus.

*Supradicta omnia inviolabiliter observari præcipit.*

§. 21. Denique salvis & firmis remanentibus per Nos dispositis statutis & decretis, omnes & singulas ordinationes superius insertas, & à Capitulo generali patitèr ut præfertur præscriptas, auctoritate & tenore præmissis approbamus & confirmamus, illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque & singulos, tam juris quam facti ac solemnitatum, etiam quantumvis substantialium defectus, si qui forsàn desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Ac supradicta omnia, ut præfertur, disposita, statuta, decreta, & ordinata, ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, perpetuè, firmiter & inviolabiliter observari, & adimpleri debere.

*Clausulas hujus concessiois præferuntur apponit.*

§. 22. Præsentemque literas nullo unquam tempore de nullitatis vitio, etiam ex eo quod causæ propter quas emanarunt, coram locorum Ordinariis, aut aliis verificatae & approbate, vel interesse habentes vel prætendentes vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, gratiæ vel facti remedium impetrari, neque sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, vel quoscumque alios Romanos Pontifices successores nostros, dictamque Sedem, etiam in crastinum assumptionis eorundem successorum ad summi Apostolatus apicem, vel alias etiam motu proprio, ac etiam consistorialiter, & de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium pro tempore existentium consilio, sub quibuscumque tenoribus, & verborum formis, ac ex quibusvis causis pro tempore faciendis, etiam si de illis, ac eisdem præsentibus, earundemque toto tenore ac datæ, specialis, specifica & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum, & cum in quo antequam emanarent erant statum restitutas, repõsitas & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque data per Vicarium, Diffinitores & Visitatores prædictos, vel quoscumque alios interesse habentes eligenda concessas, semperque validas & efficaces fore & esse, suosque plenarios & integros effectus sortiri, ac Vicario, Diffinitori-

bus & Visitatoribus, aliisque interesse habentibus prædictis perpetuè suffragari.

§. 23. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac dictæ Sedis Nuncios, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, &c. attentari decernimus.

§. 24. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, necnon in universilibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis vel edendis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, ac etiam Monasteriorum & Ordinis prædictorum, etiam juramento, &c. roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam per modum statuti perpetui, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis vicibus, ac etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & efficacissimis clausulis, in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si in eis caveatur expressè, quod illis etiam per quascumque literas Apostolicas, & quascumque etiam derogatoriarum derogatorias, ac insolitas clausulas in se continentes, derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores, formas ac datas, & decreta in eis, appõsita, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro sufficienter expressis & insertis habètes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 25. Volumus autem quod præsentium transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio & extra, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

§. 26. Volumus etiam quod occurrente vácatione singulorum Monasteriorum, quorum Abbates perpetui existunt, & quadriennales per præsentem sunt, primo & deinde singulis quindecim annis, commune & alia jura debita juxta illorum taxam in libris Cameræ Apostolicæ descriptam, cum effectu per eos ad quos spectabit respectivè persolvi omnino debeant, alioquin Monasteria ipsa eo ipso vacent, & vacare censeantur, ipsæque præsentem literæ quoad ea nullæ sint, nec eis ullo unquam tempore suffragentur.

Dat. Romæ apud S. Petrum, &c. die 19. Aprilis millesimo sexcentesimo decimosexto, Anno undecimo.

Joannes Garzia Cardinalis Millinus.  
Metellus Cardinalis Senen.  
Philippus Cardinalis Philonardus.

Unio Congregationis Clericorum Doctrinæ Christianæ in Civitate Avenionis institutæ, Congregationi Clericorum Somsachæ, sive S. Majoli Papien. unà cum capitulorum inter easdem Congregationes initorum compositione.

*De hac secundodicta Congregatione, habes in hoc opere constit. 21. Pauli III. supra lib. 1. ubi aliam Postscriptam illius statum concernentia tibi indicavi, præter const. postea ab isto Pont. editam, qua est hic supra. Illam vero primam Congregationem scias Anno 1592. institutam, & inde à Clem. VIII. die 23. Decembris approbatam fuisse, sed ejus bulla authenticum usque modò habere non potui.*

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis desuper Apostolicæ servitutis officio, ad ea per quæ piorum hominum Congregationes,

*Declaratio*

*Commissarius*

*H. J. M. A.*

*Abbatibus vacantibus*

*D. P. A. die 19. Apr.*

*XCVI*

*Edita 16. 6.*

*Exemplum*



C A P. VI.

Quod si contingat Provincialis obitus, eo casu Superior professione senior censetur electus.

Provinciali de casu quod succedat

C A P. VII.

Ad Capitulum Provinciale spectabit, cum majori parte votorum nova loca, praevis tamen Episcoporum consensu, & servata forma Clementis Octavi, recipere, recepta deserere, Superiores locales erigere vel deponere, reos si qui erunt, punire, aut innocentes absolvere, curam Monialium ordinariam pro Confessionibus audiendis, de consensu & licentia eorumdem Episcoporum recipere, bona in universum in toto Regno Galliae ipsi Congregationi relicta alicui loco particulari assignare, Novitios quadragesimum annum excedentes, vel qui alterius Religionis habitum habuerint, & debitam transseundi facultatem a Sede Apostolica obtinuerint, ad probationem admittere, exemptiones diuturnas maxime seminaribus & Studentibus, ad tempus, non autem perpetuo, & ex causa impetiri, locum pro Capitulo Provinciali proximè congregando determinare.

Ad Capitulum Provinciale quod spectat

C A P. VIII.

Insuper Capitulo Provinciali quod mense Septembris praecedente Capitulum generale, convocandum erit, praeter Provinciale, interesse debet quilibet Superior localis una cum Socio seu Discreto a Capitulo Conventuali ejusdem loci, dummodo sex saltem ibi resideant, eligendo.

Qui ad Capitulum provinciale vocandi

Quare pro parte primodictae Congregationis fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus unionem & incorporationem hujusmodi facere, & eis in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos piis Clericorum praedictorum votis quantum cum Domino possumus annuere, illosque specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares petitiones a quibusvis, &c. censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio dictam Congregationem Doctrinae Christianae in praedicta Civitate Avenionen. institutam, Congregationis efficiant, ac Clerici dictae Congregationis Doctrinae Christianae, regulas & constitutiones secundodictae Congregationis Somaschae ab Apostolica Sede approbatas servent, & profiteantur, necnon Capitula praedicta adimpleantur & etiam serventur, salvis tamen limitationibus & modificationibus infra scriptis, videlicet quod Provincialis praedictus exemptiones diuturnas hujusmodi non nisi ex causa alicujus impedimenti concedere possit aut debeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo unimus & incorporamus.

Et modo praedicta unimur. Capitula approbat, & ad omnia Regulae Congregationis Somaschae servari praecipit, & cepit, quod Provincialis exemptiones diuturnas non nisi ex causa concedat.

Necnon cum dicto Antonio, ut infra quatuor menses a die caepae probationis numerandos, integro non expectato probationis anno, professionem per dictos Clericos Congregationis Somaschae hujusmodi emitte solitam expressè emittit liberè & licitè valeat, auctoritate & tenore praedictis indulgemus, ac eodem desuper dispensamus. Caeteros vero primodictae Congregationis Clericos, antequam professionem hujusmodi emitant, annum probationis integrè complere debere.

Si professio emittit a die caepae probationis

Ac Clericos secundodictae Congregationis in Galliam pro instructione diaconorum presbyterorum mittendos, in Statu Ecclesiastico Regni Galliae locorum Superiores, etiam si non sint Galli, eligi posse statuimus.

Provinciae de instructione diaconorum presbyterorum

Decernentes praesentes literas validas, firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Claustra servari & diebus observari

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac utriusque Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis

Claustra servari & diebus observari

Claustra servari & diebus observari

C A P. I.

In primis igitur, Doctrinae Christianae Patres, eorumque successores in perpetuum secum retinebunt institutum docendi Doctrinam Christianam parvam mediocrem & magnam juxta laudabilem eorum consuetudinem quam inviolabiliter servabunt, & in iis domibus quas nunc possident, & in iis quas in posterum possidebunt in toto Regno Galliae.

C A P. II.

Reverend. Pater Caesar de Bus, vir pietatis eximia, Congregationisque Patrum Doctrinae Christianae in Regno Galliae primus parens & institutor, h. beatorum in Religione pro auctore, ut revera fuit hujus sanctissimi instituti, Doctrinam Christianam in dicto Regno Galliae Populos edocendi.

C A P. III.

Patres Doctrinae Christianae in Gallia vocari deinceps post factam unionem debebunt Patres Doctrinae Christianae Congregationis Somaschae, seu Sancti Majori Papae, & privilegia omnia erunt communia.

C A P. IV.

Sub obedientia vivent Praepositi generalis de Somascha, qui semel singulis trienniis per se vel per alium ab eo destinandum eos visitabit. Caeterum eorum regimen & gubernatio in toto Regno Galliae, in domibus tam acquisitis quam acquirendis, sit penes Superiores Gallos: & Provincialis similiter Gallus eligendus per Capitulum generale de Somascha eis instituantur. Qui quidem erit unus ex duobus vel tribus Patribus nominatis, sive propositis a Capitulo Provinciali ipsius Provinciae Galliae tempore debito congregato.

C A P. V.

Cujus Provincialis auctoritas erit de loco ad locum personas mutare, Novitios per se vel per locorum Superiores ad professionem admittere, Concionatoribus concionandi facultatem concedere, dummodo ab Episcopis locorum licentiam seu benedictionem ad formam Concilii Tridentini obtineant, & alia facere, quae Visitatoribus dictae Congregationis Somaschae conceduntur. In reliquis autem tanta sit ejus auctoritas, quanta a Capitulo Provinciali conceditur eidemmet. Debet tamen Praepositum generalem ubi commodè poterit, consulere, vel saltem de singulis magni momenti rebus certiorum facere. Provincialis statim atque erit electus, censetur esse & sit ipso facto de gremio Capituli generalis, in quo vocem activam, & passivam habeat. Ejus officium per triennium durabit. Ad Capitulum generale cum accedet, socium unum seu discretum, antea a Capitulo Provinciali electum deducet, qui quidem socius in Capitulo generali interveniet cum utraque voce.

non in militanti Ecclesia, perferam ad legem Christianam rudibus exponendam, providè sanctaeque institutae majoribus in dies proficiant incrementis, sedulo intendimus. §. 1. Exponi siquidem nobis impet fecerant dilecti filii Antonius Vigerius Praepositus, ac Clerici seculares Congregationis Doctrinae Christianae in Civitate Avenionem canonicè institutae, quod ipsi feliciori ejusdem Congregationis statui & augmento consulere volentes, eandem Congregationem Congregationi Clericorum Regularium Congregationis Somaschae, aliàs S. Majori Papae, per nos uniri & incorporari desiderant, & propterea infra scripta Capitula cum dilectis etiam filiis Praeposito & Clericis Regularibus dictae Congregationis Somaschae statuerunt, quae à venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Regularium praepositis recognita & approbata fuerunt, tenoris sequentis, videlicet. §. 2. Conventiones firmatae ac stabilite inter Clericos Regulares Congregationis de Somascha, & Patres Congregationis Doctrinae Christianae in Regno Galliae, pro unione faciendae utriusque Congregationis. Quod quidem negotium à Sanctissimo D. N. fuit commissum Sacrae Congregationi Illustrissimorum DD. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium Praepositorum.

inter Doctrinae Christianae Galliae, quae nunc possident, & in iis quas in posterum possidebunt in toto Regno Galliae. Caesar de Bus, vir pietatis eximia, Congregationisque Patrum Doctrinae Christianae in Regno Galliae primus parens & institutor, h. beatorum in Religione pro auctore, ut revera fuit hujus sanctissimi instituti, Doctrinam Christianam in dicto Regno Galliae Populos edocendi. Patres Doctrinae Christianae in Gallia vocari deinceps post factam unionem debebunt Patres Doctrinae Christianae Congregationis Somaschae, seu Sancti Majori Papae, & privilegia omnia erunt communia. Sub obedientia vivent Praepositi generalis de Somascha, qui semel singulis trienniis per se vel per alium ab eo destinandum eos visitabit. Caeterum eorum regimen & gubernatio in toto Regno Galliae, in domibus tam acquisitis quam acquirendis, sit penes Superiores Gallos: & Provincialis similiter Gallus eligendus per Capitulum generale de Somascha eis instituantur. Qui quidem erit unus ex duobus vel tribus Patribus nominatis, sive propositis a Capitulo Provinciali ipsius Provinciae Galliae tempore debito congregato. Cujus Provincialis auctoritas erit de loco ad locum personas mutare, Novitios per se vel per locorum Superiores ad professionem admittere, Concionatoribus concionandi facultatem concedere, dummodo ab Episcopis locorum licentiam seu benedictionem ad formam Concilii Tridentini obtineant, & alia facere, quae Visitatoribus dictae Congregationis Somaschae conceduntur. In reliquis autem tanta sit ejus auctoritas, quanta a Capitulo Provinciali conceditur eidemmet. Debet tamen Praepositum generalem ubi commodè poterit, consulere, vel saltem de singulis magni momenti rebus certiorum facere. Provincialis statim atque erit electus, censetur esse & sit ipso facto de gremio Capituli generalis, in quo vocem activam, & passivam habeat. Ejus officium per triennium durabit. Ad Capitulum generale cum accedet, socium unum seu discretum, antea a Capitulo Provinciali electum deducet, qui quidem socius in Capitulo generali interveniet cum utraque voce.

gulis, eorum omnium tenores presentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 8. Volumus etiam, ut presentium transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem profusus fides ubique adhibeatur, quae presentibus adhibetur si forent exhibitae vel ostensa.

Dni. P. A. 11. die 11. Aprilis.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, &c. die 11. Aprilis 1616. Anno undecimo.

XCVII. Innovatio Constitutionum à Sixto IV. & Pio V. de Conceptione B. MARIAE Virginis editarum. Impositioque majorum poenarum in transgressores à locorum Ordinariis, & haereticarum pravitatis Inquisitoribus puniendos.

Attende qua notavi inf. ad hujus Pon. Constit. 105. Sanctissimus.

Edict. An. D. 1616.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Praemium.

Regis pacifici, quamquam nullo nostro merito, divina dispensatione vices gerentes in terris, ex muneris nostri debito, pacis & concordiae inter Christi fideles, praesertim Ecclesiasticas personas, quae aliis in viam pacis dirigendis, & in unitate Spiritus continendis sunt praeposita, conservationi sedulo invigilare cupientes, ea quae à praedecessoribus nostris Roman. Pontif. ad scandalorum femina tollenda salubriter constituta sunt, cum hostis antiqui insidiis, qui ab initio dissidia ferere ceperunt, minime observari, aut variis modis eludi dignoscuntur, ut inviolata serventur, opportunis remediis, quantum cum Domino possumus, providemus.

Sixtus IV. contra omnes edicta, contra affirmantes, haereticum esse aut peccatum mortale, credere ad peccatum B. Mariam Virginem in sua conceptione à peccato originali macula transumpti, fuisse vel non fuisse, cum nondum id esset à Sede Apost. Romana Ecclesia definitum. Hanc const. Sixti IV. vide in c. 2. de Reliq. & Praeceptis. Sanctissimus inter cetera, quae committuntur.

§. 1. Olim siquidem per felicis recordationis Sixtum Papam Quartum praedecessorem nostrum, accepto quod nonnulli diversorum Ordinum praedicatores, in suis sermonibus ad populum publice per diversas Civitates & Terras affirmare non erubuerant, & quotidie praedicare non cessabant, omnes illos qui tenebant aut asserere gloriosam & immaculatam Dei Genitricem absque originali peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse haereticos, ejusdemque immaculatam Conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum qui eam sine hujusmodi macula conceptam esse affirmabant, graviter peccare, sed & praedictis praedicationibus non contenti, confectos super eisdem suis assertionibus libros in publicum ediderant, ex quorum assertionibus & praedicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta erant, & majora merito exoriri formidabantur in dies, idem Sixtus praedecessor hujusmodi temerariis ausibus, & pervertis assertionibus & scandalosis, quae exinde in Dei Ecclesia exoriri poterant, obviare volens, hujusmodi assertiones praedicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare praesumerent, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei Genitricem ab originali peccati macula in sua conceptione praeservatam fuisse, propterea alicujus haereticis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut hujusmodi officium conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros praedictos id continentes, quoad hoc reprobavit & damnavit, ac statuit & ordinavit, quod praedicatores verbi Dei, & quicumque alii cujuscumque status, gradus, aut ordinis & conditionis essent, qui ausu temerario praesumerent in eorum sermonibus ad populum, seu aliis quomodolibet affirmare, hujusmodi sic per eum improbatas & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua ab alio quam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequirent absolutionis beneficium obtinere. Similique poenae & censuris subiecit eos, qui ausi essent asserere contrariam opinionem, tenentes videlicet, gloriosam Virginem MARIAM cum originali peccato fuisse conceptam, haereticis crimen, vel peccatum

incurrere mortale, cum nondum id esset à Romana Ecclesia & Apostolica Sede discussum.

§. 2. Hanc vero Sixti praedecessoris Constitutionem Oecumenica Tridentina Synodus postea innovavit.

§. 3. Ac deinde similis recordationis Pius Papa V. etiam praedecessor noster, statuit, ordinavit & mandavit, quatenus nemo cujuscumque ordinis vel dignitatis existeret, in popularibus concionibus, vel ubicumque promiscua virorum & mulierum multitudo convenire solet, de hujus controversiae alterutra parte disputare rationibus vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam & contrariam, resellendo vel impugnando, aut de hac ipsa quaestione, cujuscumque pietatis aut necessitatis praetextu vulgari sermone scribere vel dicere praesumeret, qui contrafaceret suspensionis poenam à divinis, vel ubi alias interessent qui rem capere possent, nec scandali ulla subisset occasio, de illa quaestione differere, & argumentis utramlibet partem asserere vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea praedicaretur, servarenturque illa omnia, quae à dicto Sixto praedecessore statuta sunt, quorum singula etiam quantum ad alias poenas duxit innovanda & innovavit, prout in Sixti & Pii praedecessorum literis desuper confectis plenius continetur.

Non tam solo Conc. Trid. sed in fine Pii Quinti prohibuit hoc in popularibus concionibus, & in sermone vulgari, ut in eo non esset occasio per secula lib. 2.

§. 4. Ceterum quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non esset, oppositaque sententia condemnata, liceret viris doctis in publicae Academiae disputationibus, sive Generalium aut Provincialium Capitulorum, vel ubi alias interessent qui rem capere possent, nec scandali ulla subisset occasio, de illa quaestione differere, & argumentis utramlibet partem asserere vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea praedicaretur, servarenturque illa omnia, quae à dicto Sixto praedecessore statuta sunt, quorum singula etiam quantum ad alias poenas duxit innovanda & innovavit, prout in Sixti & Pii praedecessorum literis desuper confectis plenius continetur.

Sed solummodo in Academicis & in publicis disputationibus, non in sermone vulgari, nec in concionibus.

§. 5. Verum licet haec provide statuta sint, nihilominus sicut accepimus, nonnulli in diversis Christiani Orbis partibus, interminatis quaestionibus nimis intenti, diffusionem hujusmodi jam pridem Ecclesiae disciplinae vigore recisa germina coalescere procurant, indeque contentiones & rixae non sine Dei offensa & scandalo plurimorum exortae sunt, & graviores in dies ne exoriantur periculum est, nisi à nobis opportunè provideatur.

Quia tamen nonnulli in diversis Christiani Orbis partibus, interminatis quaestionibus nimis intenti, diffusionem hujusmodi jam pridem Ecclesiae disciplinae vigore recisa germina coalescere procurant, indeque contentiones & rixae non sine Dei offensa & scandalo plurimorum exortae sunt, & graviores in dies ne exoriantur periculum est, nisi à nobis opportunè provideatur.

§. 6. Quamobrem Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, constitutionum Sixti & Pii praedecessorum hujusmodi veteres tenores presentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, easdem Constitutiones Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, & etiam quoad earum poenas quascumque etiam absolutionis reservationem innovamus, & inviolabiliter ab omnibus, etiam regularibus cujuscumque ordinis & instituti, & aliis quibuscumque tam ecclesiasticis quam secularibus personis, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis aut dignitatis, tam ecclesiasticae quam saecularis, etiam si specialis, specifica & individua earum esset necessarium faciendae mentio, observari praecipimus & mandamus, donec à Romana Apostolica Sede hujusmodi controversia fuerit definita.

Hic poenae praedictae in c. 2. de Reliq. & Praeceptis. Sanctissimus inter cetera, quae committuntur.

§. 7. Ac praeterea si quis quovis modo contraverit, praeter supradictarum constitutionum poenas respective ipso facto incurrendas, etiam concionandi, publice legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione, privatus existat, necnon concionandi & publice legendi, docendi & interpretandi perpetuae inhabilitatis poenas similiter ipso facto incurrat, absque alia declaratione, à quibus non nisi à Nobis ipsis, vel successoribus nostris Roman. Pontificibus pariter absolvi, seu super iis dispensari possit: & nihilominus aliis poenis nostro & eorundem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis subiciatur, prout eum subicimus per presentes.

Transgressores poenae hujusmodi.

§. 8. Et contra hujusmodi transgressores, etiam quomodolibet exemptos,

Et contra Episcopos, & alios, ac haereticos praedictos, & alios, qui hujusmodi poenas per secula lib. 2.

exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & secula-  
ras personas, cujuscumque status, gradus, ordinis aut di-  
gnitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm secularis, ut præfertur,  
tam Episcopi & Prælati, Superiores, aliique Ordinarii  
locorum, quàm hæreticæ pravitate ubique locorum de-  
putati Inquisitores procedant & inquirent, atque in eos  
severè animadvertant. Nos enim iis & eorum cuilibet,  
contra eosdem transgressores procedendi & inquirendi,  
ac poenis coercendi & puniendi liberam facultatem &  
auctoritatem eisdem auctoritate & tenore tribuimus &  
impartimur, in eosque, ut præfertur, procedere, inquirere  
& punire præcipimus & mandamus.

Contrariis  
arguat.

§.9. Non obstantibus omnibus iis, & singulis, quæ  
tam Sixtus quàm Pius prædecessores prædicti in literis  
suis hujusmodi voluerunt non obstat. Quibus omnibus  
& singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè & suf-  
ficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac  
vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæte-  
risque contrariis quibuscumque.

Publicationem  
Roma factam  
ubique ligare  
decernit.

§.10. Et ne præmissorum ignorantia à quoquam præ-  
tendi possit, volumus, & dicta auctoritate decernimus,  
quod præsentis literæ, seu illarum exempla, ad valvas Ba-  
silicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi  
Floræ affixæ, omnes ita ardeant & afficiant, perinde ac  
si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Transumptis  
crude pubet.

§.11. Quodque præsentium transumptis, etiam im-  
pressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus  
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muni-  
tis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ad-  
hiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscis,  
die 6. Julii 1616. Pont. nostri Anno 12.

Annò à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1616. indi-  
clione 15. die vero nona mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi  
in Christo Patris, & Domini Nostri, D. Pauli Divina provi-  
dentia Papa V. Anno 12. Retranscripta litera Apostolica affixe,  
& publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum  
de Urbe, & in acie Campi Floræ, per me Augustinum Brache-  
rium Cursorem.

Publicatio.

Silverius Pontifolus Magister Curf.

De hac Congregatione habes aliam hujusmet Pont. const. 94. hic  
sup. ubi cetera indicavi.

Edita An. D. 1616.

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Quoniam nemo debet assumere sibi honorem nisi vo-  
catus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vite  
instituto valdè alienum est, ut religiosi viri, quos hono-  
rum & dignitatum gradus sanctitate vite, ac aliis reli-  
giosis virtutibus potiùs promereri, quàm appetere, eos-  
que gradus cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere,  
susceptosque humiliter administrare decet, mendicatis  
secularium præsertim personarum studiis, ad eos sibi adi-  
um patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei  
scandala & damna exoriri solent.

Prohibitio of-  
ficia religio-  
su omni qsi-  
tu extra cam  
favorem, il-  
licitisq; viis  
procurandis,  
sub multis  
penis in eos  
& eorum fau-  
tores infligis.

§.1. Nos qui pro muneris nostri debito in hoc potiùs  
mùm laborare non desistimus, ut Ecclesiastica regularif-  
que disciplina pristinæ observantæ restitatur, hoc ma-  
lum è Congregatione Cælestinorum Ordinis S. Benedi-  
cti, cujus prosperum regimen, & incrementum ad eccle-  
siæ sanctæ utilitatem sinceris desideramus affectibus, pro-  
pellere cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scien-  
tia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & sin-  
gulos Monachos dictæ Congregationis, cujuscumque  
gradus, status, conditionis, præminentie, qualitatis, &  
dignitatis existentes, qui de cætero ad Prælaturas, gra-  
dus, honores, dignitates, administrationes, functiones &  
alia officia dictæ Congregationis assequenda intenti, ad

Præcipimus ac Prælatorum, & aliarum quarumcumque  
personarum, tam secularium quàm Ecclesiasticarum, de  
gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam  
Card. honore, ac quacumque seculari dignitate, & excel-  
lentia, & etiam Imperiali, Regali, & Ducali fongèrium fa-  
vores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliif-  
que viis illicitis directè vel indirectè, palam vel occultè  
ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administratio-  
nes, functiones & alia officia præfata obtinenda aspirave-  
rint, vel aliis modis legitimis & honestis rationibus ea  
obtinere quæ siverint, aut etiam sponte oblatis, & minimè  
conquisitis uli fuerint, illorumque complices & fauto-  
res, vinculo excommunicationis lætæ sententiæ, à qua non  
nisi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exi-  
stentes, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi  
queant, innodamus, ipsosque, & eorum quemlibet ad  
quascumque Prælaturas, dignitates, officia, gradus, hono-  
res, administrationes, & munera in ipsa Congregatione  
obtinenda, perpetuè inhabiles declaramus, ac obtentis  
per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus,  
administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi  
eo ipso privamus, ac privatos voce tam passiva quàm  
activa cetera decernimus & declaramus.

Prohibito no  
Superiores de  
Congregatio-  
nis, & aliorum  
extra eam  
gremium asp-  
eritis, quæ  
ad off. in ad-  
missionem.

§.2. Atque in virtute sanctæ obedientie, ac sub excom-  
municationis etiam lætæ sententiæ pœna, omnibus dictæ  
Congregationis Monachis, Superioribusque & prælati-  
bus quocumque titulo nuncupatis, etiam Abbati Generali,  
præsentibus, & futuris præcipimus, distriçtè mandamus,  
ne quempiam ullo tempore precibus, literis vel fa-  
voribus adducti, vel alias ad instantiam, seu requisitionem  
vel contemplationem Principum, seu Prælatorum, aut  
aliorum quorumcumque, tam secularium quàm Ecclesia-  
sticorum extra dictum gremium existentium prælatorum  
ad cujuscumque generis Prælaturas, gradus, honores, dignita-  
tes, administrationes, functiones & officia dictæ Congre-  
gationis promovere audeant, seu præsumant.

Declaratio  
quod illi  
non possunt  
promove-  
re alios  
sine sua  
valida.

§.3. Decernentes electiones & promotiones ad Mona-  
stera, & Prioratus vel officia dictæ Congregationis con-  
tra præsentium dispositionem, quod ablit, quandocum-  
que faciendas, & pro tempore obtinendas, nullas prorsus,  
invalidasque fore & esse, ac omnes & singulos in  
præmissis delinquentes sententiis & pœnas præmissas ir-  
remissibiliter eo ipso incurrere.

Et ita, & non  
aliter judico  
cur.

§.4. Et ita per quoscumque Judices ordinarios & de-  
legatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum  
Palatii Apostolici Auditores, etiam S.R.E. Card. judicari  
& diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super his  
à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter  
contigerit attentari.

Quibus om-  
ni non ob-  
stantibus.

§.5. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Pro-  
vincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus  
vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec-  
non Ordinis & Congregationis hujusmodi etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, &  
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores  
præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes,  
illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dum-  
taxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque con-  
trariis quibuscumque. Aut si prædictis Monachis vel  
quibusvis aliis communiter aut divisim ab Apostolica sic  
Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommu-  
nicari non possint per literas Apostolicas non facientes  
plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto  
hujusmodi mentionem.

Forma: su-  
blatam  
bus, & illa  
transcribitur.

§.6. Ut autem harum literarum notitia ad omnes Con-  
gregationis hujusmodi Monachos facilis deveniat, vo-  
lumus illas pro hac prima vice in singulis dictæ Con-  
gregationis domibus regularibus, & deinde in singulo  
quoque Capitulo Generali, seu dictæ Congrega-  
tionis publicè legi, illasque ut præfertur lectas, ac om-  
nes ardeant, ac si unicuique intimatæ fuissent.

Præcipimus ac  
Notarii publici  
subscribitis,  
& sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis,  
vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ  
obligat.

§.7. Illarumque exemplis etiam impressis, manu Scri-  
ptæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscri-  
ptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis,  
vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ  
obligat.

Bullar. Magni Tom. III.

G g

obsignatis, eandem præfusa fidem haberi, quæ præfenti- bus haberetur, si eadem exhiberentur.

D.P. An. 12. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo die 27. Aug. Pisc. die 27. Augusti 1616. Pont. nostri Anno 12.

XCIX. Confirmatio nonnullarum Constitutionum, seu Ordinationum à Fratibus Eremitis Ordinis S. Augustini Congregationis Siciliæ pro felici- ori ejusdem gubernio editarum. Necnon approbatio Unionis ipsius Congregationis prædicto Ordini antea factæ.

Horum Fratrum materiam vide in secunda rubr. ad Const. 6. Alex. 1 V. Licet Ecclesia, sup. tit. 1. Et etiam infra ad est 30. S. D. N. Urban. VIII. Romanus Pontifex.

Edicta An. D. PAVLVS PAPA V. 1617. Ad perpetuam rei memoriam.

De an. 1581. unica fuit Or- dinatione Eremitarum S. Augustini Congregationis Siciliæ, quæ ab eodem Ordine generali Apostolico.

Subinde d. Congregatio nonnullas ordinationes, pro felicitate ipsius statu editas, prout infra.

De hac mate- ria obser- uare fratres præfati in d. Congregatione. De privile- giis immuni- tatis, &c. De rectio- ne novorum locorum.

De Vicario gen. Congregationis.

De auctoritate & jurisdic- tione Vicarii Generalis super totam Congregationem.

De confirma- tione Vicarii Generalis.

De facultate Congregationis conservanda eligendi Vicarii Generalis.

De exercitiis corporalibus Fratrum.

De transitu ad aliam Congregationem, & receptio- ne fratrum Or- dinis ad hanc Congregatio- nem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Antonius de Castroiane, & Paulus de S. Philippo, Eremitæ Congregationis Siciliæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, quod aliàs quondam Thaddæus Perusinus, tunc Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini hujus- modi Vicarius Generalis Apostolicus, eandem Congregationem prædicto Ordini univit & incorporavit, prout in patentibus literis dicti Thaddæi, sub die 1. Aprilis Anni 1581. de super expeditis plenius dicitur contineri.

§. 2. Subinde verò Eremitæ prædicti prospero ejusdem Congregationis regimini, & felici statui consulere cupientes, infrascriptas ordinationes in prædicta Congregatione hæcenus observatas, & quas de cætero observa- re intendunt, edidit tenoris subsequenti, videlicet.

§. 3. Congregatio ipsa & Fratres in illa professi, omnibus legibus, ordinationibus, & constitutionibus, quæ in universo Ordine observantur, subiecti sint, & inviolabiliter observent.

§. 4. Quod Fratres Congregationis omnibus privile- giis, immunitatibus, indulgentiis, & gratiis, tam spiritua- libus, quàm temporalibus Ordini Eremitarum S. Augu- stini concessis, & in posterum concedendis fruantur, & potiantur, dummodo sint in usu, neque sacris Canonibus, aut Conc. Trid. decretis repugnent.

§. 5. Quod possint nova loca recipere, & Conventus fundare, tam in Regno Siciliæ, quàm per totam Italiam, servatis tamen decretis, & constitutionibus Apostolicis, & de licentia Prioris Generalis, & Ordinariorum locorum.

§. 6. Quod Congregatio gubernetur per Vicarium ge- neralem, in Capitulo Congregationis ab iisdem Fratri- bus eligendum, qui nullius Superioris Regularis jurisdic- tioni subiaceat, sed tantum Priori Generali sit imme- diatè subiectus.

§. 7. Quod Vicarius electus habeat eandem auctorita- tem, & jurisdictionem super totam Congregationem, quam habent singuli Provinciales in sua Provincia.

§. 8. Quod Vicarius generalis electus legitime, & cano- nicè, absque repulsa à Priore Generali confirmari debeat, & Vicarius eligi semper debeat unus ex Congregatione, qui ejus vitæ asperitatem profiteatur.

§. 9. Quod Prior Generalis facultatem, quam habet Congregatio eligendi Vicarium, inviolatam conservet, neque in Capitulo generali aliquid innovetur, quod ad substantiam dictæ facultatis eligendi pertineat, nisi prius consulta Sede Apostolica, ad quam Fratres, ubi se gra- vatos senserint, recursum habere poterunt.

§. 10. Quod horis, quibus vacant ab exercitiis spiritua- libus, corporalibus exercitiis incumbant, intra tamen Mo- nasterii septa, & prout decet viros Religiosos pro vitæ sustentatione. Quæ sunt arte elaborata vendantur ab ali- quo Converso, seu Laico, cui Prior injunxerit, & pre- tium in commune redigatur.

§. 11. Quod nullus Frater Congregationis possit ad alias Congregationes ejusdem Ordinis transire, sine li- centia Prioris Generalis, & quod in Congregatione nul- lus Frater Ordinis recipiatur, qui eandem vitæ asperita-

tem profiteri nolit, per Capitulum Conventus appro- bandus.

§. 12. Quod Prior generalis pro tempore existens, Congregationem, & ejus Conventus per se, vel per aliam personam visitare possit.

§. 13. Quod Fratres Congregationis præter dies ab Ec- clesia ordinatorum, jejulent quarta, & sexta feria, exceptis diebus festis Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis Domi- ni, S. P. Augustini, & Omnium Sanctorum.

§. 14. Quod si quis ob aliquam causam jejunare non poterit, à carnibus, ovibus, & lacticiis absteat, nisi si Superio- ri Conventus de consilio Medicorum aliter videatur.

§. 15. Quod loca Eremitoria, in quibus Fratres habi- tant, sint ad minus per unum milliare distantia à Civita- tibus, Oppidis vel aliis locis habitatis.

§. 16. In vestibus tam Intraneis, quàm extraneis serve- tur omnimoda uniformitas, ita tamen, ut semper fiant ex vilioribus, quæ in locis, ubi fuerint Monasteria, repe- riuntur, &c.

§. 17. Quod Prior Generalis, sive Visitator ab eo missus, præter victum quotidianum, nihil ultra petere, vel reci- pere possit, exceptis tarenis duodecim, qui Priori Gene- rali singulo quoque anno exhibetur pro sua colloca, &c.

§. 18. Cum autem (sicut eadem expositio subungebat) Eremitæ prædicti plurimum cupiant, tam unionem, quàm ordinationes hujusmodi, pro majori earum validitate & sustententia, Apostolicæ confirmationis robore communi- nari. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 19. Nos Eremitas prædictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdi- cti, aliisque Ecclesiasticis censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo- modolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & ab- solutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus in- cuncti, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Card. negotiis Regularium præpositorum consilio, Unio- nem, & Ordinationes hujusmodi, ita tamen ut Eremitæ prædicti nova loca extra Regnum Siciliæ absque expressa Sedis Apostolicæ licentia fundare, vel accipere nulla- tenus possint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviola- bilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 20. Ac omnes & singulos tam juris quam facti de- fectus, si qui de super quomodolibet intervenerint, sup- plemus.

§. 21. Decernentes præfatas literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis præfate Congregationis Eremitis, & aliis ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis auctori- tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 22. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, &c. juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo- ratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris, die 25. Januarii 1617. Pontificatus Nostri An. 12.

Congregationis Fratrum Joannis Dei in Italia pridem institutæ, & Hospitalia Germaniæ, Galliæ, & Poloniæ comprehendentis, in ve- ram Religionem erectio sub tribus votis sub- stantialibus, & quarto de juvandis Infirmis, sub Regula S. Augustini.

Similem erectionem hic idem Paulus fecit de alia eorundem Fratrum Congregatione Hispaniæ, ut sup. in ejus Const. 69. tom 3. Et confirmationem Constitutionum ab ipsa Religione editarum infra in Const 5. Ea que, & in alia Const. Roma- nus, præmissis jurisdictionem Ordinarius locorum in istos Fratres, quam habes in num. 15.

De facultate Prioris Gen. Ord. visitandi Congreg. De separat.

De hujus- modi non possunt. De locis ere- mitarum in- fra à Civitate constructis.

De vestitu.

De visita- tione præfati Prioris Generalis, &c. tam de tarenis, quàm de colloca, &c. Postea præfati Eremitæ prædicti approbati.

Qui unquam præfatis ac ordinatis non frangit. Prohibentis tamen, ut in loca extra Regnum Siciliæ absque expressa licentia fundare non possint.

Defectus sup- plent.

Clausula præfationis cum decreto irritum superaddit.

Contrariis tollit.

Dat. P. A. 12. die 25. Janu.



hujusmodi negotium diligenter examinandum, & Nobis referendum commisimus, consilio, & nobis attributa potestatis plenitudine presentium tenore perpetuo statuimus & ordinamus, ut quotquot in posterum ipsam Congregationem Italiam nuncupatam ingredi voluerint, anno probationis expleto, ac aliis juxta sacrorum Canonum, & Decretorum ejusdem Conc. Trid. prescriptum tria vota substantialia, Obedientiam, Castitatis, & Paupertatis, ac praeterea quartum de juvandis Infirmis, in suorum Superiorum manibus solemniter emittere, vel à Congregatione praedicta ejici debeant, qui vero in eadem Congregatione ad praesens reperitur, ad vota, ut praefertur emittenda minime cogi possint, sed sit in cujusque optione aut vota hujusmodi emittere, aut cum priori voto de infirmis juvandis in dicta Congregatione perseverare, hujusmodi autem personas, quae elapso probationis anno, quatuor vota praedicta solemniter emiserint, verè ac propterea religiofos, ac proprios, & veros regulares esse, ac pro talibus ab universis Christi fidelibus habendos, & recipiendos, illamque veram, & propriam sub Regula S. Augustini Religionem esse, ac inter reliquas Ecclesiae Catholicae Religiones sine cujusque praedictio esse connumerandam, eamque ac ejus tam in Italia, quam sub jurisdictione Fratris Majoris praedictae Congregationis in Germania, Gallia, & Polonia erecta, & de caetero erigenda Hospitalia, quae sub eadem Congregatione Italiae comprehenduntur, jurisdictioni Ordinariorum perpetuo subesse debere, salva tamen illius apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris juxta illius facultates, ac Fratris Majoris pro tempore existentium auctoritate, & jurisdictione.

Consiliarios officium ad sexennium durare stant.

Clausulas praesentium, & Decretum utriusque apponit.

Contrariis derogat.

D. P. An. 12. die 13. Febr.

**C I. Erectio Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ad pauperes Scholares pie, & absque ullo praemio docendos, & erudiendos.**

Hoc opus erudiendi, & docendi pauperes Scholares demandat hic idem Paulus Congregationi Clericorum saecularium B. Mariae supra in ejus constitut. B. 1. n. 1. sed cum postea d. Congregatio renuisset regimen suscipere, ideo erigit hanc Congregationem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei, quae d. opus commisit. Quam Congregationem postea Greg. XV. erexit in veram Religionem, ut supra in ejus constit. 14. In superius, ubi alia notabo.

Ad ea per quae Christi fideles piis moribus, & doctrina mature imbuantur, sollicita consideratione dirigentes intuitum, ea quae proinde interdum facta sunt, iustis ita suaden. causa immutamus, ad alia ut piura, & maxime laudabile opus pauperes erudition. & instruction. hujusmodi in dies magis ad Dei gloriam promovatur, officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout personarum, & temporum qualitatibus pensatis conspiciamus salubriter in Domino expedire.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. 1617.

Ad ea per quae Christi fideles piis moribus, & doctrina mature imbuantur, sollicita consideratione dirigentes intuitum, ea quae proinde interdum facta sunt, iustis ita suaden. causa immutamus, ad alia ut piura, & maxime laudabile opus pauperes erudition. & instruction. hujusmodi in dies magis ad Dei gloriam promovatur, officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout personarum, & temporum qualitatibus pensatis conspiciamus salubriter in Domino expedire.

§. 1. Alias siquidem cum accepissemus, quod opus Scholarum piarum à Nobis in Urbe nostra ad pauperes erudien. & instituendos erectarum uberes fructus ferebat, Nos felici ejusdem operis progressui consultum esse cupientes, curam, regimen, & administrationem dictarum in Urbe erectarum, & aliarum Piarum Scholarum pro tempore erigen. dilectis filiis Praeposito Generali, & Clericis saecularibus Congregationis B. Mariae, cum certis tunc expressis conventionibus inter eos, & dilectum etiam Filium Praefectum Scholarum hujusmodi, de consensu Ven. venerabilis fratris nostri Benedicti Episcopi Praenestini, Cardinalis Justiniani nuncupati, eorumdem Scholarum Protectoris initis commisimus, & demandavimus, & alia prout in nostris desuper in simili forma Brevis sub die quarta Januarii 1614. expeditis literis, quarum ten. praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Cum autem sicut accepimus Clerici saeculares praefati bonorum stabilitate possessione se abdicari nolint, propterea quod aliis muneribus, & exercitiis juxta regularia ejusdem Congregationis instituta Apostolica auctoritate confirmata, ne vacent, impediri se sentiant, & hujusmodi exercitiis potius operam dare, quam praedictas Scholares regere malint. Nos, ne tam piura, ac praesertim pauperum liberorum Christianae educationi, & eruditioni proficuum opus aliquod propterea detrimentum patiatur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris literis nostras praedictas, omniaque, & singula in illis contenta, Apostolica auctoritate tenore praesentium revocamus, cassamus, & annullamus, ac revocatas, cassatas, & annullatas, nulliusque roboris, vel momenti esse, & fore decernimus, & declaramus.

§. 3. Praeterea in domo eorumdem Scholarum Urbis praedictae unam Congregationem Scholarum piarum ab uno Praefecto regendam, & gubernandam, quae de caetero perpetuis futuris temporibus Paulina pauperum Matris Dei Scholarum piarum nuncupari, nec ultra viginti ab Urbe miliaria extendi, neque ullum locum, in quo Scholae piarum non sint, domibus Novitiorum exceptis, habere, & quidem eidem Congregationi nomen dare voluerint, finitis duobus probationis annis, omnes tam ad sacros etiam Praesbyteratus ordines promoti, & clericali charactere dumtaxat insigniti, quam fratres operarii tria simplicia vota, Paupertatis videlicet, ac Castitatis, & Obedientiae, super quibus à nemine, praeterquam à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari possit, emittere, ac gratis, & nullo stipendio, mercede, salario, aut honorario accipien. pueros in primis elementis, Grammatica, computo, ac praecipue in fidei Catholicae rudimentis erudiendos, bonis, & piis moribus imbuedos, ac demum Christiano more educandos operam, laborem, ac studium conferre debeant, sine alicujus praedictio de novo erigimus, & instituimus: ita vero, quod qui simplex paupertatis votum, ut praefertur, emiserint, quandiu in praedicta Congregatione permanerint, cujuscumque domini, juris & proprietatis incapaces sint, idemque paupertatis votum summam in iis paupertatem inducat, tam in particulari, quam in communi, ita ut nihil omnino juris habeant, sed nec habere, aut acquirere quovis titulo possint in bonis, seu ad bona, quae vocantur immobilia, vel quae pro immobilibus

Procurator.

Hic Paulus in gimen Sic. larum Piarum in Urbe n. B. Mariae, & erigendam de legatione Congregationis Clericorum saecularium B. Mariae, & constit. in. n. 1.

Congregatio nomen praedictae unam Congregationem Scholarum piarum ab uno Praefecto regendam, & gubernandam, quae de caetero perpetuis futuris temporibus Paulina pauperum Matris Dei Scholarum piarum nuncupari, nec ultra viginti ab Urbe miliaria extendi, neque ullum locum, in quo Scholae piarum non sint, domibus Novitiorum exceptis, habere, & quidem eidem Congregationi nomen dare voluerint, finitis duobus probationis annis, omnes tam ad sacros etiam Praesbyteratus ordines promoti, & clericali charactere dumtaxat insigniti, quam fratres operarii tria simplicia vota, Paupertatis videlicet, ac Castitatis, & Obedientiae, super quibus à nemine, praeterquam à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari possit, emittere, ac gratis, & nullo stipendio, mercede, salario, aut honorario accipien. pueros in primis elementis, Grammatica, computo, ac praecipue in fidei Catholicae rudimentis erudiendos, bonis, & piis moribus imbuedos, ac demum Christiano more educandos operam, laborem, ac studium conferre debeant, sine alicujus praedictio de novo erigimus, & instituimus: ita vero, quod qui simplex paupertatis votum, ut praefertur, emiserint, quandiu in praedicta Congregatione permanerint, cujuscumque domini, juris & proprietatis incapaces sint, idemque paupertatis votum summam in iis paupertatem inducat, tam in particulari, quam in communi, ita ut nihil omnino juris habeant, sed nec habere, aut acquirere quovis titulo possint in bonis, seu ad bona, quae vocantur immobilia, vel quae pro immobilibus



perstant,libenter cum à Nobis peetur,Apostolicæ confirmationis robore communimus,prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

*Isti Fratres condidit hunc nonnullas cōstituit,pro Greg. regimine in Capitulo gen.*

*Quas supplicavit Pont. ut confirmare dignetur.*

*Qui modo eas approbat, & confirmat.*

*Suppletque defectum.*

*Ac eas servari mandas in Congreg. Ita, & non aliter iudicari decernit.*

*Contraria tollit.*

*D. P. A. 12. 15. Aprilis.*

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti filii Frater Major, & Consiliarii Congregationis Joannis Dei Italiae, quod in Capitulo generali ejusdem Congregationis in illius Hospitali S. Joannis Colavitæ de Urbe novissime celebrato, quædam Constitutiones, seu Statuta, prosperum ipsius Congregationis statum ac regimen concernentia, edita, & facta fuerunt.

§.2. Quæ pro majori eorum firmitate, & observantia Apostolicæ confirmationis robore communiri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur Fratrem Majorem, ac Consiliarios prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis, à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequentium harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones seu Statuta hujusmodi, dummodo sint in usu, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, nostrisque, & Roman. Pont. prædecessorum Constitutionibus, regularibusque dictæ Congregationis institutis non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

§.4. Ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Ac constitutiones, seu Statuta hujusmodi in eadem Congregatione perpetuò observari.

§.6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.7. Non obstant. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pisc. die XV. Aprilis MDCXVII. Pont. nostri Anno duodecimo.

CIV. Jubilæi indictio ad divinam operam in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam.

*Similem indictmentem fecit postea istemet Pontifex pro aliis tunc instantibus necessitatibus, ut hic infra Constit. 17. Dominus. Aliamque pro imminentium in Europa Anno Sancto 1625. necessitatum arcessione plenariam peccatorum indulgentiam visitantibus Basilicam S. Petri, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transyberinæ concessit S. D. N. Urb. VIII. in constit. 39. Divina, ubi indicabo indictmentem generalem Jubilæi præd. Anno Sancto. Aliud quoque jubileum indicxit anno 1628. ut in ejus Const. 82. Quod ab initio.*

Indictionem verò Jubilæi pro divino auxilio expetendo initio suorum Pontificatum unusquisque Pont. edere solet, ut notavit Genitor meus sup. ad Const. 1. Sixti V. tom. 2. & hujus Pauli, tom. 3. præter quas etiam habes aliam Greg. XV. ut in ejus const. 2. Spiritus, & alteram sub forma Orationis quadraginta horarum à S. D. N. Urb. VIII. editam in Const. 7. Æternus, hic infra.

*Edicta An. D. 1617. PAVLVS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei. Vniversis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Salutem, & Apost. Bened.*

*Causa hujus Const.* **E**cce tribulationes apprehenderunt nos. Diaboli tentamenta grassantur in nobis. Quapropter meritò nos

tenet timor divinæ iræ: Intelligimus enim pressuras, & angustias secundum peccata nostra venire: tantoque magis hæc nos formido conturbat, quod non semel vidimus gregis curæ nostræ commissi mala; ac personare Nobis assidue videntur aures nostræ divinis illis per Hieremiam pronuntiatis vocibus; Frustra percussi filios vestros, & disciplinam non receperunt, iteraverunt vias suas, & malitiæ eorum non sunt consumptæ. Ita ut verendum sit ne aggravet justus Dominus super nos manum suam, & cognoscamus quàm amarum sit eum in iniquitatibus provocare. Quamobrem placemus Dominum in amaritudine animarum nostrarum, & offerentes Deo sacrificium contriti cordis, & spiritus humiliati, amplectamur in jejuniiis, & lacrymis veram poenitentiam, concludamus elemosynam in sinu pauperis, ut hæc pro nobis exoret ad Dominum; ipse enim vitiat facinora in virga, & in flagellis delicta, misericordiam verò suam non dispergit à nobis. Hanc misericordiam ut consequamur, ad tribunal gratiæ cum fiducia adire nos oportet unanimi oratione; memores multum posse apud Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi, Patrem misericordiarum unanimes voluntates, & concordantes preces; Dominum enim dixisse novimus, Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ, omnium Matris & Magistræ more, in præsentibus necessitatibus ad ejusdem Ecclesiæ Thesauri largam dispensationem pro nostro pastoralis officio confugiendum duximus.

§.1. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quàm alibi ubique locorum constitutos auctoritate Apostolica paternè, enixeque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum & adimplendum, & ad pias, ac fervidas ad Altissimum preces effundendum, ut per viscera misericordiæ suæ Ecclesiam si am exaltare, eamque ab hostium conatibus & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem & veram concordiam donare, ac præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire dignetur.

§.2. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam nobis Dominus, meritis licet minimè suffragantibus contulit, Universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui solemnibus processionibus, quas à Capella nostra publica Palatii Apostolici ad Ecclesiam S. Petri in Vaticano feria quarta, & ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris feria sexta præsentis hebdomadæ, unà cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratoribus, omnibusque Prælati, & Proceribus, universoque Clero, & populo agemus, interfuerint, vel qui præsentibus, ut præfertur, vel sequenti hebdomada S. Petri, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesiis, vel illarum alteram saltem semel visitaverint, ibique devotè ut supra, Deum oraverint, ac feria quarta, & sexta, ac Sabbato ejusdem præsentis, vel sequentis hebdomadæ jejunaverint, & peccata sua confessi in primo die Dominico, vel secundo, vel saltem alio dictarum hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reverenter susceperint, & elemosynas ad libitum, prout caritas singulis suggererit, fecerint.

§.3. Cæteris verò omnibus, & singulis Christi fidelibus extra Urbem existentibus, in quibusvis Civitatibus, Terris, & Locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsi deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam hæc nostræ literæ pervenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eisdem designat. saltem semel visitaverint, ibique ut supra Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac sanctissimi

*Hæc præsentibus Christianis ad hoc in laudem assurgendum.*

*Præsentibus processio in die dicta inducitur, & largitur, ut supra præfertur.*

*Extra Urbem vero in quibusvis Civitatibus, Terris, & Locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsi deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam hæc nostræ literæ pervenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eisdem designat. saltem semel visitaverint, ibique ut supra Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac sanctissimi*



ma communione refecti fuerint, & elemosynas simili- ter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium pec- catorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilæi visitan, certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore præsentium concedi- mus, & elargimur.

§.4. Navigantes vero, aut iter agentes, ut cum pri- mum ad sua sese domicilia receperint, supradictis omni- bus peractis, ut supra, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant.

§.5. Regularibus autem personis utriusque sexus in Claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscum- que tam laicis, quam religiosis, sæcularibus, seu regula- ribus in carcere, aut captivitate existentibus, vel ali qua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedi- mento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut Confessarius, quem ut infra elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proxi- mum tempus prorogare possit, eaque inungere, quæ ipsi penitentes efficere poterant, pariter concedimus, & indulgemus.

§.6. Cupientes autem omnes Christi fideles partici- pes fieri hujus pretiosissimi thesauri, Universis, & lin- gulis utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congre- gationis, & Instituti licentiam concedimus, & faculta- tem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam sæcula- rem, quam cujusvis Ordinis regularem ex approbatis a locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommuni- cationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, cri- minibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormi- bus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in Literis die Cænz Domini legi soli- tis contentis, atque alias per quascumque Rom. Pont. prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum te- nores præsentibus haberi volumus pro expressis, quo- documque reservatis in foro conscientie, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

§.7. Et insuper vota quæcumque (Religionis & Cas- titatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commu- tare, inuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio inungendis.

§.8. Quapropter tenore præsentium, in virtute san- ctæ obedientie districtè præcipimus, & mandamus om- nibus, & quibuscumque Ven. Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiasticis Præla- tis, & quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium litera- rum transumpta aut exempla acceperint, illa statim abs- que ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent & publicari faciant, & Cleris, ac populis sibi subjectis solemnes processiones, & sup- plicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitan, designent.

§.9. Non intendimus autem per præsentem super ali- qua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta, dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie.

§.10. Neque etiam iis, qui à Nobis, & Sede Apostoli- ca, vel ab aliquo Prælate, seu Judice Ecclesiastico excom- municati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fue- rint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§.11. Non obstan. constitutionibus, & ordinationi- bus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvere, in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel

diffimiles Jubilæi, Indulgentiarum, & facultatum hujus- modi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut spe- cialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non conceden. indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive institutorum Regularium juramento, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordinibus, & Congre- gationibus atque institutis quomodolibet concessis, ap- probatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas gene- rales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice dumtaxat specialiter nomi- natim, & expressè ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.12. Ut autem præsentem nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deven- niant, volumus ut earumdem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii pub- lici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesia- stica constitutæ munitis ubique locorum & gentium ea- dem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis literis, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incar- nationis Dominicæ MDCXVII. Prædie Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno 13.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1617. in- ditione 14. die vero 12. Junii, Pontificatus Sanctissimi in- briste Patris, & D.N.D. Pauli Divina providentia Papa V. Anno 13. Retroscripta licentia affixe, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Sancti Joannis Lat. raven. ac Cancellaria apol. lic. in aere Campi Floræ, ac alio loco solius Urbis per nos August. Braccierum, & Fam- ulum Bartoccium apost. licos Curf.

Silverius Pont. volus Magister Curf.

Prohibitio quod in actibus publicis asseratur Beatissimam Mariam Virginem in peccato originali fuisse conceptam. C.V.

Ad hac aliam ediderat sanctionem Sixtus IV. in cap. 2. edita An. D. 1471. inter Extravagantes Communes de Reliquis & veneratione Sanctorum, comprobata à Concilio Tri. ent. sess. 5. de Pec- cato originali, in fi. 6. Et alteram Pius V. ut in ejus Con- stitut. 14. Super specula, sup. tom. 2. Et eas innovaverat hic idem Paulus, ut in sua Constitut. 97. Regis, hic sup. Quas omnes postea confirmavit, & dictam Prohibitio- nem extendit, & ampliavit etiam ad alios privatos Gregor. XV. in Constitut. 29. Sanctissimus, hic infra. Quam postea declaravit non comprehendere Fratres S. Do- mnicæ in alia Constit. Eximii, sub d. Constit. Sanctissimus, posita.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S.D.N.D. Paulo Divina providentia Papa V. feria 5. die 31. Augusti, anno à Nativitate D.N. Jesu Christi 1617.

SANCTISS. D. N. Post longam, & maturam discussio- nem, auditis votis Illustrissimorum, & Reveren- tissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam privati- tatem Generalium Inquisitorum, te accuratè, ac dili- genter perpenfa, providè considerans quod quamvis in Constitutione sel. rec. Sixti IV. super Conceptione Beatiss. Virginis Mariæ, pro submovendis inter Christi- fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à San- ctæ Tridentina Synodo innovata, & deinde in alia Con- stitutione sanctæ mem. Pii V. super eadem re, quas simi-

etiam pro

regularibus

et eligi- ficiom cum

præse com- mandandi, pra-

hanc

non- casus

de-

re-

liter Sanctitas tua innovavit cum quibusdam provisionibus, & adjectionibus penarum pro efficaciori earum observatione, & relinquatur unicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi utramque partem, quod scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur.

Causa hujus Conf.

§. 1. Nihilominus ex occasione asseritionis affirmativæ in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & actibus publicis, quod eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato Originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa scandala, jurgia, & dissensiones.

Prohibitio asserendi in actibus publicis B. V. Mariam fuisse conceptam in peccato originali.

§. 2. Propterea volens hujusmodi scandalis ex debito sui muneris providere, decrevit, & præcepit, ac præsentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cujusvis ordinis, & instituti Regularibus, & aliis quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis, cujusvis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, etiam specialis, specificæ, & individua earum esset necessarium mentio faciendæ, ut in posterum, donec articulus hujusmodi à Sancta Sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali.

Impositio penarum in contrasententia.

§. 3. Contrasententia autem eadem Sanctitas sua voluit, & declaravit subjacere debere, & subiecit Censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum Prædecessorum, & sua ipso facto incurtendis.

Permissio opinionis contrariæ.

§. 4. Per hujusmodi tamen provisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus de præfenti reperitur, præterquam quoad supra disposita.

Prohibitio illi in actibus publicis impugnandi.

§. 5. Ulterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quod negativam opinionem, videlicet quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent.

Præservatio ad. Constit. extra has causas actuum publicorum.

§. 6. Insuper voluit, & expressè mandavit, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ, & illæ remaneant, & exactè observentur perinde ac si præfens Decretum non emanasset.

Observantia hujus Conf. & derogatio contrariarum.

§. 7. Et ita decrevit, & mandavit ubique inviolabiliter observari, non obstantibus in hac parte supradictis Constitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus.

Infractio Ordinariis, & Infractio in transgressores etiam exemptos.

§. 8. Volens, & decernens pro observatione, & executione præfentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra hujusmodi transgressores etiam Regulares cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & seculares personas, cujuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, tam Episcopi, & Prælati, Superiores, alique Ordinarii locorum, quàm hæreticæ pravitate ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos severè animadvertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi.

Punitione in vitiis omnes afflicta.

§. 9. Voluit demùm, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quod præfens Decretum, seu illius exempla ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perinde, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Transumptio in publicis.

§. 10. Quodque præfentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præfentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Andreas de Pettinis Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Not.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1617. Indictione 15. die vero 12. mensis Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli Divina providentia Papa V. Anno 13. præfens Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, per me Franciscum de Clericis Sanctissimi D. N. Papa Curf.

Silverius Pontivolas Mag. Curf.

Bulla erectionis, & concessionis Monasterii pro Congregatione Monachorum Silvestrinorum Ordinis Sancti Benedicti in Civitate Auximana, cum approbatione sanctitatis, & miraculorum S. Silvestri Abbatis, fundatoris ejusdem Congregationis.

Istam Congregationem approbasse scito Innocent. I V. sup. Constitut. 5. Religiosam, tom. 1. Ac de electione Prorum nonnulla statuisse Paul. III. ut Constitut. 38. Exposcit, tom. 1. Et denique hunc Pontificem d. Congregationem omnibus privilegiis, & gratiis Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium communitivisse, & ornasse: vide etiam infr. in Constitut. seq. Religiosorum, quam modo posui tanquam hujus Pont. & hic indicatam.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Venerabili Fratri Episcopo Auximano, sive dilecto filio eius Vicario in Spiritualibus Generali: salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sanctorum virorum, qui dum in terris agerent, perfectum, ac pium Altissimo exhibere famulatum, virtutes ac merita non solum in Cælis à Domino æternum consequi præmium meruerunt, verùm etiam in terris ab Ecclesia Catholica quotidie magis, ac magis glorioso laudum præconio celebrari consueverunt.

Proemium Recensio merita, actus, & virtutes hujusmodi Abbatis Monachorum Silvestrinorum.

§. 1. Et inter ceteros Cæli Cives non mediocri laude dignus habetur Sanctus Silvester Cuzolinus, nobilis Auximanus, Congregationis Monachorum Silvestrinorum institutor, quem cum multis virtutibus, & miraculorum insignibus in Ecclesia celebretur, meritò Auximana Civitas Civem suum in Cælis gloriosum, etiam in terris præcipua devotione colere, & venerari, novumque Templum, ac Cænobium ad ejus honorem erigere contendit. Unde Nos considerantes ejus, quantique meriti apud Deum, & homines Sanctus hic abbas extiterit, qui supernæ aspirationem vocationis sequens, & ad propositum sibi bravium infatigabiliter currens, honores Mundi spernens, ac gloriam, asperam Montis Fani incoluit Eremum, ut uni Deo sibi vacaret, & qua postea divino afflatus Spiritu exiens, brevi eos progressus fecit, ut ejus nomine per universum Picenum, & alias Provincias propagato, divini etiam Numinis gloriam amplificaverit. Novimus enim quanto pietatis studio, quantoque cælestis amoris æstu mortales ad omnia pietatis officia excitaverit: quibus virtutibus, humilitate, animi mansuetudine, in proximos charitate, abstinentia, castitate, patientia, aliisque multis floruerit: quæ & quot miracula per eum ille, qui mirabilis est in Sanctis suis, patrauerit, servi sui merita, & sanctitatem signis innumeris attestando. Nam de Sancto hoc viro etiam prophetæ spiritu prædico, illud verè dici poterat, quod de se Christus Dominus prædicabat: Cæci vident, Claudii ambulant, Surdi audiunt, Leprosi mundantur; ut fortasè nihil mirum sit, quod illi Dei Mater Maria sua ipsa manu, novo inauditoque, sed indubitato post hominum memoriam gratiæ genere, Filium suum sub augustissimo Eucharistiæ Sacramento lactentem,

venam porrexit. Quapropter multa illi postea Tempia crecta, & innumera ad ejus sepulchrum voca suspensa sunt, ut non immerito felices recordationis Clemens Papa VIII. predecessor noster, Sanctum hunc virum Martyrologio Romano iusserit adscribi, & Nos in sanctorum Monachorum Abbatum numerum retulimus. Ejus vero memoria usque ad hanc secula in benedictione est, & hereditas sancta Nepotes ejus, eo quod prædictam venerabilem Monachorum Congregationem de suo nomine Silvestrinorum nuncupatam, sub Regula S. Benedicti instituit, per patris memoriam Innocentium Papam I V. etiam predecessorem nostrum approbatam, quam etiam Nos communicatione privilegiorum tam Mendicantium, quam non Mendicantium communivimus, ejus alumni religiosam, ac laudabilem agentes vitam, in agro Dominico operam suam strenue collocant, Christianam pietatem sana doctrina, & virtutum exemplis promoventes.

§. 2. Pia igitur consideratione hujusmodi ad ea libenter intendimus, per quæ fabricarum Ecclesiarum, ac Monasterii in eadem Civitate ad honorem ipsius S. Silvestri noviter erigendi perfectioni, ac personarum in eo sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium, ut bonarum artium, & Theologiæ Studiis vacare possint, commoditati, & utilitati cum divini cultus augmento valeat salubriter provideri.

§. 3. Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Cum itaque postmodum Parochialis Ecclesie S. Andreæ Auxim. per liberam resignationem dilecti filii Joannis Baptistæ Blaxini, nuper ipsius Ecclesie Rectoris, de illa, quam tunc à triennio, & ultra obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos admittam, apud Sedem eandem vacaverit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter Nos hac vice disponere poterit, sive possit, reservatione & decreto obstitentibus supradictis.

§. 5. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Sebastiani Fabrini Generalis, & Maximi de Ubaldis Procuratoris Generalis Monachorum Silvestrinorum hujusmodi petitio continebat, dilecti Filii Communitatis, & homines, ac populus Civitatis Auximane prædictæ, ob maximum pietatis, & devotionis studium, quo S. Silvestrum Abbatem Concivem suum, & Congregationis hujusmodi auctorem, atque institutorem semper prosecuti sunt, diu multumque exoptaverunt eisdem Silvestrinos Monachos intra sua mœnia evocare, atque complecti, & coacti inopia eorum Religiosorum hominum Monachorum, præcipue quorum apud illos nulla extant Monasteria, qui studeant spiritalibus exercitationibus, concionibus, & sermonibus de rebus divinis instituendis, conscientie casibus explanandis, Scripturæ sacræ declarandæ, qui que etiam operam collocent in Philosophiæ, & Theologiæ disciplinis tradendis, ac explicandis. Nemo enim in tanta Civitate est sive Secularium, sive Regularium, qui hujusmodi munia obeant, & qui propterea dies, ac noctes Ecclesie psallendo, Missarum solemniam celebrando, adolescentium animis Christiana Doctrina imbuendis, & tum Confessionum audiendarum, tum etiam Eucharistiæ Sacramentis administrandis, ea qua par est, religione, & diligentia infervant. Unde cum nullus nec capaxior, nec commodior locus existeret, proximum Parochiali Ecclesie prædictæ supradictis Monachis Monasterium à fundamentis extruxerunt, & in eo sex eorundem Monachorum Religiosi sub Prioris regimine, Regularique observantia degentes, maxima cum populi frequentia, ac Religionis progressu omnia supradicta munia peragunt, & proficiunt, aliisque pietatis, & charitatis operibus se exercent, & de cetero exercere, magisque in dies augeri, & ampliari ad Dei omnipotentis gloriam, & animarum salutem desiderant. Verum quia habitationes Monasterii hujusmodi angustæ, & minus capaces sunt, ut ibi prædicti, aliique Monachi eorum numero cupientes aggregati,

recipi possint, plura hoc, & laudabile propositum satis commodè exequi, & adimplere nequeunt, nisi eis aliunde provideatur. Cum apertè, sicut eadem petitio subjungebat, si Parochialis Ecclesia prædicta cum ejus domo rectorali, quæ angustissime existunt, & maxima reparatione indigent, & intra ambitum ipsius Monasterii comprehenduntur, Abbati, seu Priori, & Monachis prædictis, quibus illarum jam usus concessus est, perpetuo concederetur, ac illius cura Parochialis, quæ viginti domorum circiter existit, ad aliam Parochialem Auximanam vicinam, & tibi bene visam transferretur, ac alia quæ sequuntur fierent, ex hoc profectò dictorum Monachorum commoditatibus in tota, & laudabilibus operibus exercendis, illorumque hujusmodi Congregationis augmento, & stabilimento, cum Dei laude, & servitio plurimum consulere, pro parte Sebastiani Generalis, & Maximi prædictorum asserentium, dictum Joan. Baptistam Ecclesiam Parochialem hujusmodi à triennio, & ultra obtinuisse, ut præfatur, & aliunde cum infra scriptis commodè vivere valere; fructus vero, redditus, & proventus ejusdem Parochialis Ecclesie viginti quatuor ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annuum non excedere. Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsius Parochialis Ecclesie decoret, & divini cultus in ea incremento, instituti que regularis ipsius Congregationis propagationi opportuna ratione consulere, ac aliis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 6. Nos igitur certam de præmissis notitiam non habentes, ipsosque Sebastianum Generalem, & Maximum, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi, ac Communitatis, & hominum, ac populi prædictorum supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ Frater Episcopo, seu discretioni tuæ fili Vicari per Apostolica scripta mandamus, quatenus constitito prius tibi de præmissis, in Parochiali Ecclesia prædicta, sive præmissis, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque personæ, seu per similem, vel aliam, vel liberam resignationem dicti Joan. Baptistæ, vel cujusvis alterius de illa in Romana curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem recolendæ memoriæ Joannis Papæ XXII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis; vel assequutionem alterius beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati, vacet; etiam si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis Statuta Concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque Parochialis Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliis generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo ejus dispositio ad Nos hac vice pertineat, nomen, titulum & denominationem Rectoris perpetuò dicta auctoritate nostra supptimas, & extinguas.

§. 7. Illisque sic suppressis, & extinctis, & ad hoc ut Ecclesie, illiusque domus Rectoralis usus perpetuò Abbati, seu Priori, & Conventui Monasterii hujusmodi liber omnino, & absolutus remaneat, ab ipsa Ecclesia S. Andreæ omnem curam animarum dilectorum filiorum illius Parochianorum nunc, & pro tempore existentium, illiusque exercitium, & usum, etiam perpetuò eadem auctoritate nostra abdicet, & separet, necnon curam, & exercitium hujusmodi ad aliam Parochialem Ecclesiam Auximanam vicinam, & opportunam, ac tibi benevisam, accedente tamen dilectorum filiorum illius Rectoris, & Parochianorum consensu, ita ut illi, & ejus Rectori pro tempore existenti de cetero subsint, & dictus Joan. Baptista ex nunc ab ipsius Ecclesie S. Andreæ servitio, & residentia apud eam faciendâ, ac omnibus, & singulis functionibus, officiis, exercitiis, oneribus, & obligationibus Parochialibus tuta conscientia liber atque expensus censeatur, similiter perpetuò prædicta auctoritate nostra transferat; ac eidem Ecclesie, ad quam prædicta curâ transferri contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam cura prædicta transferat

Pauli Confessio

Pauli Confessio

Pauli Confessio

Pauli Confessio

Pauli Confessio

Pauli Confessio

Pauli Confessio

translata fuerit, omnia, & singula emolumenta incerta ex...

Emolumenta sine cura predicta...

§. 8. Ecclesiam vero S. Andreae sine cura remanentem...

Verumque beneficium...

§. 9. Praeterea in praedicta S. Andreae, seu alia Ecclesia...

Pro eius dote...

§. 10. Illique sic erecto, & instituto pro eius dote...

Et huiusmodi...

§. 11. Et nihilominus beneficium praedictum, cuius...

In contrarium...

§. 12. Non obstantibus praemissis, & nostra de expri...

dictam, tam beneficii uniendo, quam illius, cui sit unio...

§. 13. Nos enim quoad resignationem, prout est, si at...

Datum Tusculi Anno Incarnationis Dominicae 1617...

Sequitur extensio cuiuscumque gratia, & privilegii Ordinum...

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Religiosorum virorum Altissimo famulantium profes...

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Jacobus Mercatus...

§. 2. Nos igitur Congregationem Silvestrinorum praedi...

Causa...

Proximis...

Causa...

Communitas...

roles, ac tam conjunctim, quam divisim, & alias quomodolibet quibusvis Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum Congregationibus, ac tam virorum, quam mulierum Monasteriis, domibus, & regularibus locis in quibuscumque Mundi partibus constitutis, illorumque Superioribus, Fratribus, Monachis, personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros hujusmodi, ac Nos, & Sedem eandem, & per viam communicationis, vel extensionis, aut aliis concessa, ac quibus singula Congregationes prædictæ, earumque Monasteria, domus, & loca, ac Superiores, Fratres, & Monachi, & personæ hujusmodi de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, aut concessione Apostolica, vel alia quavis auctoritate, aut aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum (quatenus sint in usu) & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris canonibus, & Concilii Tridentini decretis, seu particularibus Constitutionibus ejusdem Congregationis Silvestrinorum non contrarietur) ad prædictam Silvestrinorum Congregationem, ita ut illa, ejusque tam virorum, quam mulierum hospitalia, Conventus, seu regulares domus, illarumque Priores, Superiores, Officialis, Fratres, Ministri, & aliæ personæ nunc, & pro tempore existentes, præmissis omnibus, & singulis æquè, & æquiformiter, & sine ulla proferenda differentia uti, frui, potiri & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, ac si illa dictæ Silvestrinorum Congregationis, illiusque Monasteriis, Hospitalibus, Conventibus, & domibus regularibus, ac Superioribus, Officialibus, Fratribus, Ministris, & aliis personis prædictis specialiter, & expressè, ac principaliter, non autem ad instar, concessa; ac præsentibus de verbo ad verbum inserta fuissent, auctoritate, & tenore prædictis perpetuè extendimus, illaque omnia, & singula dictæ Silvestrinorum Congregationis, illiusque Monasteriis, Hospitalibus, Conventibus, ac regularibus domibus, necnon Prioribus, Superioribus, Officialibus, Fratribus, Ministris, & personis prædictis quibuscumque (exceptis tamen Privilegiis Monachorum S. Benedicti, per quæ eidem Ordini indulgentiæ conceduntur, ac etiam excepta facultate eligendi, & deputandi Conservatores Religionis, & Monachorum) communicamus.

§. 3. Decernentes licet, & non aliter, per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca dilecto filio moderno & pro tempore existenti dictæ Silvestrinorum Congregationis Protectori per præsentem committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicans, ac dictæ Silvestrinorum Congregationis Monachis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra præsentem, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos, quos ipsæ literæ concernunt, illis pacificè frui, & gaudere, non permittens eos, vel eorum aliquem desuper contra præsentium tenorem per quoscumque etiam locorum Ordinarios, quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri: Contradiatores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, ac facti remedia, appellatione postposita compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in provincialibus, & in synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum, Congregationum, Monasteriorum, & Regularium domorum, & c. juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis

derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan. & aliis decretis, in genere vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, ac insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dictæ Silvestrinorum Congregationis, vel illius Protectoris ob signatis eadem proferat fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Novembris MDCVI. Pont. nostri anno 1.

*Vide illa transumptis*

*Dat. P. A. N. 23. Novembris*

**Quod Fratres Capuccini Ordinis Minorum S. Francisci in publicis processionibus ubique locorum Crucem propriam deferre possint.**

**CVII**

*Horum Fratrum Institutionis approbationem edidit Clemens VII. in sua Const. 21. Religionis, sup. tom. 1. ubi de eorum materia plenè notatum est. Et prohibuit onem deferendi ipsorum habitum, vel consimilem, edidit Gregor. XV. ut inf. in ejus Const. 15. Ex injuncto, ubi aliam similem Greg. XIII. Const. habet insertam. Quod verò isti fratres sint verè Fratres Minores ex Ordine S. Francisci, de. l. r. verunt istemet Paul. in Const. 54. Ecclesia, hic sup. & S. D. N. Urb. VIII. in Const. 68. Salvatoris, hic inf. ubi notabo.*

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

*Edict. An. D. 1817.*

Pastoralis officii, quo divina dispensatione, nullo nostro merito fungimur, ratio postulat, ut Religiosorum, maxime strictioris Observantiæ, paci, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, opportuè consulamus.

*Provisionem*

§. 1. Cùm itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum huncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, nonnullæ rixæ & dissensiones inter Fratres d. Ordinis, & dilectos etiam filios Fratres Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, dum primordii Fratres in processionibus publicis sub eorundem Fratrum Minorum Conventualium Cruce incedunt, interdum oriuntur.

*Causa hujusmodi*

§. 2. Nos omnem tixarum, & dissensionum prædictarum materiam submovere volentes, dilectosque Fratres Minores Capuccinos nuncupatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatz existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter potestatis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. negotiis Regularium præpositorum consilio, eisdem Fratribus Minoribus Capuccinis nuncupatis, quod ubique locorum in publicis Processionibus hujusmodi, Crucem propriam ad formam constitutionis fel. rec. Gregorii Papæ XIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Expositis Pastoralis officii, & c. deferre possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

*Indultum hunc Fratrum deservit Crucem propriam in processione*

*Ita Gregor. XIII. in Bull. 48. sup. tom. 2. Bullar.*

§. 3. Decernentes præsentem literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Decretum istud*

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon utriusque Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate

*Clarus fuit de regis*

*na refri-*

*na re-*

*na refri-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*

*na su-*



tempore in toto statu Ecclesiastico existentibus, & eorum cuilibet, ut declarationem, extensionem, decretum, inhibitionem, præceptum, mandatum, statutum, & ordinationem nostram hujusmodi in eodem statu Ecclesiastico ab omnibus ad quos spectat, & spectabit, perpetuo observari mandent, & faciant: Contradictores quoscumque opportunis juris, & facti remediis, appellatione postposita, compescendo.

§. 10. Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ præfati Sixtus, & Clemens prædecessores in suis literis præfatis voluerunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut præfentes, postquam in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon in acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tam præfentes, quam absentes, & ubicumque etiam extra statum nostrum Ecclesiasticum existentes, perinde obligent, & ardeant, ac si unicuique eorum nominatim intimatæ fuissent.

§. 12. Ac etiam volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, & extra habeatur, quæ ipsismet præfentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum confirmationis, innovationis, declarationis, extensionis, decretorum, inhibitionis, præcepti, mandatorum, voluntatum, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnat. Domin. 1617. xii. Kal. Decemb. Pont. nostri anno 13.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1617. Indictione 15. die vero 29. mensis Decembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. Nostri D. Pauli Divina providentia Papa V. Anno ejus decimotercio, supra dicta litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Ioan. Lateranensis, & S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ, per nos Augustinum Bracherium, & Pompilium Corsetum Apostolicos Cursores. Silverius Pontivulus Mag. Cursor.

CIX. Confirmatio Statutorum, seu Capitulorum Confraternitatis Coquorum, ac Pasticeriorum sub invocatione Annunciationis beatissimæ Mariæ Virginis in Ecclesia sanctorum Vincentii, & Anastasii de Vrbe.

De forma aggregandi Confraternitates habes sup. in Clem. VIII. const. 115. Quicunque, hic sup.

PAVLVS PAPA V. Ad futuram rei memoriam.

Plas Christi fidelium Confraternitates ad pietatis, & Christianæ charitatis opera exercen. canonicè institutas, ut in eorundem piorum operum exercitio confoveantur, specialibus gratiis libenter prosequimur, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Officialium, ac Confratrum Confraternitatis Coquorum, ac Pasticeriorum nuncupatæ, sub invocatione Annunciationis B. Mariæ Virginis in Ecclesia SS. Vincentii, & Anastasii Regionis Arenulæ de Vrbe canonicè institutæ, Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi pro felici, prosperaque Confraternitatis hujusmodi directione nonnulla statuta condiderunt, illaque in unum volumen compilata, à dilecto filio nostro in Vrbe Vicario in Spiritualibus Generali approbati, & confirmari obtinuerunt, tenoris subsequen. videlicet:

Capitoli della Venerabile Compagnia de Cocchi, à Pasticcieri di Roma.

Omittitur tenor Statutorum, quia poterit repetire apud ipsos Confratres.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subijungebat, Bullar. Mag. Tom. III.

Officiales, & Confratres prædicti statuta hujusmodi pro firmioribus eorum subsistentia, ac validitate Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri plurimum desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis in præmissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Officiales, & Confratres prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, statuta prædicta Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Ipsaque statuta in eadem Confraternitate à modernis, & pro tempore existentibus illius Confratribus perpetuo observari debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scilicet, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Decembris 1617. Pont. nostri anno 13.

Cum clausula perpetuo observari debere, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scilicet, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Et derogatione contrariarum. D. P. An. 13. die 10. Dec.

Extensio Indulti recitandi Officium beati Philippi Beniti Florentini, Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Professoris, pro Regularibus, & secularibus civitatis Tudertinæ.

Hunc Philippum pro Beato venerari, ac ejus festum sub dupli Officio die 23. Augusti quotannis celebrari posse concesserat Fratribus d. Ordinis Leo X. ut const. seq. Et postea Lætilios proprias in Matutinis diei festi d. Beati recitandas approbavit iste Paulus hic in consil. seq. Eximia. Ad deinde hujusmodi concessionem ampliavit, & extendit ad omnes tam Regulares, quam seculares personas Civitatis Florentinæ, ut in consil. subseq. Domini nostri. Quas omnes concessit, hic posui, tum quia opportunas censui, tum quia nondum antea reperiri potuerunt.

PAVLVS PAPA V. Edita An. D. 1618. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Domini Nostri Jesu Christi, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto Nobis pastoralis officii debito libenter procuramus, ut eorundem servorum Christi honos, & veneratio in terris promoveatur; ideoque fidelium votis, quæ peculiarem erga illos cultum respiciunt, favorabiliter annuimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Sanè nomine dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis nostræ Tudertin. ac Aurelii Raphaëlis Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Procuratoris generalis, Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ex singulari, quem erga B. Philippum Benitium ejusdem Ordinis Professore gerunt, devotionis affectu, ac al. ad ad augendam fidelium erga illum devotionem, Officium de eodem B. Philippo aliàs à Nobis per nostras in simili forma Brevis, sub die 12. Octobris 1606. expeditas litteras approbatum, in prædicta Civitate, ut infra recitari posse summo perè desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut de opportuna sibi in præmissis licentia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur piis Communitatis, & hominum, necnon Aurelii Raphaëlis Procuratoris votis hujusmodi annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet

Exordium

Insisterunt insuper etiam in illis, & Ord. do Servor. B. Mariæ. Tunc de pro licentia recitandi officium us d. B. Philippo in Civitate Tudertinæ ubi est eorum parochia, & c.

Quam ipse Pont. concessit fr. oratoribus regularibus & secularibus.

publicatio Bullar. & c.

publicatio Bullar. & c.

publicatio Bullar. & c.

publicatio Bullar. & c.

publicatio Bullar. & c.

publicatio Bullar. & c.

publicatio Bullar. & c.

Narratur ad ab ista. Infrascripta nonnulla statuta in felici sp. directione, & c.

publicatio Bullar. & c.

libet inmoderate existunt, ad effectum presentium duntaxat consequen. harum serie absolvent. & absolutas fore censent, huiusmodi supplicationibus inclinati de Ven. Fr. nostrorum S.R.E. Card. Sacris Ritibus prepositorum consilio, ut in Civitate predicta tantum, ubi eiusdem B. Philippi corpus, ut asseritur, asservatur, Officium de d. B. Philippo per Nos ut premititur, approbatum, ab omnibus tam secularibus, quam regularibus personis publicè privatimque in die eius obdormitionis in Domino recitari libere, & licite valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam, & facultatem perpetuè concedimus, & impartimur.

Quibus tenore non obstantibus. Dat. P. A. 14. die 14. Octob.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 14. Octobris 1516. Pont. nostri anno 14.

Sequitur Indulgentiam, quod Fratres Ordinis Servorum B. Mariæ Virginis pro Beato venerari possunt Philippum Benitium d. Ordinis olim professorem, & eiusque festum die 23. Augusti sub duplici officio quotannis celebrare.

Edita An. D. 1616.

LEO PAPA X. Dilectis filiis Priori generali, & Fratribus Ordinis B. Mariæ Servorum, sub Regula S. Augustini, salutem & Apostolicam benedictionem.

B. Philippus Benit. Fr. Ord. Serv. B. Mariæ, ante, & post obitum miraculis laurii.

Exposuit Nobis nuper dilectus filius noster Antonius tit. S. Praxedis presbyter Card. Ordinis vestri Protector, ex parte vestra, quod tempore quo institutus fuit Ordo vester Fratrum B. Mariæ Servorum sub regula S. Augustini, B. Philippus patria Florentinus, ex gente Benitia, trans Arnum, tunc Prior generalis eiusdem Ordinis, velut gemma rutilans, doctrina, humilitate, moribus, jejuniis, abstinentia, plurimisque miraculis Ordinem ipsum illustravit, tam eo in humanis agente, quam etiam vita functo, ob plurima miracula, quæ (ut creditur) intercessione ipsius B. Philippi pluribus in locis operatus est Altissimus, & præsertim Tuderis, ubi eius corpus summa cum veneratione quiescit, & pro Beato habitus est, & ad præsens habetur & colitur.

Id. o. supplic. hinc Pont. ut O. lo in suis B. cl. possit esse officia celebrare tanquam Beati.

§. 1. Et propterea pro devotionis affectu summo prope desideratis, instanterque efflagitatis, in vestris Ecclesiis, & Oratoriis utriusque sexus d. Philippum pro Beato, ac Deo dilecto orationibus, & officiis, ac Missarum celebrationibus tam publicè, quam privatè venerari, ac preces effundere, ut apud Deum pro vobis intercedere dignetur.

Ac in die obitus eius, & festi eius, celebrare.

§. 2. Ac etiam, quod in die obitus d. B. Philippi liceat vobis à primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusivè per omnes ecclesias, & monasteria, seu domos Fratrum, & Monialium d. Ordinis vestri, ipsi B. Philippo festum duplex cum campanis, & luminibus, & aliis ceremoniis, in festo duplici fieri solitis, celebrare, seu celebrari facere posse, absque superstitione, seu quasi idololatriæ nota.

Hic festum in die 23. Augusti, ut more declaratur.

§. 3. Quare idem Cardinalis, qui ut præfertur Ordinis vestri Protector existit, & de præmissis ex mandato nostro ad plenum se informavit, & Nobis retulit, ac humiliter supplicavit, ut vestro pio desiderio annuere dignaremur. Nos itaque eiusdem Antonii Card. & vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis ut donec ad canonizationem ipsius Philippi deventum fuerit, cui ad præsens diversis arduis negotiis præpediti vacare non possumus, in quibuscumque ecclesiis, domibus, monasteriis, Monialium Oratoriis utriusque sexus, totius Ordinis vestri tantum, tam in Italia, quam extra, in quibuscumque locis consistentibus, liceat vobis absque aliqua superstitionis vel quasi idololatriæ nota, ac conscientie scrupulo venerari, & in ecclesiis domorum ad eundem Philippum, ut pro vobis apud Deum intercessor existat, in orationibus, & officiis, ac Missarum solemnibus, preces tam publicè quam privatè, seu secretè fundere, vosque ipsius orationibus commendare; ac etiam quod à primis Vesperis ad secundas Vesperas inclusivè diei ipsius Philippi obitus, qui erit dies 23. mensis Augusti, sub duplici festo Confessoris, cum Candelis, Campanis, Antiphonis, Versiculis, Orationibus, ceterisque ceremoniis in festo duplici fieri solitis adhibitis celebrare possitis,

Quinimo Paulus V. laus in hoc diebus, ac incantum est sup. in rubr.

& valeatis, auctoritate Apostolica tenore presentium de specialis dono gratie concedimus.

§. 4. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim fel. record. Alexandri Tertii, & Innocentii Tertii prædecessorum nostrorum, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 5. Et quoniam difficile foret, præsentibus literas ad diversas Mundi partes transmittere, volumus, & earundem presentium tenore decernimus, quod illarum transumptis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo Protectoris dicti Ordinis, aut Prioris generalis eiusdem munitis ea prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si exhibite forent, vel ostense.

§. 6. Volumus autem, quod per præmissa præfatus Philippus in Catalogo Sanctorum annumeratus, & canonizatus publicè minimè censeatur.

Datum Florentiæ sub annulo Piscatoris die 34. Januarii 1516. Pont. nostri anno tertio.

Sequitur amplificatio d. Indulgentiæ, scilicet quod lectiones proprias d. B. in Matutinis recitari possit, & concessio solemniter officium de ipsa B. Virgine celebrandi singulis diebus Sabbati non impeditis.

PAVLVS PAPA V.

Dilectis filiis Priori generali, ac Fratribus Ordinis Servorum B. Mariæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Eximia Ordinis vestri in Deum pietas, & singularis devotio, quam in primis erga Beatissimam Virginem, cuius obsequiis ex prædicti vestri Ordinis instituto præcipuè obstricti estis, deinde erga beatum Philippum, qui eiusdem Ordinis, dum vixit, Prior extitit generalis, & illum, qua fuit vitæ sanctitate, suo nomine illustrat, ac decorat, vos gerere accipimus, ac Venerabilis fratris nostri Hieronymi Episcopi Alban. Cardinalis Asculani nuncupati, d. Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris preces, ac merita iuste postulant, ut in his quæ ad ipsius Beatissimæ Virginis venerationem augendam, & ad Beati quoque Philippi memoriam in vestro Ordine honorificentius recolendam pertinent, piis votis vestris libenter annuamus.

§. 1. Cum itaque vobis fel. record. Leo Papa Decimus prædecessor noster, eundem beatum Philippum honorare studens, duplex de eodem officium vos agere voluerit: Nos eundem beatum Virum amplius honorificare cupientes, supplicationibus vestro nomine per dictum Hieronymum Episcopum, & Cardinalem Nobis humiliter porrectis inclinati.

§. 2. Vobis, ut in quibuscumque vestri Ordinis ecclesiis in Matutinis, Officii quod de beato Philippo ex indulto dicti Leonis prædecessoris recitari soletis, lectiones proprias infra scriptas, ex vita ipsius beati Philippi per approbatos Auctores descriptas, desumptas, ac iussu nostro per Venerabilem Fratrem Hieronymum prædictum Asculanum, ac dilectos filios nostros Cæsarem Baronium, Robertum Bellarminum, & Hieronymum Pamphilium nuncupatos, S.R.E. Cardinales examinatas, & approbatas recitare libere, & licite possitis, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Ac præterea quoniam, ut dictæ preces pariter continebant, Officium Beatissimæ Virginis ex antiquo vestri Ordinis more, usque ad reformationem Breviarium fel. record. Pii Papæ Quinti prædecessoris nostri iussu factam, recitare consuevitis, & eandem laudabilè consuetudinem renovare desideratis, religiosis desideriis vestris huiusmodi annuentes, ut diebus Sabbati, aliquo festo duplici, aut vigilia de præcepto non impeditis, & exceptis Sabbatis Adventus, & Quadragesimæ, Officium solemne cum novem lectionibus de beatissima Virgine agere, & illud agendo, divini Officii obligationi satisfacere, perinde ac si Officium Sabbati ageretur, similiter libere, & licite valeatis, auctoritate, & tenore prædictis pariter concedimus, & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac novi Breviarii Romani editione, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis, manu Prioris, seu Vicarii generalis, ac sigillo vestri Ord. obliqua

Contra d. v. g.

Exempli...

Declinatio...

Edita An. D. 1606.

Exordium...

Leo X....

Prote in...

Quibus...

Exempli...



Obsequiis eadem fides, que ipsi presentibus habere-  
tur, & hinc libere habeatur.

Dat. Romæ apud S. Marcam, die 12. Octobris 1606.  
Anno secundo.

Sequitur extensio prædicti Indulti recitandi Officium de  
dillo Beato, ad omnes tam Regulares, quam seculares in  
Civitate Florentina.

PAVLVS EPISCOPVS,  
Servus Servorum Dei.

Domini Nostri Jesu Christi, qui servos suos æternæ  
gloriæ præmio donat in Cœlis, vices quamquam  
immeriti gerentes in terris, ex injuncto Nobis pastoralis  
officii debito, ut eorundem servorum Christi honos, &  
veneratio promoveatur, libenter procuramus, & Christi  
fidelium votis, quæ peculiarem erga illos cultum respi-  
ciunt, libenter annuimus, ut conspiciamus salubriter in  
Domino expedire.

§. 1. Sanè nomine dilecti filii Aurelii Raphaëlis Ordinis  
Servorum Beate Mariæ Procuratoris generalis,  
Nobis nuper expositum fuit, quod altis fel. record. Leo  
Papa Decimus prædecessor noster Fratris Ordinis præ-  
fati infulsit, ut in omnibus d. Ordinis Ecclesiis Officium  
de B. Philippo Benitio Florentino, olim d. Ordinis pro-  
fessore, in die ejus obdormitionis in Domino celebrare  
possent, & valerent, prout in dicti Leonis prædecessoris  
desuper expeditis in simili forma Brevis literis plenius  
continetur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat,  
bon. mem. Ferdinandus, dum vixit, desideravit, ac dilectus  
filius nobis vir Cosmus Hetruriz sibi subjectæ Magni  
Duces, ac dilectæ in Christo filiz nobis mulieris Chri-  
sterna dicti Fernandi vidua relicta, ipsiusque Cosmi ma-  
ter, ac Maria Magdalena Archiducissa Austriæ, ejusdem  
Cosmi uxor, necnon Ven. frater Alexander Archiepis-  
copus Florentinus plurimum cupiant, indultum hujus-  
modi ad alias omnes tam regulares, quam seculares per-  
sonas Ecclesiasticas civitatis Florentinæ, in qua d. Beatus  
Philippus natus & educatus fuit, extendi, ac diem  
festum celebrari posse.

§. 3. Nos pium Cosmi Magni Ducis, & Christernæ  
Magnæ Ducissæ viduæ, ac Mariæ Magdalenz Archidu-  
cissæ, necnon Alexandri Archiepiscopi præfatorum deside-  
rierum plurimum in Domino commendantes, supplica-  
tionibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis incli-  
nati, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium  
Sacris Ritibus Præpositorum consilio, omnibus & singulis  
Ecclesiasticis personis, tam secularibus, quam regulari-  
bus, ut in die obdormitionis in Domino d. B. Philippi,  
qui ut asseritur, est 23. mensis Augusti, ejus festum cele-  
brare, & officium de d. Philippo sub ritu simplici, juxta  
formam, & rubricas Breviarii Romani in civitate Flo-  
rentina præfata tantum peragi liberè, & licitè possint, &  
valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium licen-  
tiam, & facultatem perpetuè concedimus, & impartimur.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-  
nibus Apostolicis, ac d. Ordinis etiam juramento, con-  
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis  
statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis  
quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Pis-  
catoris, die ultima Julii 1616. Pont. nostri anno 11.

Beatificatio Paschalis Baylon ex Discalceatis  
Ordinis Minorum Regularis Observantiæ,  
Provinciæ S. Joan. Bapt. Regni Valentiz. Cum  
indulto recitandi Officium, & celebrandi Mis-  
sam pro Fratribus hujus Ordinis in Regno  
Valentiz prædicto, ac in Oppido Villæ Rega-  
lis ejusdem Regni, ubi ejus Corpus requiescit.

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris  
suffragantibus meritis, à Domino constituti, piis fide-  
lium votis, quibus virtutum Dominus in servis suis ho-  
Bullar. Mag. Tom. 111.

nificatur, libenter annuimus, eaque favoribus profer-  
nimur opportunis.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ministri ge-  
neralis, & aliorum Superiorum, necnon Fratrum Ordinis  
Minorum S. Francisci de Observantia Discalceato-  
rum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod  
bon. mem. Paschalis Baylon, ejusdem Ordinis dum vixit  
professor, multis & eximiiis virtutum, gratiarum, ac mi-  
raculorum donis à Domino illustratus fuit: quapropter  
non solum universus Ordo prædictus, sed etiam charis-  
simus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum  
Rex Catholicus, ac dilecti filii Nostri Franciscus S. R. E.  
Cardinalis Lermæ nuncupatus, necnon totius Regni Val-  
entiz Proceres Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut  
donec Canonizationis honorem, quem dicto Paschali  
Baylon ob ejus excellentia merita aliquando divina ad-  
spirante gratia, habitum iri sperant, ab Apostolica Sede  
impetrent, idem Paschalis Baylon Beatus vocari, ac de  
eodem Officium, & Missa, ut infra recitari possit.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres No-  
stros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos, qui-  
bus eam examinan. mandavimus, maturè discussa, de eo-  
rundem Cardinalium consilio hujusmodi supplicationi-  
bus inclinati: Ut ipse bon. mem. Paschalis Baylon in  
posterum Beatus nuncupari, atque de eo singulis annis  
die X VII. Maii, quo obdormivit in Domino, à Fratri-  
bus ejusdem Ordinis in Regno Valentiz commorantibus  
tanquam de Confessore non Pontifice, juxta Rubricas  
Breviarii, & Missalis Romani Officium recitari, & Missa  
celebrari, necnon in Ecclesia Fratrum ejusdem Ordinis  
Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentiz exi-  
stentis, ubi ejus corpus requiescere asseritur, ab omnibus  
presbyteris, tam secularibus, quam regularibus Missa, ut  
supra similiter celebrari liberè, & licitè possit, & valeat,  
Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus,  
& indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-  
nibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis  
etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-  
vis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,  
ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo  
Piscatoris, die 29. Octob. 1618. Pontificatus Nostri  
anno decimoquarto.

Sequitur extensio concessionis præferti Indulti pro universis  
Religiosis utriusque sexus ejusdem Ordinis in Hispania  
Regnis utriusque Corona Castella, & Aragonia: & pro  
cuncto Clero in Oppidis, ubi dicti Beati corpus requiescit,  
& natus fuit.

PAVLVS PAPA V.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Alis pro parte dilectorum filiorum Ministri Gene-  
ralis, & aliorum Superiorum, necnon Fratrum Ordinis  
Minorum S. Francisci de Observantia Discalceato-  
rum nuncupatorum, Nobis exposito, quod bon. mem.  
Paschalis Baylon ejusdem Ordinis, dum vixit, professor,  
multis, & eximiiis virtutum, gratiarum, & miraculorum  
donis à Domino illustratus fuerat, & idcirco non solum  
universus Ordo prædictus, sed etiam charissimus in Chri-  
sto filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholi-  
cus, ac dilecti filii nostri Franciscus S. R. E. Cardinalis  
Lermæ nuncupatus, necnon totius Regni Valentiz Pro-  
ceres Nobis humiliter supplicari fecerant, ut donec Ca-  
nonizationis honorem ( quem dicto Paschali Baylon ob  
ejus excellentia merita aliquando divina adspirante gra-  
tia, habitum iri sperabant ) ab Apostolica Sede impetra-  
rent, idem Paschalis Baylon Beatus vocari, ac de eodem  
Officium, & Missa recitari possit: Nos te prius per Ve-  
nerabiles Fratres nostros ejusdem S. R. E. Cardinales Sa-  
cris Ritibus Præpositos, quibus eam examinan. mandave-  
ramus, maturè discussa, de eorundem Cardinalium con-  
silio hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse bon.  
mem. Paschalis Baylon in posterum Beatus nuncupari,  
atque de eo singulis annis die 17. Maii, quo obdormivit  
in Domino, à Fratribus ejusdem Ordinis in Regno Va-  
lentiz commorantibus, tanquam de Confessore non  
Pontifi

Inflantia fa-  
da Pont. pro  
hujus viti  
Beatificati.

Qui declarat  
ex voto S. Ri-  
tum Congre-  
quod ipse Pas-  
chalis de qua  
tero Beatus  
possit nomen  
pari, ac die 17.  
Maii ab om-  
nibus sui Or-  
dinis in Reg-  
no Valentiz  
in Regni Va-  
lentiz Missa,  
& Officium ce-  
lebrari, & in  
Ecc. Oppidi  
Villæ Regalis  
Missæ à Pres-  
byteris cele-  
brari similiter  
possit.

D. P. An. 14.  
die 29. Oct.

Edicta An. D.  
1618.

Referunt te-  
nor præferti  
ta consti. ac  
indulto, &  
recitandi Offi-  
cium  
& Missam  
celebrandi.

In X. Ord.  
Servorum  
Beate Mariæ  
Procuratoris  
generalis, quod in  
indulto d.  
Ordinis Eccle-  
siasticis  
Officium  
de B. Philippo  
Benitio Florentino  
in die ejus obdormi-  
tionis in Domino  
celebrare  
possent, & valerent,  
prout in die  
Leonis prædecessoris  
desuper expeditis  
in simili forma  
Brevis literis  
plenius continetur.

D. P. An. 11.  
die 31. Julii.

Edicta A. D.  
1618.

Recitatio.

Pontifice, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani Officium recitari, Missa celebrari, necnon in Ecclesia Fratrum ejusdem Ordinis Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentie existentis, ab omnibus Presbyteris, tam secularibus, quam regularibus Missa, ut supra similiter celebrari liberè, & licitè possit, & valerit, Apostolica auctoritate concessimus, & indulgimus, prout in aliis Nostri in simili forma Brevis, sub die 29. Octobris anni 1618. expeditis literis, quatum tenorem præsentibus pro expresse haberi volumus, plenius continetur.

Quod modo supplicatur Pont. ut excedere dignetur, ut hic.

§. 2. Cum autem, sicut dictus Philippus Rex, ac dilecti filii Minister Generalis, necnon alii Superiores, & Fratres ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga ipsum Beatum Paschalem gerunt, devotionis affectu plurimum cupiant concessionem, & indultum, ac desuper confectas literas hujusmodi ad universum Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia hujusmodi, ac etiam ad prædictam Villæ Regalis, ubi ejusdem Beati Paschalis corpus requiescere, necnon Turris Formosæ Seguntinæ diocesis, unde idem Beatus Paschalis oriundus esse asseritur, respectivè Oppidi per Nos, ut infra, extendi: Nobis idcirco humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis in præmissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui illud extendit.

§. 3. Nos igitur de eorumdem Cardinalium consilio posterioribus hujusmodi supplicationibus inclinati, concessionem, & indultum, ac desuper confectas literas hujusmodi ad omnes utriusque sexus Religiosos dicti Ordinis Minorum Regularis observantia in Regnis Castellæ, & Aragoniæ commorantes auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus: Necnon ut in Villæ Regalis, ubi ejusdem beati Paschalis Corpus requiescere, ac Turris Formosæ, ubi idem beatus Paschalis, ut præfertur, natus, & educatus esse asseritur, Oppidis prædictis, ab omnibus utriusque sexus Regularibus, ac etiam Presbyteris, & Clericis secularibus, de eodem beato Paschale juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani hujusmodi, de communi Confessoris non Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectivè valeat, auctoritate, & tenore prædictis concedimus pariter, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ac transumptis solum mandas.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 10. Febr. 1620. Pont. nostri anno 15.

C X II. De Magistrorum Cæremoniarum, aliorumque Officialium S. R. E. Cardinalium Collegii Emolumentis, & Privilegiis.

Hujusmodi Emolumenta pro mercede provenienda ex Creatione, & Obitu d. Cardinalium assignasse scio Pium IV. cujus constitutionem modo reperi, & quia est opportuna, hic subsequenter posui.

Elita A. D. 1619.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Fides, & diligentia Magistrorum Cæremoniarum, ac Clericorum, & Officialium Sacri venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegii, eorumque assidui labores in rebus, & negotiis ejusdem Sacri Collegii procurandis, eorumque præsertim, qui nunc in officio sunt, à Nobis merito requirunt, ut eorum jura & privilegia, quibus ex antiqua, & approbata consuetudine potiuntur, & gaudent, nostro patrocinio benignè tueamur.

Recente summa in pecuniarum à S. R. E. Ca. ad solvendum Magistri Cæremoniarum, Secretarius, Clericus, & Computista, in eorumque obitu eorundem.

§. 1. Sanè cum dilecti filii Magistri nostri Cæremoniarum centum, Secretarius verò, ac Clericus, & Computista ejusdem Collegii Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, septuagintaquinque ducatos auri de Camera à singulis Cardinalibus in promotionibus eorum ad Cardinalatus honorem, quinquaginta videlicet

pro quolibet Magistrorum Cæremoniarum hujusmodi, ac viginti quinque pro quolibet aliorum trium Officialium, seu Ministrorum præfatorum, in obitu autem ipsorum Cardinalium eidem Magistri Cæremoniarum quinquaginta, Secretarius verò, ac Clericus, & Computista præfati similiter septuagintaquinque ducatos hujusmodi, videlicet viginti quinque pro quolibet Magistrorum Cæremoniarum, ac pariter viginti quinque pro quolibet eorundem trium Officialium, seu Ministrorum ab ipsorum Cardinalium hæredibus accipere, & exigere consueverint, dictique centum in promotione, & quinquaginta in obitu præfatis Magistris, ac septuagintaquinque ducati similes in obitu eorundem Cardinalium aliis tribus Officialibus seu Ministris, ut præfertur, solvi debeat.

Causa hinc causi.

§. 2. Nihilominus Nos, ne ex eo quod literæ Apostolicæ pro omnibus hujusmodi Officialibus hætenus nullæ emanaverint, sive ex eo, quod ad Cardinalatus honorem promoti post illorum promotionem Romam nondum venerint, sive ex eo quod Cardinales ipsi extra Romanam Curiam decesserint, vel aliis Magistris, & Officialibus, seu Ministris præfatis dictas summas illis, ut præfertur, debitas solvere recusent, seu longius differant in eorum grave præjudicium: attendentes præfatos Cardinales officio Magistrorum, ac trium Officialium, seu Ministrorum præfatorum egere & uti, dictamque summam à Rom. Pontificibus tanquam mercedem, seu pro mercede illorum ab immemorabili tempore constitutâ esse.

Quam pro dictam summam à d. R. E. Curia, & ab eorum hæredibus non modo solvi debere statim.

§. 3. Et propterea indemnitate eorum consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, præfatis Cæremoniarum Magistris centum, ac Secretario, & Clerico, ac Computistæ septuagintaquinque in promotione ad Cardinalatus honorem: necnon eidem Magistris quinquaginta, ac Secretario, Clerico, & Computistæ similiter septuagintaquinque ducatos auri de Camera præfatos post obitum singulorum Cardinalium hujusmodi, etiam ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venerint, & sive in Romana Curia, vel extra eam, & ubicumque decedere contigerit, in supplementum mercedis ordinariæ eorundem Officialium, seu Ministrorum deberi, illisque conjunctim per pro tempore existentes Cardinales præfatos, seu eorum agentes, & hæredes respectivè, & aliis ut præfertur, absque mora solvi, & ex eis consignari debere, sine tamen præjudicio quorumcumque jurium Cameræ Apostolicæ quomodolibet debitorum, ac solvendorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus.

Executio dependit.

§. 4. Injungentes propterea dilectis filiis ejusdem S. R. E. Collegii dictorum Cardinalium moderno, & pro tempore existenti Camerario, necnon Curie Causarum Cameræ Apostolicæ nostræ generali Auditori, quatenus infra mensem à die promotionis eorundem Cardinalium computandum, etiam si iidem Cardinales nondum, ut præfertur, Romam venerint, per dicti Collegii Depositarium, vel aliis, prout melius expedire videbitur, centum Magistris Cæremoniarum, ac septuagintaquinque Secretario, Clerico, & Computistæ; in obitu autem, seu post obitum præfatorum Cardinalium, sive in dicta Curia, sive extra eam, & ubicumque decedere contigerit, quinquaginta eidem Magistris, ac pariter septuagintaquinque ducatos præfatos Secretario, Clerico, & Computistæ præfatis ab hæredibus eorundem Cardinalium, quibusvis appellationibus, subterfugiis, & cavillationibus remotis, ut præfertur, persolvi curent, & etiam cum effectu faciant, ac summarium, & expeditum jus illis administrent, omnibusque remediis opportunis sibi benevisis, etiam cum invocatione auxilii brachii secularis, cogant, & compellant.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis præfatis Cardinalibus, & quibusvis aliis, sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis enoribus specialis, & expressa mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter

cienter expressis habentes, illis illis in suo robore per-

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo

Piscatoris, die 3. Jan. 1619. Pont. nostri anno 14.

Sequitur assignatio d. Emolumentorum proveniendorum ex

Creatione, & Obitu d. S. R. E. Cardinalium.

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Letet, sicut Nobis constat, dum in minoribus esse-

§. 1. Nos igitur attendentes, praefatos Cardinales of-

§. 2. Mandantes propterea dilectis filiis Guidoni Af-

§. 3. Et nihilominus de cetero pro potiori cautela, in-

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris,

die 10. Maii 1563. Pontificatus nostri anno quarto.

Bullar. Mag. Tom. III.

Declaratio Jurisdictionis Ordinariorum in Fra-

istam Congregationem Ordinariorum jurisdictioni supposuerant

Institutionem vero hujus Congregationis habes sup. in

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex ex supremo dispositionis arbi-

§. 1. Dudum siquidem, cum Congregatio Joannis Dei

§. 2. Et cum plerique Fratrum dictae Congregationis

§. 3. Subinde pie mem. Clemens Papa VIII. etiam

§. 4. Postremo Nos ad summi Apostolatus apicem di-

H h 3

CXIII.

Edita An. D.

1619.

Exordium.

Congreg Pra-

Etiamque uni-

Clem. VIII.

cos

in sa hujus

quis centi

reventor

mandat solvi

ordinatio

Dat. P. A. 4.

eos, qui sic professi forent, propriè Religiosos, ac proprios & veros Regulares esse, & fore, ac pro talibus ab universis Christi fidelibus habendos, & recipiendos, ac Congregationem hujusmodi veram ac propriam sub Regula S. Augustini Religionem, & inter reliquas Ecclesiarum Catholicarum Religiones esse connumerandam.

Præterea eisdem Hospitalibus dictorum Regnorum, ut deinceps in eorum singulis duo Fratres manere, & alii possent, qui confessiones tam infirmorum, quàm aliorum Confratrum, & Ministrorum ejusdem Congregationis audire, & injuncta pœnitentibus pœnitentia salutari, eos à peccatis suis absolvere, illisque Sanctissimæ Eucharistiæ, & Extreme unctionis Sacramenta ministrare liberè, & licitè valerent concessimus, & indulgimus, ac omnia Hospitalia & loca dictorum Regnorum, illorumque personarum, & superiores, etiam quod personarum Religiosarum essent, ac etiam dictum Confratrem Majorem, & quemcumque alium pro tempore existentem jurisdictioni, superioritati, & correctioni Ordinariorum locorum perpetuò subesse, dictosque Ordinarios in loca, & personas hujusmodi quoad causas civiles, & criminales, ac mixtas, & tam in visitatione, quàm extra, plenam facultatem & auctoritatem perpetuis futuris temporibus habere, ac rationem omnium & singulorum bonorum, proprietatum, & rerum, tam mobilium, quàm immobilium, decimas, primitias, novalia, & alia onera quomodolibet nuncupata, solita, & consueta, quibuscumque locorum Ordinariis, Monasteriis, Domibus, Capitulis, Hospitalibus, parochialium Ecclesiarum Rectoribus, aliisque personis, & locis, quibus ea colligendi jus competit, solvere teneri, & ad id per opportuna juris remedia (nisi privilegio, vel legitima præscriptione eatenus observata munirentur) cogi, & compelli, nec deinceps contra jurisdictionem, & superioritatem Ordinariorum, vel solutionem decimarum, primitiarum, novalium, & aliorum onerum præmissorum ullo unquam tempore quantumvis longissimo præscribere, aut præscripsisse dici vel censeri, quinimò si quando in Hospitalibus, & locis supradictis hospitalitas deficeret, eosdem Ordinarios illa, eorumque bona per Fratres hujusmodi, aut alias personas etiam seculares administrare, ita quod Hospitalia, & loca præfata, eorumque bona nullatenus unquam dictæ Congregationi incorporarentur, committere, & mandare posse, ac etiam debere volumus, & decrevimus. Volentes etiam, quod dum dictorum Hospitalium administratio ad Fratres dictæ Congregationis pertineret, singulis annis suæ administrationis rationem Ordinario ad præscriptum Concil. Trident. reddere tenerentur.

Postremò pariter statuimus, & ordinavimus, ut quot quot in posterum dictam Congregationem Italiam nuncupatam, ingredi vellent, anno probationis expleto, ac aliis juxta Sacr. Canonum, & decretorum Conc. Trid. præscriptum, tria vota substantialia hujusmodi, ac præterea quartum de juvandis Infirmis, in suorum Superiorum manibus solemniter emittere, vel à Congregatione præfata ejici deberent, eos verò sic professos proprios, & veros Regulares esse, ipsamque Congregationem, ac ejus tam in Italia quàm sub jurisdictione Patris Majoris ejusdem Congregationis in Germania, Gallia, & Polonia erecta, & de cetero erigenda Hospitalia, quæ sub eadem Congregatione Italiam comprehenduntur, jurisdictioni Ordinariorum, salva tamen ejusdem Congregationis apud Nos, & præfatam Sedem Protectoris juxta illius facultates, ac Fratris Majoris pro tempore existentium auctoritate, & jurisdictione, perpetuò subesse debere, ac alias prout in diversis tam nostris, quàm supradictorum Prædecessorum Nostrorum desuper confectis literis plenius continetur.

*Et quia d. Ordinarii hujusmodi jurisdictioni nimis extendebatur.*

§. 5. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli locorum Ordinarii, in quibus dicti Fratres introduci reperiuntur, prætextu obedientiæ, cui iidem Fratres, ac Hospitalia, tam Italiam, quàm Hispaniam Provinciarum hujusmodi, ut præfertur, subiecta existunt, latè nimis se extendentes, nedum circa regimen, & gubernium Hospitalium ipsius Fratribus commissorum, ac Sacramentorum Ecclesiasticorum in eis administrationem, atque in eisdem Hospitalibus receptorum, & expositorum rationis redditionem, seu receptionem, verum etiam privatam

dictorum Fratrum correctionem, & disciplinam Regularem, omnemque in eos jurisdictionem exercere consueverint, Superioresque dictæ Congregationis, ac Presbyteros, seu Capellanos, qui dictis Hospitalibus in divinis inserviant, eligere, ac Medicos, Chirurgos, & alios Ministros, ac Officiales gubernio, & regimini ipsorum Hospitalium necessarios deputare, novitiosque recipere, ac generaliter omnia, & singula quæ ad Regularem disciplinam, ac correctionem dictorum Fratrum spectant, quæque juxta Regularia instituta dictæ Congregationis à præfata Sede approbata, per Superiores ejusdem Congregationis peragi debent, facere, & exequi intendant, ipsorumque Fratrum quietem circa præmissa diversimode perturbent, ob idque Superiorum d. Congregationis auctoritas, ac illius Regularis instituti observantia evanescat, dictaque Hospitalia, ac Fratres in illis degentes in spiritualibus & temporalibus non levia sustineant incommoda, ob idque operæ pretium sit, ut tot tantisque incommodis aliquo opportuno, & salubri remedio provideatur.

§. 6. Nos igitur cupientes, ut omnis difficultatis, & ambiguitatis materia, quæ desuper oriri posset, prorsus tollatur, ac Congregationis hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa laetis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequentium harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon singularum literarum Apostolicarum tam à præfatis, quàm quibusvis aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Nobis ad favorem ejusdem Congregationis emanatarum, necnon quorumcumque privilegiorum, & indulgentiarum illi per Sedem prædictam quomodolibet concessorum veriores, & totos tenores, ac dat. præsentibus plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, Motu proprio, non ad ipsius Congregationis, vel ejus Superiorum, aut alicujus alterius pro eis Nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, ac scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ex Voto tamen Congregationis S.R.E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, quibus negotium hujusmodi maturè discutien. & referen. commisimus, Congregationem Joannis Dei hujusmodi, ac omnes, & singulos ipsius Congregationis domos, Superiores, etiam Majorem, ac Fratres, & personas, ac ministrantes, tam in Italia, quàm Hispaniis, aliisque Mundi partibus consistentes, & tam hæcenus fundatas, quàm de cetero fundan. in his dumtaxat, quæ regularia instituta juxta Constitutiones d. Congregationis Joannis Dei à Sede Apostolica approbatas, & confirmatas concernunt, à superioritate, visitatione, correctione, ac etiam obedientia Ordinariorum locorum, ita ut Religiosis Congregationis Joannis Dei hujusmodi Regularibus institutis suis se conformare debeant, salvis in reliquis, tam Sacr. Canonum, & Conc. Trid. decretis, quàm Nostris, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum literis in favorem Ordinariorum emanatis, quibus nullatenus derogare, quinimò eas in suo robore, & firmitate permanere intendimus, penitus, & omnino Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò extimimus, absolvimus, & liberamus, ac eos in præmissis dumtaxat ab omnimoda Ordinariorum locorum jurisdictione perpetuò exemptos fore, & esse declaramus, ipsique Ordinariis & eorum cuilibet, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ne deinceps in his, quæ observantiam, disciplinam, & instituta regularia Congreg. Joannis Dei hujusmodi, ut præfertur, concernunt, præterquam in casibus in sacris Canonibus, & Conc. Trid. & literis Apost. præfatis quomodolibet contentis, se immiscere, aut introrittere valeant, seu præsumant, distriçtè præcipimus, & inhibemus.

§. 7. Decernentes præfatas literas, etiam ex eo, quod Ordinarii locorum, seu quicumque alii quavis auctoritate, officio, ac etiam Cardinalatus honore fungentes, ac in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & causæ propter quas præmissa emanarunt, quomodolibet examinatz, justificatz, vel approbatæ non fuerint, nec præmissis consen

*Illam modè terminat d. d. m. n.*

*Clarus præfatus apponit*

conferant, validas, & efficaces fore, sicque, & non aliter censeri, & ita per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos in quavis causa, & instantia judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Quocirca Venerabili Fratri nostro Episcopo Hostiensi, & dilectis filiis nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio in partibus Hispaniarum commorantibus, ac Curia causarum Cam. Apost. generali Auditori motu pari per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios presentes nostras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Majoris, & Superiorum, ac Fratrum Congregationis Joannis Dei hujusmodi, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra literas præfatas, & in eis contenta quæcumque hujusmodi inviolabiliter observari, ac Fratres Congregationis Joannis Dei hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per Ordinarios locorum, seu quosvis alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, aut inquietari. Contradictores quoscumque & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & pœnas etiam pecuniarias, aliaque juris & facti remedia auctoritate nostra prædicta, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, auxiliumque brachii sæcularis ad hoc, si opus fuerit, invocando.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac singulis literis præfatis, necnon Fel. rec. Bonificii Papæ Octavi prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodò non ultra tres dietas auctoritate præsentium ad judicium trahatur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis Joannis Dei, & Ordinis S. Augustini hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis dictæ Congregationi Joannis Dei, illiusque superioribus, & personis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu simili, ac aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque, aut si dictis Ordinariis, seu quibusvis aliis communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 10. Cæterum quia difficile foret præsentibus literas ad singula quæque loca, in quibus opus fuerit, deferri, volumus, ac etiam præfata Apostolica auctoritate decernimus, quod earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 16. Martii 1619. Pontificatus nostri Anno decimoquarto.

CXIV. De ambitu Fratribus Minoribus de Observantia Ordinis S. Francisci, eorumque Superioribus interdicto.

Similem prohibitionem fecit hic idem Pont. Fratribus Conventualibus S. Francisci, ut infra in ejus constit.

176. Admonemur, & de tota Religione Franciscana notavi supra ad const. j. Honor. III. tom. 1.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Admonemur Pastoralis officii nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi, sæculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

§. 1. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectis filiis Ministro Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinibus Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Prælati, nunc, & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuius prædicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, Officia & administrationes, functiones, & prælaturas ejusdem Ordinis concedere audeant: quinimò dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hæc via, & his mediis per conquistos favores, & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad alia, & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuò inhabiles declaramus. Insuper dictis Religiosis, & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdicens, ut non solum in præmissis omnibus favores hujusmodi minimè procurare, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant, seu præsumant.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordini statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 3. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 18. Aprilis 1619. Pontificatus nostri Anno decimoquarto.

Jubilæi indictio ad divinam opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam.

Non dissimilem habes sup. in hujusmet Pont. constitut. 104. Ecce, ubi notavi, aliamque in exordio sui Pont. hic sup. Quod in omni, ut ab omnibus Pontificibus solet fieri pro divina ope initio Pontificatus imploranda, quam etiam fecit Gregor. XV. ut constitut. 2. Spiritus, & S. D. N. Urbanus VIII. sub forma Orationis 40. Horarum, ut const. 7. Aternus, ubi pariter alia tibi indicabo.

PAVLVS EPISCOPVS Servus servorum Dei.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Domine ac Deus noster excelsus, qui in omnibus operibus suis justus est, & misericors, justo licet judicio

Exordium

Prohibito

Transumptis

D. P. An. 1619

Exordium

Prohibito

Constitutionibus

Transumptis

D. P. An. 1619

CXV.

Edita An. D. 1619.

Exordium

dicio visset in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra, misericordiam tamen suam non amovet à nobis: Temporalia enim emittens flagella, immensa benignitate, & charitate sua revocat nos ab iniquitatibus nostris, ut ad poenitentiam adducamur.

*Causa Indulgentiarum hujusmodi Jubilii.*

§. 1. Idcirco Nos cogitantes, sicut pro nostra pastoralis cura maximo cordis dolore afficimur cernentes tantis, ac tam gravibus procellis interdum, ac præcipue hoc tempore in inelyta Germania, & vicinis Provinciis agitari Ecclesiam Dei, ita etiam speramus in Domino, quod si eum pressuris nos in vias suas revocantem audierimus, dignos fructus agentes poenitentiae, de tribulationum procellis populum suum educet, & tranquillitatem Ecclesiae suae restituet. Hoc verò ut impetrare valeamus, in corde contrito, & humiliato orationibus ad Deum adeamus; scriptum est enim; Orabitur me, & ego exaudiam vos, quaeritis me, & invenietis, cum quaesieritis in toto corde vestro. Nec desint orationi jejunia, elemosinae, & alia pia opera, memores Danielis, cujus verba, ex quo die apposuit cor suum, ut se affligeret in conspectu Dei, exaudita fuerunt. Nam quod attinet ad elemosinas, eas peccata purgare, ac facere, ut inveniantur misericordia, satis etiam divinis eloquiis admonemur. Quocirca ut quantum cum Domino possumus, fideles ad hæc alacrius peragenda invitemus, pro nostro pastoralis officii munere, ex solemnibus Ecclesiae Catholicae more, ejusdem Ecclesiae thesauros, quorum licet nullis nostris meritis, à Domino dispensatores constituti sumus, proficere, & largissime erogare decrevimus.

*Horitur ad affectionem hujusmodi Jubilii.*

§. 2. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quam alibi ubique locorum constitutos, Apostolica auctoritate paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta de votè peragendum, & adimplendum, ac ad Deum patrem misericordiarum orandum, ut per viscera misericordiae suae fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipue præsentibus Ecclesiae necessitatibus subvenire dignetur.

*Jubilium prædictum committitur illis qui in praesentibus hic enumerantur, ac fuerint alia, ut hic.*

§. 3. Quamobrem de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus, contulit, Universis, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe prædicta degentibus, qui solemnibus processionibus, quas ab Ecclesia Sanctae Mariae Angelorum nuncupata ad Basilicam Sanctae Mariae majoris, & ab Ecclesia Sanctae Mariae supra Minervam ad Ecclesiam Sanctae Mariae de Anima pariter nuncupatam, feria quarta, & sexta Nos sequenti hebdomada una cum venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælatibus & Proceribus, universoque Clero, & Populo agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel illam sequenti hebdomada easdem Ecclesias, vel duas illarum saltem semel visitaverint, ibique devotè, ut supra, Deum oraverint, ac feria quarta, & sexta, ac Sabbato ejusdem, vel sequentis hebdomadae jejunaverint, & peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu altero alio dictarum hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter susceperint, & elemosinas ad libitum, prout charitas singulis suggererit, fecerint.

*Ab omnibus personis consequentibus præsentibus.*

§. 4. Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Urbem existentibus, in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada, postquam ad eorum notitiam hæ nostrae litterae devenerint, indicendae, & agendae interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitaverint, ibique ut supra, Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctissima

Communionem recepti fuerint, & elemosinas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

§. 5. Navigantes verò, aut iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, superscriptis omnibus peractis, ut supra, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant.

§. 6. Regularibus autem personis utriusque sexus, in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque tam Laicis, quam Religiosis secularibus, seu regularibus in carcere, aut in captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut confessarius, quem ut infra elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 7. Cupientes autem, omnes Christi fideles participes fieri hujus pretiosissimi thesauri, Universis & singulis utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam secularem, quam cujusvis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu insidiis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae etiam in literis die Cænarum Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

§. 8. Et insuper vota quaecumque, Religionis, & Castitatis exceptis, in alia pia, & salutaria opera commutare, adjuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supra dictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 9. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctae Obedientiae districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illi qui curam animarum exercent, ut cum præsentium litterarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, & Clericis, ac Populis sibi subiectis solennes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque seu Ecclesias visitandas designent.

§. 10. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quocumque modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae.

§. 11. Neque etiam iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel

*Eamque ad Navigationem extendit.*

*Necnon ad regulares, firmos, Congregatos, & Militia.*

*Facultatem eligendi Confessarium, ut supra, probatum, & potestatem dispensandi in casibus, ut supra, etiam clausuræ.*

*Et committitur de votis, & castitate, & ceteris, ut supra, statu.*

*Declarat facultatem, ut supra, casum.*

*Denunciatio, que in litteris, & ceteris, ut supra, assignat.*

*Clausula rogatur, ut supra, pariter.*

PAULUS QUINTUS.

369

vel aliter. Jubili Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessione, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quocumque Ordinum, & Congregationum sive Institutum regularium Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegia quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quavis alia ex quibus forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, & nominatim, & expresse ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 1. Ut autem presentas nostras, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut earundem presentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicujus publici Notarii subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis literis si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae 1619. Idibus Januarii, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

CXVI. De ambitu Fratrum Minoribus Conventualibus Ordinis Sancti Francisci, eorumque Superioribus interdicto.

Similem prohibitionem fecit hic idem Paulus Fratribus de Observantia sancti Francisci, ut in ejus constitut. 114. Admonemur, hic supra. Constitutiones Urbanae horum Conventualium noviter in Capitulo generali compilatae approbavit S. D. N. Urbanus VIII. ut inf. constit. 88. Milanensis, & de tota Religione Franciscana habes sup. ad constit. 5. Honor. Tertii, tom. 1.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Admonemur Pastoralis officii nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi saeculo renuntiarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolica potestate plenitudine dilectis filiis Ministro generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinibus Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Praelatis nunc, & pro tempore existentibus in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda praecipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam laicarum, quam Ecclesiasticarum extra d. Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & imperiali fulgentium, cuius d. Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel poenas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, & Praelaturas ejusdem Ordinis concedere audeant.

Quinimod. d. Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hac via, & his mediis per conquisitos favores, & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia, & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus.

§. 2. Insuper dd. Religiosos, & Fratres ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem poenis praecipimus, & expresse interdiciamus, ut non solum in praemissis omnibus favores hujusmodi minime procurare, sed nec

etiam sponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua praedictis personis exhibere audeant, seu presumant.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, diutique Ordinis Statutis, & Consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis. Aut si eidem Ordini, & Fratribus praedictis communititer, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes, plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 4. Volumus autem, quod presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam majorem, sub annulo D. P. An. 15. Piscatoris, die 4. Septembris 1619. Pontificatus Nostri anno decimoquinto.

Contra Superiores Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, qui favores extra suum Ordinem attendentes, officia, dignitates, ac gratias concedunt, & contra Fratres dictos favores conquirentes.

Congregationis istorum Fratrum approbationem fecit Sixtus IV. ut sup. in constitut. 5. Sedes, tom. 1. Regulam vero ipsorum confirmavit Julius II. ut constitut. 10. Dudum in nobis supra. Transiitque ad Capuccinos, & e contra prohibuit Pius V. in constitut. 45. Sedes, tom. 2. Qui etiam postea dictum Ordinem inter Mendicantium Ordines commemoravit in constitutione 49. Apostolica. Et postea Capitulum generale quolibet sexennio celebrare, Officialium, ne duratio eius tempus statuis istemet Paulus in constitutione 6. Cum fuerit tom. 3.

Hunc verò Franciscum de Paula inter Sanctorum numerum habemus fuisse relatum à Leone Decimo, ut supra in ejus Const. 38. Excelsus, tom. 1. Ejusque festum deinde sub duplicis Officii ritu quotannis celebrari iussit Sixtus Quintus, ut in ejusdem const. 8. In Coeli, tom. 1.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Admonemur pastoralis officii nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui Regularem vitam professi saeculo renuntiarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestate plenitudine dilectis filiis Correctori generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinibus Fratrum Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum Praelatis nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda praecipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuius dicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel poenas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, functiones, & Praelaturas ejusdem Ordinis concedere audeant, quinimod. dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hac via, & his mediis per conquisitos favores, & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia, & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus.

claramus. Insuper dictis Religiosis, & Fratibus ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem poenis præcipimus, & expressè interdiciamus, ut non solum in præmissis omnibus favores hujusmodi minime procurate, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant, seu præsumant.

*Abrenatio  
Constitutionum*

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, diæque Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alibi roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si Ordini, & Fratibus prædictis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

*Fides non  
sumptorum.*

§. 3. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

*Dat. P. A. 15.  
6. Septembris.*

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 6. Septembris 1617. Pontificatus nostri anno decimoquinto.

CXVIII. Beatificatio Thomæ à Villanova, Ordinis Eremitarum S. Augustini Professoris, & Archiepiscopi Valentini, cum Officio, & Missa de communi Confessoris Pontificis.

*Hujus B. Thomæ festi celebrationem amplius Gregor. XV. ut infra in ejus consis. 5. Alias a sel. record.*

*Edita An. D. 1619.* P A V L V S P A P A V. *Ad perpetuam rei memoriam.*

*Exordium.*

IN supremo Apostolatus solio, meritis licet insufficientibus, divina dispositione constituti, ad ea, per quæ fervorum Christi honor, & veneratio in terris promoveatur, juxta creditum Nobis desuper Apostolicæ servitutis officium, libenter intendimus, & piis Christi fidelium, præsertim Catholicorum Regum id exoptant, votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

*Ad preces Ordinis Eremitarum S. Augustini & Regis Catholici.*

§. 1. Alias siquidem nomine dilectorum filiorum Prioris generalis, & aliorum Superiorum, necnon Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Nobis exposito, quod bonæ memoriæ Thomæ à Villanova, ejusdem Ordinis dum vixit professor, ac Archiepiscopus Valentini, multis & eximii virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, & propterea non solum universus Ordo prædictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac Venerabilis Frater Isidorus Archiepiscopus Valentini, necnon dilecti filii Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Valentini, ac Deputati, Electi, & Sindici Regni, & Civitatis Valentini Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonizationis honor dicto Thomæ à Villanova ab Apostolica Sede haberetur, idem Thomas à Villanova Beatus vocari, & de eodem Officium, & Missa, ut infra recitari posset.

*Hic Pontificatus dicitur Thomæ de Villanova Beatum nuncupari, & 18. Sept. à d. Ordine Officiarii & Missam celebrari.*

§. 2. Nos, re prius per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandaveramus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipse bonæ memoriæ Thomæ à Villanova in posterum Beatus nuncupari, atque singulis annis die 18. Septembris in toto Regno Valentini à Religiosis ejusdem Ordinis S. Augustini, tam fratribus, quam monialibus, & in dicta Civitate Valentini, ubi ejus corpus requiescere asserbatur, & diocesi Valentini, cujus per undecim annos Archiepiscopus fuit, ut præfertur, ab omnibus utriusque

sexus regularibus personis, etiam presbyteris, & clericis secularibus, de eo tanquam de Beato, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani de communi Confessoris Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectivè posset, Apostolica auctoritate perpetuè concessimus, & indulgimus, prout in aliis nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut pro parte Prioris gen. ac Superiorum, & Fratrum prædictorum denuò Nobis super expositum fuit, tam dictus Philippus Rex, quam Ordo prædictus, necnon dicti deputati, Electi, & Sindici concessionem & indultum prædicta ad universum Ordinem S. Augustini hujusmodi, ac etiam ad Oppidum Villanovæ de los Infantes nuncupat. Toletan. diocesis, unde dictus Thomas oriundus esse asseritur, per nos auctoritate Apostolica extendi summopere desiderent.

§. 4. Nos supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc iterum porrectis inclinati, de eorumdem Fratrum consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ab omnibus utriusque sexus ejusdem Ordinis S. Augustini religiosis in Hispania, nempe in Regnis Castellæ, Aragoniæ, & Cathalonie commorantibus, necnon in Oppido de Villanova de los Infantes prædicto, ubi dictus Thomas natus, & educatus esse asseritur, ab omnibus etiam utriusque sexus regularibus, ac etiam presbyteris, & clericis secularibus Officium, & Missa de eodem Thomæ à Villanova, servata aliis in omnibus, & per omnia literarum prædictarum forma, & tenore, recitari, & celebrari respectivè liberè, & licitè possit, & valeat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in eisdem literis nostris volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 24. Septembris 1619. Pontificatus nostri Anno decimoquinto.

Beatificatio Francisci Xaverii, Sacerdotis Societatis Jesu, cum facultate recitandi Officium, ac celebrandi Missam de communi Confessoris non Pontificis, quotannis die 2. Decembris.

*Istum Beatum Franciscum unà cum Beatis Ignatio Loiola, d. Societatis Fundatore, Isidoro Agricola Hispano, Theresia Virgine, fratrum, monialiumque Carmelitarum Discalceatorum Fundatrice, Philippo Nerio, Congregationis Oratorii similiter Fundatore, in Sanctorum numerum fuisse relatos scito à Gregor. XV. die 12. Mensis Martii, anni 1622. Attamen Bullas hujusmodi Canonizationum non omnes habere potui, eas verò, quas habui, posui, videlicet D. Theresia, quam expedit d. Gregorius XV. ut inf. in ejus cons. 20. Omnipotens. SS. Ignatii Loiola, & Philippi Nerii, ob mortem d. Gregor. expedit desuper literas S. D. N. Urb. VIII. ut in consis. 2. Rationi, & cons. 3. Rationi. Alias verò duas S. Isidori, & hujus Sancti Francisci non ad huc habere potui.*

De Societate Jesu vide uberrimè notata ad constitut. 25. Pauli III. Regimini, supra tom. 1.

*Edita An. D. 1619.* P A V L V S P A P A V. *Ad perpetuam rei memoriam.*

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, à Domino constituti, piis fidelium



Magnifico, quibus virtutibus Dominus in sevis suis honorificatus, libenter annuimus, eoque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, ac Presbyterorum Societatis Jesu Nobis nuper expositum fuit, quod bonæ memoriæ Franciscus Xaverius ejusdem Societatis, dum vixit presbyter, multis, & excellentiis virtutibus, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuit. Quibus Præpositus & Presbyteri prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, ut donec Canonisationis honorem, quem dicto Francisco Xaverio, ob ejus excellentia merita aliquando divina adspirante gratia, expectatum iri sperant, ab Apost. Sede impetrent, idem Franciscus Xaverius Beatus vocari, ac de eodem Officiis, & Missa, ut infra recitari, & celebrari respectivè possit.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres nobiles S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandavimus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio hujusmodi supplicationibus inclinatus, ut ipse bonæ memoriæ Franciscus Xaverius in posterum Beatus nuncupari, atque de eo die secunda Decembris, qua obdormivit in Domino, ab omnibus Religiosis dictæ Societatis ubique terrarum existentibus in eorum Ecclesiis, necnon in omnibus Regnis Indiarum Orientalibus, in quibus per undecim continuos annos Christianam Religionem disseminavit, ac longè, latèque propagavit. Item & in Oppido Xavier nuncupato, in Ampilonen. dioc. unde ipse Franciscus Xaverius oriundus esse asseritur, ab omnibus utriusque sexus regularibus, ac etiam presbyteris, & clericis sæcularibus juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani de communi Confess. non Pontif. Officium recitari, & Missa celebrari respectivè liberè, & licitè valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuè concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 15. Octobris 1619. Pontificatus Nostri anno decimoquinto.

CXX. Confirmatio Constitutionum Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini Congregationis Discalceatorum Italiæ.

Tenorem Constitutionum hujusmodi sedulo non pono, quia memini non esse Religionum Constitutiones, & Statuta complere, nisi forte esset aliquid peculiare.

Istam Congregationem approbasse Clementem VIII. vide sup. tom. 3. constit. 63. Decet, habitumque determinasse, transiitque declarasse ad aliam Religionem, vide ibidem constit. 3. Pastoralis. Et tandem scias, in d. Congregatione Provincias instituisse S. D. N. Urbanum Octavum, ut inf. in ejus constit. 58. Ad uberes, ubi alia notabo.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacri Apostolatus ministerio per abundantiam Divinæ gratiæ, nullo licet merito nostro, præpositi, ad ea, per quæ Christi fidelium, præsertim sub suavi Religionis jugo, & in humilitatis spiritu Altissimo famulantium felici, prosperæque directioni consulitur, libenter intendimus, & iis, quæ propterea facta fuisse dicuntur, ut ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter observentur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§. 1. Quam itaque pro felicitate dilectorum filiorum Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini Congregationis Discalceatorum Italiæ regimini nonnullæ constitutiones editæ, & illæ jussu nostro recognitæ, & examinatæ, ac in unum volumen compilatæ sint, tenoris sequentis, videlicet.

Omittitur tenor ipsarum Constitutionum, quas in unoquoque Canonio ipsorum Patrum videre poterit.

Nos inviolabili earumdem constitutionum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, constitutiones præfatas, omniaque, & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, ac illi perpetuè, ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti, & quosvis alios defectus, si qui in præmissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes, modernos, & pro tempore existentes dictæ Congregationis Fratres ad plenariam earumdem constitutionum observationem, prout illæ eos concernant, teneri, & obligatos esse, & fore, ac ad id etiam sub censuris Ecclesiasticis, & aliis in constitutionibus prædictis contentis pœnis cogi, & compelli posse.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus felic. recordat. Julii Secundi, sub data die 24. Septembris 1508. ac Leonis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, sub data 10. Julii 1533. ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & licentis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo D. P. An. 15. Piscatoris, die 5. Maii 1620. Pontificatus nostri Anno decimoquinto.

Institutio Collegii S. Antonii de Padua in Insula Melivitana, & Domo regulari Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Francisci, pro Studentibus ejusdem Ordinis.

Aliud pro studentibus ejusdem Ordinis nuper erexit Gregorius XV. in Civitate Praga, ut hic infra in sua constit. 21. In supereminenti. Et de tota Religione Franciscana notavi supra ad constit. 5. Honor. III. tom. 1.

PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

In supereminenti Apostolicæ Sedis specula, meritis licet imparibus, disponente Domino constituti, & intra mentis nostræ Arcana revolventes, quantum ex literarum studiis Catholica fides augeatur, divini nomi-

Isti fratres nonnullas constitutiones & ordinationes condiderunt, quarum approbationem modo petunt ab ipso Rom.

Qui omni approbati & confirmati suppleto omnes defectus, si qui sunt.

Illæque omnes ordinationes derogant.

Et ita, & non aliter judicari mundat.

Contrariis derogat.

CXXI.

Edita An. D. 1620.

Exordium.

nis cultus protendatur, veritas agnoscat, ac iustitia colatur, ad ea, per quae literarum studia huiusmodi ubilibet excitentur, libenter intendimus, & in his sollicitudinis nostrae partes propensius impartimur, prout locorum qualitate pensata conspiciamus in Domino salubriter expedire.

*Collegium  
studii Philo-  
sophiae, &  
Theologiae, ad  
peruisionem  
Ordinis FF.  
Conventua-  
lium & Hos-  
pitalium S. An-  
tonii Hieroso-  
lymitani, pro  
d. Orania  
professoribus,  
& in domo  
regulari ip-  
sorum & Insula  
Athalviana  
sub invocatio-  
ne S. Anto-  
nii de Padua  
eiusdem Or-  
dinis profes-  
su instituit,  
ad instar Col-  
legii in Vico  
d. Sixti. V. in  
domo regulari  
eiusdem Ord-  
inis instituit.  
Hanc Sixti  
instituitio-  
nem habet hic sup.*

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Minister generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum nobis nuper exponi fecit, in domo regulari eiusdem Ordinis in Insula Melivirana quamplures d. domus Fratres uberes in vinea Domini fructus producere noscantur, ac in eadem domo cum ob Insulae huiusmodi celebritatem, mansionemque satis perspicuam, tum propter Turcarum, & Infidelium vicinitatem, unius Collegii studii pro eiusdem Ordinis in praedicta domo professoribus, qui litteris, & praesertim Sacrae Theologiae operam navent, erectio, & institutio perutilis futura sit: Nobis propterea tam Minister praedictus, quam dilectus filius Alophius de Vvignacourt, Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Magnus Magister humiliter supplicari fecerunt, quatenus Collegium huiusmodi cum facultate aliquot Professores eiusdem Ordinis idoneos, gradu Magisterii in Sacra Theologia decorandi, & alias ut infra erigere, & instituere, ac desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos piis, & laudabilibus Ministri, ac Alophii Magni Magistri praedictorum votis quantum cum Domino possumus, annuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, necnon Militantis Ecclesiae exaltationem, Divinique cultus, & Orthodoxae fidei augmentum, ac Religiosorum praedictorum commoditatem, atque profectum in praedicta domo unum Collegium sub invocatione Sancti Antonii de Padua, eiusdem Ordinis Minorum Conventualium professorum, ad instar Collegii S. Bonaventurae per sel. rec. Sixtum Papam Quintum praedecessorem nostrum in domo regulari Sanctorum Duodecim Apostolorum de Urbe eiusdem Ordinis, sub Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini 1587. Kal. Januarii, Pontificatus sui anno tertio erecti, & instituti: ita tamen, ut sex dumtaxat primordiae domus Religiosi à praedicto Ministro generali eligendi, ad Magisterii huiusmodi gradum, nisi postquam per debitum tempus Philosophiae, & Sacrae Theologiae in Collegio per praesentes erecto operam dederint, & praevio rigoroso examine ad id idonei reperti fuerint, ac aliquo disputationum publicarum solemnè actu, reliquisque muniis solitis, & ex instituto d. Ordinis adimpletis, servatisque aliis servandis, & non aliis, ad Magisterii in eadem Sacra Theologia gradum promoveri valeant, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuè erigimus, & instituímus.

*Claufulas  
huius insti-  
tutionis tra-  
fer. uti as-  
subiecti.*

§. 3. Decernentes praesentes literas semper, & perpetuè validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Contrariis  
derogat.*

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

*D. P. An. 16.  
die 10 Julii.*

Datum Romae apud S. Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die 10. Julii 1520. Pontificatus nostri anno decimosexto.



Gregorius Decimus quintus, Bononiensis, Alexander Gantea dictus, Pompeii de Ludovisiis filius, presbyter Card. Tit. S. Mariae in Transpontina, & Archiepiscopus Bononiensis, creatus die 8. Februarii, & die 14. Coronatus, anno Domini 1621. Vixit annos duos, menses quinque, diem unum. Creavit Cardinales undecim. Obiit Romae die Sabbati 8. Julii 1623. corpus in Vaticana Basilica principis Apostolorum temporario in tumulo repositum. Vacavit Sedes dies 21.

Privilegia, & indulta pro Conclavistis, qui interfuerunt Conclavi, in quo iste Pontifex electus fuit.

*Similia privilegia etiam concesserunt Conclavistis illius temporis Clem. VIII. ut in const. 16. Aequitati, supra tom. 3. Et Paulus V. const. 3. Rom. ubi sup. & novissime S. D. N. Urb. VIII. ut const. 1. Circumspecta, hic inf.*

GREGORIVS EPISCOPVS, Edito  
Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam. 1621.

**R**OMANUS Pontifex ex sua circumspecta providentia eas consuevit personas condignis praecipue complecti favoribus & gratiis, quas sibi, & Apost. Sedi devotas & obsequiosas, ac plurimis cognoscit meritis adjuvari.

*Exordium*

§. 1. Hinc est, quod nos dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi, in quo divina favente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis & Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus uti familiares, & continui commensales inserviendo interfuerunt, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuscumque meritis exornare volentes.

*Causa in  
Const.*

§. 2. Ipsosque Conclavistas, & quemlibet eorum à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, etiam si in illis per annum continuum inforderint, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &

*Absolutio  
Censuras  
domesticas  
nullum  
por. m. a.  
rum  
clavistis*